SANCTI THOMAE DE AQUINO

OPERA OMNIA

IUSSU LEONIS XIII P. M. EDITA

TOMUS XXII

QUAESTIONES DISPUTATAE DE VERITATE

CURA ET STUDIO
FRATRUM PRAEDICATORUM

VOLUMEN II. FASC. 1
QQ. 8-12

ROMAE AD SANCTAE SABINAE
1970

SANCTI THOMAE DE AQUINO OPERA OMNIA

TOMUS XXII

ADDENDA ET EMENDANDA

Préface

41* note 4 : préparées *lire* préparée

50* col. 1, ligne 14 : 96 va *lire* 96 ra

173* col. 1, ligne 7 à partir du bas : Appolinaris *lire* Apollinaris

Texte

3 27 *in appar. lect.* : non enim] nisi autem *lege* nisi non autem

4 40 *in appar. font.* : Cap. 1 *lege* Cap. 2

80 *in appar. lect.* : quod *om.* Φ *lege* quod *om.* Φ (-γ)

6 201 dif- *lege* diffi-

210 *in appar. lect.* : *ante* lege *post*

9 92 *in appar. font.* : Metaph. XII comm. 16 *lege* comm. 36

17 97 *in appar. lect.* : 259)] *lege* 259]

23 62 *in appar. lect. adde* : ergo...mutatur] *om.* pB *in marg.* sB

38 91 *in appar. font.* : 163 A *lege* 163 C

47 329 quia *lege* qui

48 40 *in appar. font.* : *De soph. elench.* cap. 3 *lege* cap. 22

51 237 *in appar. font.* : Averroes...comm. 20 *lege* comm. 4

54 520 *in appar. font.* : Metaph. VII *lege* VIII

55 542 *in appar. lect.* Φ : est omnibus γ *lege* γ (-Ot^{2})

94 45 *in appar. lect.* Φ : cognoscet *lege* cognoscit

98 57 *in appar. lect.* A : ideae *adde*] ydee

107 67 *in appar. font.* : cap. 4 § 2 (PG 3,732 B ; Dion. 304) *lege* cap. 4 § 32 (PG 3, 732 C ; Dion. 306)

109 271 productibilia *lege* producibilia (*cf. appar.* A)

119 113 ius *lege* rius

133 52 *in appar. font.* : 654 *lege* 645

146 79 *in appar. lect.* Φ : Φ (-δ) *lege* Φ (-γ)

157 90 *in appar. font. adde* : quorum...secundo primus : cf. Petrus Hispan. *Scientia libri* ' *De anima* ' tr. I c. 2 (ed. Alonso, p. 60)

175 136 *in appar. font.* : (1057 b 35) *lege* (1057 b 37)

208 1 *in appar. font.* : Parall. ... *Super Sent.III adde* d. 31

210 1 *in appar. font.* : Parall. *adde I Pars* q. 24 a. 3

225 *in appar. font. linea ultima* : in *lege* in

238 104 *in appar. font.* : 3 111. 158 *lege* 3 111 158

239 11 *in appar. font.* : col. 81-82 *lege* col. 981-82

250 138 *in appar. font.* : uuidam *lege* quidam

264 156 diverse *lege* diversae

293 27 *in appar. font.* : LIII^{16} *lege* LXIII^{16}

303 45 *in appar. lect.* Φ : cogitantes *adde*]

312 161 *in appar. font.* : *De civ. Dei* adde XI

315 76 *in appar. font.* : *De Trin.* XIV c. 26 *lege* c. 16

332 88 utrumque *lege* utcumque (*et in appar.* Φ)

335 101 *in appar. lect.* A *lin. 3 in fine* : n. 22 *lege* n. 24

344 80 *in appar. lect.* A : porfirius *lege* porfirus A

103 *in appar. font.* : *In Evang.* II hom. 2 *lege* hom. 26

348 104 *in appar. font.* : *post* 854 *adde* B

350 251 *in appar. font.* : (198 b 30 sqq.) *lege* (189 b 30 sqq.)

270 *in appar. font.* : *Anal. post.* V lege *Anal. post.* I

383 61-62 *in appar. lect.* Φ : omnem scientiam γ *lege* βγ

385 1 *in appar. font.* : *Summa aurea* II tr. 6 c. 1 (f. 48ra) *lege* (f. 48va)

386 135 *in appar. lect.* Φ : immortalem *lege* immortale

387 212 *in appar. lect.* Φ : Deus *om.* Φ *dele*

388 *in appar. lect.* Φ *adde* : 213 Deus *om.* Φ

423 83 *in appar. lect.* Φ : laurentius *lege* et laurentius

425 *in appar. font. adde* : 254 spiritualia corpora appellantur : cf. I Cor. XV^{44}.

430 1 *in appar. font.* : *Super I Cor.* lege *Super II Cor.*

432 *in appar. lect.* A *adde* : 162 Apostolus *cf.* p. 155* n. 1

442 264 *in appar. font.* : *In Ioh. ev. tract.* XC lege *tract.* XL

452 112 *in appar. font.* : Gal. v^{2} *lege* Gal. v^{6}

460 141 *in appar. font.* : *De Gen. ad litt.* IV *lege* VIII

477 154 *in appar. font. praemitte* : Revera XIV

517 301 defecit *lege* deficit

518 411 quod *lege* quo

519 *in appar. font. adde* : 16 ignis...scintille *sic* A : *potius legend.* ignis et unius scintille ; cf. Arist. *Phys.* III 9 (205 a 11-12), *De caelo* I 15 (276 a 2-4).

524 42 *in appar. lect.* A : naturalis^{1} *adde* contrarium

534 343 *in appar. font.* § 9 *praemitte* Revera cap. V

535 *in appar. font. adde* : 10 remota causa...effectus : Avicenna [*Metaph.* IV c. 1 (f. 84va)] sec. Thomam *Super Sent. I* d. 37 q. 1 a. 1]

543 322 *in appar. font.* : Cap. 5 *lege* V c. 5

551 132 *in appar. lect.* A : naturam...gratiam *lege* naturae...gratiae

573 169 *in appar. lect.* A : hypostasi *lege* ypostasi

577 228 *in appar. font.* : 326 in nota *lege* 328 in nota

594 271 posunt *lege* possunt

601 105 participatione *lege* participatio

602 214 *in appar. font.* : *De bono* adde tr. I

608 58 *in appar. font.* : ut dicitur infra q. 29 a. 3 17 *lege* a. 3 25

616 39 XVI *lege* XVI^{1}

622 52 *in appar. font.* : Cap. 5 *praemitte* Revera II

72 *in appar. lect.* A : pA *lege* A

685 *in appar. font. adde* : 52 Rectius Ion. IV^{7}

687 3 facultas...rationis *lege* « facultas...rationis »

689 28 *in appar. font.* : 11105 b 23) *lege* (1105 b 23)

690 129 potentias *lege* potentia

709 31 impoenititibilis *lege* impoenitibilis

712 *in appar. font. ultima linea praemitte* : 18

730 257 appentendum *lege* appetendum

737 61 dici *lege* dicit

743 4 *in appar. font.* : Thomas *Super Sent. III* d. 3 *adde* q. 1

753 116 *in appar. lect.* : *post* sine coniunctione] *adde* sine

16 hic *lege* his

761 136 irascibili *lege* irascibilis

762 223 codeo *lege* eodem

785 202 Damascenum *lege* Damascenus

795 8 *in appar. lect.* : XIV (*revera* IV)] *lege* XIV (*rectius* XIII)]

811 276 actuum *lege* actum

818 73 *in appar. font.* : Cap. 1 *lege* Cap. 2

826 68 usu *lege* usus

846 144 ultimum *lege* in ultimum

855 137 quo *lege* quod

857 8 Ioh. v^{2} *lege* Ioh. v^{26}

51 *in appar. font.* : Praetea *lege* Praeterea

867 172 Gen. II *lege* Gen II^{17}

SIGLA CODICUM

Quaestio 1

B Bibl. Apost. Vat., Vat. lat. 781 ff. 42 ra - 47 ra
E Erfurt, Wiss. Bibl. d. Stadt, Amplon. Fol. 311
P Paris, Bibl. Nat., lat. 15810
T Troyes, Bibl. Municip. 506 ff. 95 ra - 106 vb
V^5 Bibl. Apos. Vat., Vat. lat. 4426 (art. 1 tantum)
Φ *ut infra*

QQ. 2 - 22 a.11

A Bibl. Apost. Vat., Vat. lat. 781 ff. 51 ra - 140 vb
F Firenze, Bibl. Laurenz., Santa Croce Plut. XXIX dextr. 8 (q.13 aa.1-2)
P Paris, Bibl. Nat., lat. 15810 *(ex occasione)*
V Vincentius Bellovac., Spec. Natur. 26 cc.101-110 (q.13)
Φ *ut infra*

QQ. 22 a.11 204 - 29

P Paris, Bibl. Nat., lat. 15810 *(ex occasione)*

Φ
- α
  - Kl Klosterneuburg, Stiftsbibl. 275
  - O^1 Oxford, Balliol Coll. 48
  - O^5 Oxford, Merton Coll. I.3.1 (96)
  - Tl^1 Toulouse, Bibl. Municip. 243
  - *supplebunt*
  - Ma^2 Paris, Bibl. Mazarine 805
  - V^4 Bibl. Apost. Vat., Vat. lat. 786
- β
  - Av Avignon, Musée Calvet 257
  - O^2 Oxford, Balliol Coll. 49
  - P^2 Paris, Bibl. Nat., lat. 15808
  - Tr^1 Troyes, Bibl. Municip. 142
  - *supplebunt*
  - Er^2 Erfurt, Wiss. Bibl. der Stadt, Amplon. Fol. 319
  - Ve Venezia, Bibl. Naz. Marciana, Fondo ant. lat. 121 (1819)
- γ
  - L Leipzig, Universitätsbibl. 479
  - M München, Bayer. Staatsbibl., Clm 11285
  - Ot^3 Bibl. Apost. Vat., Ottob. lat. 208
  - *supplebit* q.1 a.1
  - O^6 Oxford, Corp. Chr. Coll. 490, fragmenta
- δ
  - δ^1
    - Du Durham, Chapter Library B.I.22
    - O^3 Oxford, Lincoln Coll., Lat. 4
    - Ma^3 Paris, Bibl. Mazarine 806
    - P^1 Paris, Bibl. Nat., lat. 3105
    - *supplebunt*
    - C^2 Cambridge, Pembroke Coll. 37
    - Ot^2 Bibl. Apost. Vat., Ottob. lat. 204
  - δ^2
    - C^3 Cambridge, Pembroke Coll. 127
    - K Köln, Stadtarchiv, Historisches Archiv G.B. f^o 131
    - O^4 Oxford, Merton Coll. I.1.6 (77)
    - Ot^4 Bibl. Apost. Vat., Ottob. lat. 214
    - *supplebit* q.5 a.9 315 - q.6 a.3 149
    - K^2 Köln, Stadtarchiv, Historisches Archiv W. f^o 142

Σ αγδ

Quaestiones disputatae de veritate

Qu. 1



QQ. 2 - 22
(Après 22 11 204
seul subsiste Φ)



première hypothèse



deuxième hypothèse

SANCTI THOMAE DE AQUINO

OPERA OMNIA

IUSSU LEONIS XIII P. M. EDITA

TOMUS XXII

QUAESTIONES DISPUTATAE DE VERITATE

CURA ET STUDIO
FRATRUM PRAEDICATORUM

VOLUMEN II.
QQ. 8-20

ROMAE AD SANCTAE SABINAE
1972

© St. Thomas Aquinas Foundation. 1970-1972

QUAESTIO OCTAVA

De cognitione angelorum

1. *Utrum angeli videant Deum per essentiam.*
2. *Utrum intellectus angeli vel hominis beati essentiam divinam comprehendat.*
3. *Utrum angelus ex propriis naturalibus potuerit pertingere ad videndum Deum per essentiam.*
4. *Utrum angelus videns Deum per essentiam omnia cognoscat.*
5. *Utrum visio rerum in Verbo sit per aliquas similitudines rerum in intellectu angelico existentes.*
6. *Utrum angelus cognoscat se ipsum.*
7. *Utrum angelus unus intelligat alium.*
8. *Utrum angelus res materiales cognoscat per formas aliquas an per essentiam sui cognoscentis.*
9. *Utrum formae per quas angeli cognoscunt res materiales sint innatae vel a rebus acceptae.*
10. *Utrum angeli superiores habeant cognitionem per formas magis universales quam inferiores.*
11. *Utrum angelus cognoscat singularia.*
12. *Utrum angeli cognoscant futura.*
13. *Utrum angeli scire possint occulta cordium.*
14. *Utrum angeli simul multa cognoscant.*
15. *Utrum angeli cognoscant res discurrendo de uno in aliud.*
16. *Utrum in angelis distingui debeat cognitio matutina et vespertina.*
17. *Utrum cognitio angelica sufficienter per matutinam et vespertinam dividatur.*

Articulus primus

Quaestio est de cognitione angelorum. Et primo quaeritur utrum angeli videant Deum per essentiam. Et videtur quod non: Ioh. 1[18] « Deum nemo vidit umquam », super quo dicit Chrysostomus « Sed nec ipsae caelestes essentiae, ipsa dico cherubim et seraphim, ipsum ut est umquam videre potuerunt »; sed quicumque videt Deum per essentiam videt ipsum ut est; ergo angelus non videt Deum per essentiam. 79ra

2. Praeterea, Exodi XXXIII[11] super illud « Loquebatur Dominus ⟨ad Moysen⟩ facie ad faciem » etc., dicit glosa « Substantiam Dei nec hominum nec angelorum quisquam, sicut est, umquam videre potuit », et sic idem quod prius.

3. Praeterea, secundum Augustinum desiderium est rei non habitae; sed « angeli desiderant in Deum respicere », ut dicitur I Petri II; ergo Deum per essentiam non vident.

4. Praeterea, Chrysostomus dicit Super Iohannem « Ipsum quod est Deus non solum prophetae sed nec angeli aut archangeli videre potuerunt »; et sic idem quod prius quia id quod est Deus est essentia Dei.

A 5 crisostomus A 12 ⟨ad Moysen⟩ *suppl. cum Vulg.*] *om.* A 14 angelorum] al *praem.* pA 20 II *sic* A] *legend.* I 21 Chrysostomus] crisostomus *em.* A *conf.* pA

Φ 12 ⟨ad Moysen⟩ (*induc.* A) *om.* Φ 19 I *om.* Φ 24 id] ipsum Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 12 a 1; *Cont. Gent.* III c. 49, 52, 54 et 57; *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 1; *Quodlib.* VII q. 1 a. 1; *Quodlib.* VIII q. 8 art. unic.; *Lect. super Ioh.* cap. 1 lect. 11. 5 *In Ioh.* hom. 15 n. 1 (PG 59, 98) ex Alberti *Super Sent. I* d. 1 a. 15 arg. 1, vide etiam Ioh. Damasc. *De fide* I c. 1 (PG 94, 789 A; Bt 12). 13 *Ordin.* ibid. 17 *De Trin.* IX c. 12 (PL 42, 971) ut dicitur infra q. 22 a. 1 arg. 4, cf. tamen *Enarr. in Ps.* CXVIII[20] (PL 37, 1522). 20 Rectius I[12]. 22 Hom. 15 n. 1 (PG 59, 98 B) Burgundione interprete ' quia ipsum quod est Deus non solum prophetae sed neque angeli viderunt neque archangeli ' (ms. Ottob. lat. 227, f. 26ra).

5. Praeterea, omne quod videtur ab intellectu, per aliquam formam videtur: si ergo intellectus angeli videt essentiam divinam, oportet quod per aliquam formam eam videat; sed non potest ipsam videre per ipsam divinam essentiam quia forma qua intellectus intelligit, facit eum intellectum in actu, et sic est actus eius, et sic oportet quod ex ea et intellectu efficiatur unum, quod non potest dici de divina essentia quae non potest venire ut pars in constitutionem alicuius; ergo oportet quod angelus intelligens Deum videat eum mediante aliqua alia forma, et sic non videt eum per essentiam.

6. Praeterea, nullus assimilatur alicui nisi secundum similitudinem eius receptam in ipso; sed intellectus angeli cognoscens Deum assimilatur ei cum omnis cognitio sit per assimilationem; ergo oportet quod cognoscat eum per similitudinem et non per essentiam.

7. Praeterea, intellectus debet esse proportionatus intelligibili cum intelligibile sit perfectio intelligentis; sed nulla potest esse proportio inter essentiam divinam et intellectum angelicum cum in infinitum distent et talium non sit proportio; ergo angelus non potest Deum per essentiam videre.

8. Praeterea, quicumque cognoscit aliquid per essentiam, cognoscit de eo quid est; sed, ut patet per Dionysium et Damascenum, de Deo non potest sciri quid est sed quid non est; ergo intellectus nullus creatus potest Deum per essentiam videre.

9. Praeterea, sicut dicit Dionysius in Epistola ad Gaium, in Deo tenebrae describuntur propter superabundantem eius claritatem, et propter hoc occultatur « omni lumini et abscondito omni cognitioni »; sed claritas divina non solum excedit intellectum nostrum sed etiam angelicum; ergo eorum cognitioni claritas divinae essentiae absconditur.

10. Praeterea, Dionysius sic arguit in 1 cap. De divinis nominibus: omnis cognitio est existentium; sed Deus non est existens sed superexistens; ergo non potest cognosci nisi a superessentiali cognitione quae est cognitio divina.

11. Praeterea, Dionysius dicit in Epistola ad Gaium « Si quis videns Deum intellexit quod vidit, non ipsum vidit sed aliquid eorum quae sunt eius »; ergo Deus per essentiam a nullo intellectu creato videri potest.

12. Praeterea, quanto visus est fortior tanto aliquid maius remotum videre potest, ergo infinite distans videri non potest nisi a visu infinitae virtutis; sed essentia divina in infinitum distat a quolibet intellectu creato; cum ergo nullus intellectus creatus sit infinitae virtutis, nullus intellectus creatus poterit videre Deum per essentiam.

13. Praeterea, ad cognitionem quamlibet requiritur iudicium; sed iudicium non est nisi superioris de inferiori; cum ergo nullus intellectus sit superior divina essentia, nullus creatus intellectus poterit Deum per essentiam videre.

14. Praeterea, « iudicium », ut Boetius dicit, « est actus iudicantis », ergo iudicatum se habet ad iudicium ut passum; sed essentia divina non potest se habere ut passum respectu alicuius intellectus creati; ergo intellectus creatus non potest Deum per essentiam videre.

15. Praeterea, omne illud quod per essentiam videtur, intellectu attingitur; sed nullus

A 70 cognosci] cogmo *idem conf. inc. praem.* pA 71 est] bonitas *add.* pA cognitio divina *inv.* pA 79 ergo] set *praem.* pA 94 ad iudicium *em.* A] *conf.* pA

Φ 28 angeli *om.* Φ (-γ) divinam] dei Φ 40-45 Praeterea...essentiam (*scil. arg.* 6) *post* videre[52] Φ 50 cum] quia Φ 50 distent] distant Φ 51 non sit] nulla est Φ 57 creatus *om.* Φ 62 hoc] quod *add.* Σ quod β 65 angelicum] angelorum Φ 71 a *om.* Φ 73 Dionysius dicit] dicit glosa δ^2 *inv.* Φ (-δ^2) 79 maius] magis Φ videre] videri Φ 82 a quolibet] ab omni Φ 83 infinitae] in finite γ finite α δ 90 poterit] potest *post* videre Φ

26 omne...formam videtur: cf. Algazel *Metaph.* p. II tr. 4 diccio 5 (ed. Muckle, p. 180). 43 omnis cognitio...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 47 intelligibile...intelligentis: Averroes ut supra q. 2 a. 3 2 in nota. 50 talium...proportio: Boetius ut supra q. 2 a.3 35 in nota. 55 *De cael. hier.* cap. 2 § 3 (PG 3, 140 D; Dion. 757); *De fide* I c. 4 (PG 94, 800 B; Bt 20). 60 *Epist. 1* (PG 3, 1065 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 606). 68 § 4 (PG 3, 593 A; Dion. 34). 74 Ut supra lin. 60. 86 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex Bonaventurae *Super Sent. I* d. 3 p. 1 art. unic. q. 1 arg. 4. 93 *De consol.* V pr. 4 (PL 63, 850 B).

potest attingere ad id quod in infinitum distat ab eo; ergo intellectus angeli non potest videre essentiam Dei quae in infinitum distat ab eo.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. XVIII[10] « Angeli eorum semper vident faciem Patris » etc.; sed faciem Patris videre est videre essentiam ipsius; ergo angeli vident Deum per essentiam.

2. Praeterea, angeli beati hoc modo vident Deum sicut promittitur nobis in statu beatitudinis; sed nos videbimus Deum per essentiam, ut patet per illud I Ioh. III[2] « Cum apparuerit similes ei erimus et videbimus eum sicuti est »; ergo et angeli vident Deum per essentiam.

3. Praeterea, angeli cognoscunt eum a quo facti sunt; sed ipsa essentia divina est angelorum causa; ergo essentiam divinam vident.

4. Praeterea, omne quod videtur, videtur per similitudinem vel per essentiam; sed in Deo non est aliquid aliud similitudo ipsius et essentia eius quia quicquid est in Deo est Deus; ergo angeli vident eum per essentiam.

5. Praeterea, intellectus est potentior in cognoscendo quam affectus in diligendo: unde dicit Augustinus « Praecedit intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus »; sed angeli diligunt essentiam divinam; ergo multo magis vident eam.

79rb RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quaestionem quidam erraverunt dicentes Deum per essentiam a nullo umquam intellectu creato videri posse, attendentes distantiam quae est inter divinam essentiam et intellectum creatum; sed haec positio sustineri non potest cum sit haeretica. Constat enim quod cuiuslibet intellectualis creaturae beatitudo consistit in sua perfectissima operatione; illud autem quod est supremum in qualibet creatura rationali est intellectus; unde oportet quod beatitudo cuiuslibet creaturae rationalis in nobilissima visione intellectus consistat. Nobilitas autem intellectivae visionis est ex nobilitate intellecti, sicut etiam dicit Philosophus in X Ethicorum quod ' perfectissima operatio visus est visus bene dispositi ad pulcherrimum eorum quae cadunt sub visu '; si ergo creatura rationalis in sua perfectissima visione non perveniret ad videndum divinam essentiam, beatitudo eius non esset ipse Deus sed aliquid sub Deo, quod esse non potest quia ultima perfectio cuiuslibet rei est quando pertingit ad suum principium: ipse autem Deus immediate omnes creaturas rationales condidit, ut fides vera tenet; unde oportet secundum fidem ut omnis creatura rationalis quae ad beatitudinem pervenit, per essentiam Deum videat.

Sed oportet nunc considerare vel intelligere quis sit modus videndi Deum per essentiam. In omni siquidem visione oportet ponere aliquid quo videns visum videat; et hoc est vel essentia ipsius visi, sicut cum Deus cognoscit se ipsum, vel aliqua similitudo eius, sicut homo videt lapidem: et hoc ideo quia ex intelligente et intelligibili oportet aliquo modo in intelligendo unum fieri. Non autem potest dici quod essentia Dei videatur ab intellectu creato per aliquam similitudinem: in omni enim cognitione quae est per similitudinem modus cognitionis est secundum convenientiam similitudinis ad id cuius est similitudo; et dico convenientiam secundum repraesentationem, sicut species in anima convenit cum re quae est

A 101 ergo] g per *praem.* pA 118 vel per] p *imp. praem.* pA 121 angeli] cum *praem.* pA vident eum] aliquo modo eum videant *praem.* pA 144 visus] visius *praem.* pA 148 sed] per *in fine lin. praem.* pA 156 oportet nunc *in marg.* A] difficile est pA 160 sicut...vel aliqua] vel aliqua *praem.* pA

Φ 100 id] illud Φ 101 eo] ipso Φ (-δ) illo δ 105 etc.; sed faciem] faciem enim Φ 118 similitudinem vel per essentiam] essentiam suam (*inv.* δ) vel per (per *om.* δ[1]) similitudinem Φ 121 angeli...essentiam] cum angeli deum videant (vident δ[1]) vident eum per essentiam suam Φ 122 potentior] fortior α δ fortior vel *praem.* β · 146 perveniret] –niet α δ –niat γ 152 vera] nostra Φ 156 nunc considerare *om.* Σ vel *om.* Φ 161 aliqua *om.* Σ 165 ab] aliquo *add.* Φ 169 id] illud Φ

111 I Ioh. III[2] ' et videbimus ' cf. recens. Veteris Latinae (ed. Beuron). 114 angeli...sunt: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 3 c. 5. 120 quicquid...Deus: Alan. de Insulis ut supra q. 2 a. 9 109 in nota. 124 *Enarr. in Ps.* CXVIII[20] (PL 37, 1522) ex *Glossa* Petri Lomb. super Ps. CXVIII[20] (PL 191, 1055 B). 129 quidam: scil. ' quidam theologi ' ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 1, ' alii moderniores ' ut refert Bonaventura *Super Sent. III* d. 14 a. 1 q. 3, cf. H.-F. Dondaine, *L'objet et le ' medium ' de la vision béatifique chez les théologiens du XIII[e] siècle,* in RTAM XIX (1952) pp. 60-130. 134 sit haeretica: cf. articulus primus Parisiis reprobatus anno 1241 (Chart. Univ. Paris. I, p. 170). 135 beatitudo...operatione: Arist. *Ethic.* X 10 (1177 a 12) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 49 q. 1 a. 1 qc. 2 arg. 3. 143 *Ethic.* X 6 (1174 b 14). 149 ultima perfectio...principium: cf. Thomas *Super Sent. IV* d. 8 q. 1 a. 1 qc. 1 ad 1. 152 ut...tenet: Gen. I[1] ut refert Thomas *I Pars* q. 65 a. 3.

extra animam, non secundum esse naturale. Et ideo si similitudo deficiat a repraesentatione speciei non autem a repraesentatione generis, cognoscetur res illa secundum rationem generis non secundum rationem speciei; si vero deficeret etiam a repraesentatione generis, repraesentaret autem secundum convenientiam analogiae tantum, tunc nec etiam secundum rationem generis cognosceretur, sicut si cognoscerem substantiam per similitudinem accidentis. Omnis autem similitudo divinae essentiae in intellectu creato recepta non potest habere aliquam convenientiam cum essentia divina nisi analogiae tantum; et ideo cognitio quae esset per talem similitudinem, non esset ipsius Dei per essentiam sed multo imperfectior quam si cognosceretur substantia per similitudinem accidentis. Et ideo illi qui dicebant quod Deus per essentiam non videtur, dicebant quod videbitur quidam fulgor divinae essentiae, intelligentes per fulgorem illam similitudinem lucis increatae per quam Deum videri ponebant, deficientem tamen a repraesentatione divinae essentiae sicut deficit lux recepta in pupilla a claritate quae est in sole, unde non potest defigi acies videntis in ipsam solis claritatem, sed videt inspiciens quosdam fulgores. Restat ergo ut illud quo intellectus creatus Deum per essentiam videt, sit ipsa divina essentia.

Non autem oportet quod ipsa essentia divina fiat forma ipsius intellectus sed quod se habeat ad ipsum ut forma; ut sicut ex forma, quae est pars rei, ⟨et materia⟩ efficitur unum ens actu, ita, licet dissimili modo, ex essentia divina et intellectu creato fit unum in intelligendo, dum intellectus intelligit et essentia per se ipsam intelligitur. Qualiter autem essentia separata possit coniungi intellectui ut forma, sic ostendit Commentator in III De anima: quandocumque in aliquo receptibili recipiuntur duo quorum unum est altero perfectius, proportio perfectioris ad minus perfectum est sicut proportio formae ad suum perfectibile, sicut lux est perfectio coloris cum ambo recipiuntur in diaphano; et ideo cum intellectus creatus, qui inest substantiae creatae, sit imperfectior divina essentia in eo existente, comparabitur divina essentia ad illum intellectum quodam modo ut forma. Et huius exemplum aliquale in naturalibus inveniri potest: res enim per se subsistens non potest esse alicuius materiae forma si in ea aliquid de materia inveniatur, sicut lapis non potest esse alicuius materiae forma; sed res per se subsistens quae materia caret, potest esse forma materiae sicut de anima patet. Et similiter quodam modo essentia divina, quae est actus purus, quamvis habeat esse omnino distinctum ab intellectu, efficitur tamen ei ut forma in intelligendo; et ideo dicit Magister in II dist. II Sententiarum quod unio corporis ad animam rationalem est quoddam exemplum beatae unionis rationalis spiritus ad Deum.

1. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur ' hoc videtur ut est ', potest hoc intelligi dupliciter: uno modo ut modus quo res visa est cadat sub visione, hoc est dictu, ut videatur in re visa ipse modus quo res est; et hoc modo Deus ut est ab angelis videtur et videbitur a beatis quia videbunt essentiam eius habere illum modum quem habet, et sic intelligitur quod habetur I Ioh. III[2] « Videbimus eum sicuti est ». Alio modo potest intelligi ut modus praedictus determinet visionem videntis, ut scilicet talis modus sit visionis ipsius qualis est modus essentiae rei visae; et sic a nullo intellectu creato potest Deus videri ut est, quia impossibile est ut modus visionis intellectus creati sit ita sublimis sicut modus quo 79va

A 173 si] *idem conf. praem.* pA 185 nisi] s *praem.* pA analogiae (*ex* anaglogie pA) *em.* A 199 Deum] divinam *praem.* pA 202 fiat] sit *praem.* pA 204 ⟨et materia⟩ *coni. cum* δ] *om.* A 205 ens] est *praem.* pA dissimili *em.* A] *conf.* pA 217 creatus, qui] qui *praem.* pA 221 res enim] forma enim *praem.* pA 222 subsistens] *idem conf. praem.* pA 227 similiter] simili modo *praem.* pA 231-234 II Sententiarum...Deum *in appendice col.* 79rb 239 et hoc modo] quod contingit dum aliquis *praem.* pA 240 ut est...videbitur] videbitur *praem.* pA

Φ 176 vero] autem Φ 177 deficeret] *om.* Φ (-γ) deficiat *post* generis γ 183 creato *om.* Φ (-γ) 185 analogiae] –gice Φ 199 creatus] divinus Φ (-δ) 200 ipsa *om.* Φ 203 forma; ut *om.* Φ (-δ) 204 ⟨et materia⟩] *suppl.* δ *om.* Φ (-δ) 207 essentia] divina *add.* Φ 215 cum] quando Φ (-δ) 221 in] rebus *add.* Φ 236 hoc[2] *om.* Φ 243 I *om.* Φ 245 determinet] informet Φ 250 sublimis] substantialis Σ

210 Comm. 36 (VI[1], 185 C). 231 Rectius d. 1 c. 6.

Deus est, et hoc modo intelligendum est verbum Chrysostomi.

2-4. Et similiter dicendum ad secundum et tertium ⟨et quartum⟩.

5. Ad quintum dicendum quod forma qua intellectus videntis Deum per essentiam videt Deum, est ipsa essentia divina; non tamen sequitur quod sit forma quae est pars rei in essendo, sed quod se habeat hoc modo in intelligendo sicut forma quae est pars rei in essendo.

6. Ad sextum dicendum quod ad cognitionem non requiritur assimilatio nisi propter hoc ut cognoscens aliquo modo cognito uniatur; perfectior autem est unio qua unitur ipsa res per essentiam suam intellectui quam si uniretur per similitudinem suam; et ideo quia essentia divina unitur intellectui angeli ut forma, non requiritur quod ad eam cognoscendam aliqua eius similitudine informetur, qua mediante cognoscat.

7. Ad septimum dicendum quod proportio proprie loquendo nihil est aliud quam habitudo quantitatis ad quantitatem, sicut quod est aequalis una alteri vel tripla: et exinde translatum est nomen proportionis ut habitudo cuiuslibet rei ad rem alteram proportio nominetur, sicut dicitur materia esse proportionata formae in quantum se habet ad formam ut materia eius, non considerata aliqua habitudine quantitatis. Et similiter intellectus creatus est proportionatus ad videndam divinam essentiam in quantum se habet ad ipsam quodam modo ut ad formam intelligibilem, quamvis secundum quantitatem virtutis nulla possit esse proportio propter distantiam infinitam.

8. Ad octavum dicendum quod auctoritas illa Dionysii et Damasceni intelligenda est de visione viae qua intellectus viatoris videt Deum per aliquam formam quia illa forma deficit a repraesentatione divinae essentiae; et ideo per eam non potest videri sed tantum cognoscitur quod Deus est super id quod de ipso intellectui repraesentatur, unde id quod est remanet occultum: et hic est nobilissimus modus cognitionis ad quem pervenire possumus in via, et ideo de eo non cognoscimus quid est sed quid non est. Sed ipsa divina essentia sufficienter repraesentat se ipsam; et ideo quando fit intellectui ut forma, de ipso Deo videtur non solum quid non est sed etiam quid est.

9. Ad nonum dicendum quod divina claritas intellectum viatoris excedit quantum ad duo: excedit enim ipsam virtutem intellectivam, et ex hoc sequitur quod non sit tanta perfectio visionis nostrae quanta est perfectio essentiae suae quia efficacia actionis mensuratur secundum virtutem agentis; excedit etiam formam qua intellectus noster nunc intelligit, et ideo Deus nunc per essentiam non videtur, ut ex dictis patet. Sed in visione beata Deus excedet quidem virtutem intellectus creati, unde non ita perfecte videbitur sicut perfecte est; non autem excedet formam qua videbitur, et ideo ipsum quod est Deus videbitur.

10. Ad decimum dicendum quod ratio Dionysii procedit de cognitione viae quae est secundum formas existentium creatorum, et ideo non potest pertingere ad id quod est superexistens; hoc autem non erit in visione patriae, et ideo ratio eius non est ad propositum.

11. Ad undecimum dicendum quod auctoritas illa Dionysii est intelligenda de visione viae qua cognoscitur Deus per aliquam formam creatam, et hoc ratione iam dicta.

12. Ad duodecimum dicendum quod ideo oportet esse maiorem efficaciam visus ad hoc quod a remotiori videatur quia visus potentia passiva est; potentia autem passiva quanto est perfectior tanto a minori potest moveri, sicut e contrario potentia activa quanto est perfectior tanto maius potest movere: tanto enim est magis calefactibile quanto a minori calore ca-

A 254 ⟨et quartum⟩ *addimus ut ordo servetur solutionum: solutio ad arg.* 4^m *deest in* A 255 Ad quintum *scrips.*] Ad iiij A *et sic deinceps usque ad finem articuli* 255 qua (*e* que pA) *em.* A 259 hoc modo] secundum *praem.* pA in (*ex* intel pA) *em.* A 261 ad[2] *em.* A] *conf.* pA 263 ut] quod *praem.* pA 269 similitudine] simili (*et postea ras. brev.*) *praem.* pA 272 quam] certa *add.* pA 297 ipsa divina] ipse deus *praem.* pA 300 est[2]] non *praem.* pA 323 qua] vi (*inc.* videtur *?*) *add.* pA 329 potest] p *add.* pA 330 activa] *litt. imp. praem.* pA

Φ 254 ⟨et quartum⟩: *non suppl.* (*et inde solutiones* 5-15 *signantur* 4-14) Φ 257 non] nec Φ 281 videndam] -dum Φ (-δ) *post* essentiam δ 292 id] illud Φ de ipso *om.* Σ 293 id] illud Φ 296 de eo non cognoscimus] non deo α δ[2] non cognoscimus β non cognoscimus de deo γ non cognoscitur de deo δ[1] 311 creati] nostri Σ 313 videbitur] scilicet essentiam suam (ipsam δ[1]) *add.* Φ 329 moveri] movere Σ 331 maius] magis β γ δ[1] 331 tanto[2]] quanto Φ est *om.* Φ 332 quanto] tanto Φ calore *om.* Φ

lefit. Quanto autem aliquid a remotiori videtur tanto sub minori angulo videtur, et ita minus est quod ad visum de visibili pervenit; sed si aequalis forma perveniret a propinquo et remoto, non minus videretur remotum quam propinquum. Ipse autem Deus quamvis in infinitum distet ab intellectu angelico, tamen tota essentia sua intellectui coniungitur, et ideo non est simile.

13. Ad tertium decimum dicendum quod duplex est iudicium: unum quo iudicamus qualiter res esse debeat, et hoc iudicium non est nisi superioris de inferiori; aliud est quo iudicatur qualiter res sit, et hoc iudicium potest esse et de superiori et de aequali: non enim minus possum iudicare de rege an stet vel sedeat quam de rustico; et tale iudicium est in cognitione.

79vb 14. Ad quartum decimum dicendum quod iudicium non est actio quae egrediatur ab agente in rem exteriorem quae per eam transmutetur, sed est operatio quaedam in ipso iudicante consistens ut perfectio ipsius; et ideo non oportet quod id de quo iudicat intellectus vel sensus sit ut passum, quamvis per modum passi significetur: immo magis sensibile et intelligibile, de quo est iudicium, se habet ad intellectum et sensum ut agens, in quantum sentire vel intelligere pati quoddam est.

15. Ad quintum decimum dicendum quod intellectus creatus numquam pertingit ad essentiam divinam ut sit eiusdem naturae cum ea; pertingit tamen ad ipsam ut ad formam intelligibilem.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum intellectus angeli vel hominis beati essentiam divinam comprehendat. Et videtur quod sic: simplex enim si videtur, totum videtur; sed essentia divina est simplex; ergo cum angelus beatus eam videat, totam videt et sic comprehendit.

2. Sed dicebat quod, licet videatur tota, non tamen totaliter. — Sed contra, totaliter dicit quendam modum; sed omnis modus divinae essentiae est ipsamet essentia; ergo si videtur ipsa essentia tota, videbitur totaliter.

3. Praeterea, efficacia actionis mensuratur secundum formam quae est principium agendi ex parte ipsius agentis, sicut de calore et calefactione patet; sed forma qua intellectus intelligit, est principium intellectualis visionis; ergo tanta erit efficacia intellectus videntis Deum quanta est perfectio essentiae divinae, ergo comprehendet ipsam.

4. Praeterea, sicut per demonstrationem scire est perfectissimus modus cognoscendi complexa, ita scire quod quid est est nobilissimus modus cognoscendi incomplexa; sed omne complexum quod scitur per demonstrationem, comprehenditur; ergo omne id de quo scitur quid est, comprehenditur; sed illi qui vident Deum per essentiam sciunt de eo quid est cum nihil aliud sit scire quid est quam scire essentiam rei; ergo comprehendunt angeli essentiam Dei.

5. Praeterea, Phil. III[12] dicitur « Sequor autem, si quo modo comprehendam, sicut et comprehensus sum »; sed Deus perfecte com-

A 335 de visibili] de visum *praem.* pA 336 forma] species *praem.* pA 337 remotum quam propinquum *scrips.*] propinquum quam remotum (*fortasse mendum Thomae e lapsu dictionis*) A (*cf.* Φ) 354 ipso *scrips.*] ipsa A 356 de quo] q *praem.* pA

1 intellectus] ee (*inc.* essentia *ut videtur*) *praem.* pA 3 sic] q *add.* pA 14 ex parte] quam *praem.* pA 17 tanta *em.* A] *conf.* pA 20 sicut *in marg.* A] *imp. et conf.* pA 21 modus] quo *add.* pA 25 de quo] q *praem.* pA

Φ 337 minus] magis Φ remotum...propinquum (*cf.* A) *inv.* Φ 356 id] illud Φ

10 videtur] videbitur Σ 11 videbitur] videtur Φ 29 Dei] divinam Φ 32 comprehendebat] comprehendit Φ (-δ^1) apprehendit δ^1

333 Quanto...angulo videtur: ' Secundum Perspectivos ' ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 44 q. 2 a. 1 qc. 4 arg. 6, cf. e. g. Euclides *Optica* (ed. Heiberg, pp. 3-5) ut dicit Albertus *Summa de homine* append. ad q. 22. 343 duplex est iudicium: cf. Thomas *II-II* q. 60 a. 1 ad 3. 360 sentire...est: cf. Arist. *De anima* II 23 (424 a 1) et ibid. III 9 (429 b 25).

1 Parall.: *I Pars* q. 12 a. 7; *Cont. Gent.* III c. 53; *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 3; *Lect. super Ioh.* cap. 1 lect. 11; *Super Eph.* cap. 5 lect. 3. 3 simplex...totum videtur: cf. Bonaventura *Super Sent. III* d. 14 a. 1 q. 2 arg. 4. 7 tota, non tamen totaliter: cf. Bonaventura *De scientia Christi* q. 6 ad 10. 8 totaliter dicit quendam modum: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 1 n. 28. 21 complexa...incomplexa: cf. Arist. ut supra q. 4 a. 2 106 in nota. 30 Phil. III[12]: ' sicut comprehensus sum ' apud Thomam *Super Phil.*, ' et in quo comprehensus sum ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' in quo et apprehensus sum ' sec. recens. Veteris Latinae.

prehendebat Apostolum; ergo Apostolus ad hoc tendebat ut perfecte comprehenderet Deum.

6. Praeterea, glosa ibidem dicit « ut comprehendam, id est ut cognoscam quae sit immensitas Dei quae omnem intellectum excedit »; sed non est incomprehensibilis nisi ratione immensitatis; ergo beati perfecte comprehendunt divinam essentiam.

SED CONTRA est quod Ambrosius dicit Super Lucam « Eam, quae in Deo habitat, plenitudinem bonitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit ».

2. Praeterea, Augustinus dicit in libro De videndo Deum « Dei plenitudinem non solum oculis corporis sed nec mente aliquis aliquando comprehendit ».

3. Praeterea, secundum Augustinum in eodem libro, illud comprehenditur « cuius fines circumspici possunt »; sed de Deo hoc est impossibile cum sit infinitus; ergo non potest comprehendi.

RESPONSIO. Dicendum quod illud proprie dicitur comprehendi ab aliquo, quod ab eo includitur: dicitur enim comprehendere quasi simul ex omnibus partibus apprehendere, quod est undique inclusum habere. Quod autem includitur ab aliquo non excedit includens sed est minus includente vel saltem aequale; haec autem ad quantitatem pertinent. Unde secundum duplicem quantitatem est duplex modus comprehensionis, scilicet secundum quantitatem dimensivam et virtualem; secundum dimensivam quidem, ut dolium comprehendit vinum; secundum virtutem autem, ut materia dicitur comprehendere formam quando nihil materiae remanet imperfectum a forma. Et per hunc modum dicitur aliqua vis cognitiva comprehendere suum cognitum in quantum scilicet cognitum perfecte substat cognitioni ipsius; tunc autem a comprehensione deficit quando cognitum cognitionem excedit.

Sed hic excessus diversimode in diversis potentiis considerandus est: in potentiis enim sensitivis obiectum comparatur ad potentiam non solum secundum quantitatem virtualem sed etiam secundum quantitatem dimensivam eo quod sensibilia movent sensum utpote in magnitudine existentem, non solum ex vi qualitatis propriorum sensibilium sed etiam secundum quantitatem dimensivam, ut patet de sensibilibus communibus. Unde comprehensio sensus potest impediri dupliciter: uno modo ex excessu sensibilis secundum quantitatem virtualem, sicut impeditur oculus a comprehensione solis quia virtus claritatis solis, qua est visibilis, excedit proportionem virtutis visivae quae est in oculo; alio modo propter excessum quantitatis dimensivae, sicut impeditur oculus ne comprehendat totam molem terrae, sed partem eius videt et partem non, quod in primo impedimento non accidebat; similiter enim omnes solis partes videntur a nobis sed nulla earum perfecte sicut visibilis est.

Ad intellectum autem comparatur intelligibile per accidens quidem etiam secundum quantitatem dimensivam vel numeralem in quantum intellectus a sensu accipit; unde etiam intellectus noster impeditur a comprehensione infiniti secundum quantitatem | dimensivam *80ra* ita quod aliquid eius est in intellectu et aliquid extra intellectum. Per se autem non comparatur ad intellectum intelligibile secundum quantitatem dimensivam cum intellectus sit virtus non utens organo corporali, sed per se comparatur ad ipsum solum secundum quantitatem virtualem; et ideo in his quae per se intelligun-

A 36 ut] quod *praem.* pA 51 circumspici] a *praem.* pA 63 scilicet secundum] secundum enim *praem.* pA 92 videt et partem] et par *praem.* pA 95 sicut] *idem conf. praem.* pA 103 autem] eius *add.* pA non] *litt. imp. add.* pA 108 virtualem] id est secundum formam intelligibilem que est quiditas rei que est pro *add.* pA

Φ 34 ut] quod Φ (-δ^2) quia δ^2 45-48 Praeterea...comprehendit (*scil. sed c. 2*) *post* comprehendi^{53} Φ 56 quasi] quando Φ 57 apprehendere] potest *add.* Σ (-δ^2) comprehendere potest β comprehendere δ^2 71 ipsius] eius Φ 74 Sed hic] hic autem Φ 75 considerandus] –randum α β δ^2 93 similiter] simul Φ 94 nulla earum] non Σ 98 numeralem] naturalem (*induc.* A) Φ 107 ipsum] ipsam Σ

35 *Glossa* scil. Petri Lomb. super Eph. III^{18} (PL 192, 195 A) ex ps.-Ambros. ibid. (PL 17, 406 B). 42 I n. 25 (PL 15, 1624 A). 46 *Epist. 147* c. 8 (PL 33, 606). 50 Cap. 9 (PL 33, 606). 63 quantitatem...virtualem: cf. August. *De quant. anim.* cap. 3 (PL 32, 1037). 81 propriorum sensibilium: Arist. ut supra q. 1 a. 11 34 in nota. 83 sensibilibus communibus: vide hic supra. 84 ex...sensibilis: Arist. *De anima* III 2 (426 a 30) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 6 arg. 4. 106 non...organo: Arist. *De anima* III 7 (429 a 26) ut dicitur infra q. 18 a. 8 arg. 2.

tur sine coniunctione ad sensum, non impeditur comprehensio intellectus nisi propter excessum quantitatis virtualis, quando scilicet id quod intelligitur habet modum intelligendi perfectiorem quam sit modus quo intellectus intelligit; sicut si aliquis cognoscat hanc conclusionem ' triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis ' per probabilem rationem, utpote per auctoritatem vel quia ita communiter dicitur, non comprehendet ipsam, non quod unam partem eius ignoret alia scita, sed quia ista conclusio est scibilis per demonstrationem ad quam cognoscens nondum pervenit; et ideo non comprehendit ipsam quia non stat perfecte sub cognitione eius.

Constat autem quod in intellectu angeli, praecipue quantum ad visionem divinam, non habet locum quantitas dimensiva; et ideo consideranda est ibi aequalitas vel excessus secundum quantitatem virtualem tantum. Virtus autem divinae essentiae, qua est intelligibilis, excedit intellectum angelicum et omnem intellectum creatum secundum hoc quod est cognoscitivus: veritas enim divinae essentiae qua cognoscibilis est, excedit lumen cuiuslibet intellectus creati quo cognoscitivus est; et ideo impossibile est quod aliquis intellectus creatus divinam essentiam comprehendat, non quia partem eius aliquam ignoret, sed quia ad perfectum modum cognitionis ipsius pertingere non potest.

1. Ad primum ergo dicendum quod divina essentia ab angelo tota videtur quia nihil eius est non visum ab eo, ut sic li tota exponatur privative, non per positionem partium; non tamen eam perfecte videt, et ideo non sequitur quod eam comprehendat.

2. Ad secundum dicendum quod in visione qualibet triplex modus considerari potest: primo modus ipsius videntis absolute, qui est mensura capacitatis eius; et sic intellectus angeli totaliter videt Deum, hoc est dictu totam vim intellectus sui adhibet ad videndum Deum; alius modus est ipsius rei visae, et hic modus nihil est aliud quam qualitas rei: cum autem in Deo non sit aliud qualitas quam substantia, modus eius est ipsa essentia, et sic totaliter vident Deum quia vident totum modum Dei eodem modo quo totam essentiam; tertius est ipsius visionis, quae est media inter videntem et rem visam, et ideo dicit modum videntis per comparationem ad rem visam ut tunc dicatur aliquis totaliter alterum videre quando scilicet visio habet modum totalem: et hoc est quando ita est perfectus modus visionis sicut est modus visibilitatis ipsius rei, et hoc modo non totaliter videtur divina essentia, ut ex dictis patet; sicut aliquis qui scit aliquam propositionem esse demonstrabilem cuius demonstrationem ignorat, scit quidem totum modum cognitionis eius sed nescit eam secundum totum modum quo cognoscibilis est.

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit quando forma quae est principium actionis agenti coniungitur secundum totum modum suum, quod necesse est in omnibus formis non subsistentibus quarum esse est inesse; sed divina essentia, quamvis quodam modo sit ut forma intellectus, non tamen capitur ab intellectu nisi secundum modum intellectus capientis; et quia actio non est tantum formae sed etiam agentis, ideo non potest esse ita perfecta actio sicut est perfecta forma quae est principium actionis cum sit defectus ex parte agentis.

4. Ad quartum dicendum quod res comprehenditur cuius diffinitio cognoscitur, si tamen ipsa diffinitio comprehendatur; sed sicut possibile est cognoscere rem sine comprehensione, ita et diffinitionem ipsius, et sic res ipsa remanet non comprehensa. Angelus autem, quamvis videat aliquo modo quid est Deus, non tamen hoc comprehendit.

A 116 duobus] duobis A 142 est non] non *praem.* pA 144 eam...sequitur quod] sequitur quod *praem.* pA 152 rei] r *add.* pA 157 eodem] si *praem.* pA 163 visionis] *idem conf. praem.* pA 167 cuius...scit quidem totum] scit quidem to *praem.* pA 173 agenti coniungitur] est (est in pA) *praem.* A *casu non del.* est, *et delevimus*

Φ 118 comprehendet] –hendit Φ 142 tota] totam Φ (-γ) 144 eam *om.* Φ 158 media] medium Φ

115 ' triangulus...: exemplum Arist. *Anal. Post.* I 2 (71 a 19) et passim. 116 per probabilem rationem: Arist. ut supra q. 2 a. 1 250 in nota.

5. Ad quintum dicendum quod visio Dei per essentiam potest dici comprehensio in comparatione ad visionem viae quae ad essentiam non pertingit, non tamen est comprehensio simpliciter, ratione iam dicta; et ideo cum dicitur « comprehendam sicut et comprehensus sum », et « cognoscam sicut et cognitus sum » li sicut notat comparationem similitudinis sed non aequalitatis.

6. Ad sextum dicendum quod ipsa immensitas Dei videbitur, sed non videbitur immense: videbitur enim totus modus sed non totaliter, ut dictum est.

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum angelus ex propriis naturalibus potuerit pertingere ad videndum Deum per essentiam. Et videtur quod sic quia, secundum Augustinum Super Genesim ad litteram, angeli in principio suae conditionis, in quo statu fuerunt in naturalibus tantum, ut multi dicunt, viderunt creaturas fiendas in Verbo; sed hoc esse non potuisset nisi Verbum vidissent; ergo per naturalia pura intellectus angeli vidit Deum per essentiam.

2. Praeterea, quod potest minus intelligibile intelligere, potest intelligere et maius; sed essentia divina est maxime intelligibilis cum sit maxime a materia immunis ex quo contingit aliquid esse intelligibile actu; cum ergo intellectus angeli naturali cognitione possit alia intelligibilia intelligere, multo fortius poterit intelligere ex naturalibus puris divinam essentiam.

3. Sed dicebat quod licet divina essentia sit in se maxime intelligibilis, non | tamen est *80rb* maxime intelligibilis intellectui angelico. — Sed contra, eius quod est magis visibile in se non esse magis visibile nobis causa est defectus nostri visus; sed in intellectu angelico non est aliquis defectus cum angelus sit « speculum purum, clarissimum, incontaminatum », ut Dionysius dicit IV cap. De divinis nominibus; ergo illud quod est magis in se intelligibile, est magis intelligibile angelo.

4. Praeterea, Commentator dicit in III De anima quod in intellectu qui est penitus a materia separatus, sequitur hoc argumentum quod Themistius faciebat: hoc est magis intelligibile, ergo magis intelligitur; sed intellectus angeli est huiusmodi; ergo in eo praedictum argumentum sequitur.

5. Praeterea, excellens visibile propter hoc est minus visibile visui nostro quia corrumpit visum; sed excellens intelligibile non corrumpit intellectum sed confortat ipsum; ergo illud quod est magis in se intelligibile, magis ab intellectu intelligitur.

6. Praeterea, videre Deum per essentiam est actus intellectus; sed gratia est in affectu; ergo gratia non requiritur ad videndum Deum per essentiam, et ita secundum naturalia tantum ad hanc visionem pervenire potuerunt.

7. Praeterea, secundum Augustinum fides, quia praesens est per essentiam in anima, videtur ab anima per sui essentiam; sed Deus per sui essentiam praesentialiter est in anima et similiter in angelo et in qualibet creatura; ergo angelus Deum per essentiam in puris naturalibus videre potuit.

8. Praeterea, secundum Augustinum X Confessionum, tripliciter est aliquid praesens in anima, scilicet per imaginem, per notionem et per praesentiam essentiae suae; si ergo ista divisio est conveniens, oportet haec esse oppo-

A 11 minus intelligibile] in *praem.* pA 13 cum] g *praem.* pA 23 eius *sup. lin.* A] illud pA 26 angelus *scrips.*] angelum A 34 temistius A 39 est minus] non *praem.* pA 60 haec] ho *praem.* pA

Φ 197 et comprehensus...cognitus sum] etc. α δ 199 sed *om.* Φ 11 intelligibile *om.* Φ (-δ) 15 ergo] tamen α β δ^2 igitur γ 28 dicit] in *add.* Φ 29 in se *om.* Σ 40 visum] nostrum *add.* Φ 41 ipsum *om.* Φ 51 ab anima] *om.* Φ (-δ) in anima δ 58 scilicet *om.* Φ imaginem] speciem Σ unionem β

197 Phil. III[12]. 198 I Cor. XIII[12].

1 Parall.: *I Pars* q. 12 a. 4; ibid. q. 56 a. 3; *Cont. Gent.* III c. 52; *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 6. 5 II c. 8 (PL 34, 269). 7 multi dicunt: ' et haec opinio est communior ' ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 4 a. 3, est ' via communis ' ut dicit Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 1 c. 1 (f. 35[rb]). 11 quod...maius: Averroes *De anima* III comm. 7 (VI[1], 155 A) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 6 arg. 3. 28 § 22 (PG 3, 724 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 269). 32 Comm. 36 (VI[1], 179 C). 38 excellens visibile: Arist. ut supra a. 2 84 in nota. 49 *De Trin.* XIII c. 1 (PL 42, 1014) ut dicitur infra q. 10 a. 9 50. 57 Cap. 17 (PL 32, 790).

sita, et ita, cum Deus sit praesens intellectui angelico per essentiam, non erit ei praesens per similitudinem, et ita non potest Deus ab angelo per similitudinem videri; si ergo ex naturalibus puris potest eum cognoscere aliquo modo, videtur quod cognoscat eum per essentiam naturaliter.

9. Praeterea, si videtur aliquid in speculo materiali, oportet quod ipsum speculum videatur; sed angeli in statu suae conditionis viderunt res in Verbo quasi in quodam speculo; ergo viderunt Verbum.

10. Sed dicebat quod angeli non fuerunt creati in puris naturalibus sed cum gratia gratum faciente vel cum gratia gratis data. — Sed contra, sicut lumen naturae deficit a lumine gloriae, ita etiam lumen gratiae gratis datae vel gratum facientis; si ergo existentes in gratia gratis data vel gratum faciente potuerunt videre Deum per essentiam, pari ratione et in statu naturalium existentes.

11. Praeterea, res non videntur nisi ubi sunt; sed ante conditionem rerum res non erant nisi in Verbo; ergo cum angeli res fiendas cognoverint, in Verbo eas cognoverunt, et ita viderunt Verbum.

12. Praeterea, natura non deficit in necessariis; sed attingere finem maxime est de necessariis naturae; ergo unicuique naturae provisum est ut possit pertingere ad finem suum; sed finis propter quem est rationalis creatura, est videre Deum per essentiam; ergo rationalis creatura ex naturalibus puris potest ad hanc visionem pervenire.

13. Praeterea, superiores potentiae sunt perfectiores inferioribus; sed inferiores potentiae per naturam suam possunt in sua obiecta, sicut sensus in sensibilia et imaginatio in imaginabilia; cum ergo obiectum intelligentiae sit Deus, ut dicitur in libro De spiritu et anima, videtur quod per naturalia possit Deus videri ab intelligentia angelica.

14. Sed dicebat quod non est simile quia obiecta aliarum potentiarum non excedunt suas potentias, sed Deus excedit omnem intelligentiam creatam. — Sed contra, quantumcumque perficiatur intelligentia creata lumine gloriae, semper Deus ipsam in infinitum excedit; si ergo iste excessus impedit visionem Dei per essentiam, numquam intellectus creatus poterit pervenire in statu gloriae ad videndum Deum per essentiam, quod est absurdum.

15. Praeterea, in libro De spiritu et anima dicitur quod « anima est similitudo totius sapientiae », et eadem ratione angelus; sed res naturaliter cognoscitur per suam similitudinem; ergo naturaliter angelus cognoscit ea de quibus est sapientia; sed sapientia est de divinis, ut Augustinus dicit; ergo angelus naturaliter pervenit ad videndum Deum per essentiam.

16. Praeterea, ad hoc quod intellectus creatus videat Deum per essentiam non requiritur nisi quod intellectus Deo conformetur; sed intellectus angeli per naturam suam est deiformis; ergo ex naturalibus propriis potest videre Deum per essentiam.

17. Praeterea, omnis cognitio Dei vel est sicut in speculo vel est per essentiam, ut patet per hoc quod habetur I Cor. XIII[12] « Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem »; sed angeli in naturalibus suis existentes non cognoverunt Deum sicut in speculo quia, ut Augustinus dicit, « ex quo creati sunt, aeterna Verbi visione perfruuntur, non ' invisibilia Dei per ea quae facta sunt conspicientes ' », quod est in speculo videre; ergo angeli naturaliter vident Deum per essentiam.

18. Praeterea, illud immediate videtur de quo cogitamus non cogitando de aliquo altero;

A 61 et] co (*?*) *add.* pA 77 etiam] deficit *add.* pA gratis] g *add.* pA 96 inferiores] superiores *praem.* pA 100 anima (*ex* ianima pA) *em.* A 131 suis] *litt. imp. add.* pA 135 non ' invisibilia] invi non *praem.* pA 139 videtur] quod *add.* pA

Φ 70 conditionis] cognitionis Φ 85 cognoverint] –verunt Φ (-δ²) 91 propter] per Φ (-δ) 130 per... faciem] etc. α δ 133 dicit] *om.* α *ante* Augustinus δ ait *ante* (*post* γ) Augustinus β γ 134 Verbi] dei *add.* Φ 135 sunt] intellecta *add.* Σ

73 Sed...data: ' Praepositivus et multi alii ' sec. Guill. Altiss. ut supra lin. 7 in nota, cf. etiam Albertus *Super Sent. II* d. 3 a. 12 sol. 87 natura...necessariis: Arist. *De anima* III c. 9 (432 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 355,2). 100 Cap. 11 (PL 40, 787). 113 Cap. 6 (PL 40, 783). 119 *De Trin.* XIV c. 1 (PL 42, 1037) ut refert Thomas *II-II* q. 9 a. 2 sed c. 1. 124 deiformis: Dionys. *De div. nom.* cap. 7 § 2 (PG 3, 869 C; Dion. 401) ut dicitur infra a. 8 48. 133 *De Gen. ad litt.* II c. 8 (PL 34, 270) ut refert Thomas *I Pars* q. 58 a. 1 sed c. 135 ' invisibilia...: Rom. 1[20].

sed angelus naturali cognitione potest cogitare de Deo sine hoc quod cogitet de aliqua creatura; ergo potest videre Deum immediate, quod est per essentiam videre.

19. Praeterea, Augustinus dicit quod ea quae sunt essentialiter in anima, cognoscuntur ab ea per essentiam; sed divina essentia sic est in anima; ergo etc.

20. Praeterea, illud quod non videtur per essentiam, videtur per speciem si videatur; sed divina essentia non potest videri per speciem quia species est simplicior eo cuius est; cum ergo naturaliter cognoscatur ab angelo, per essentiam cognoscitur ab eo.

80va SED CONTRA, videre Deum per essentiam est vita aeterna, ut patet Ioh. XVII[3] « Haec est vita » etc.; sed ad vitam aeternam non potest perveniri per pura naturalia, Rom. VI[23] « Gratia Dei vita aeterna »; ergo nec ad visionem Dei per essentiam.

2. Praeterea, Augustinus dicit quod anima, quamvis sit nata cognoscere Deum, non tamen ad actum cognitionis perducitur nisi perfundatur divino lumine; et sic ex naturalibus non potest aliquis videre Deum per essentiam.

3. Praeterea, natura non transcendit limites suos; sed essentia divina excedit omnem naturam creatam; ergo naturali cognitione divina essentia videri non potest.

RESPONSIO. Dicendum quod ad hoc quod Deus per essentiam videatur, oportet quod essentia divina uniatur intellectui quodam modo ut forma intelligibilis; perfectibile autem non unitur formae nisi postquam est in ipso dispositio quae facit perfectibile receptivum talis formae quia proprius actus fit in propria potentia, sicut corpus non unitur animae ut formae nisi postquam organizatum fuerit et dispositum; unde oportet et in intellectu esse aliquam dispositionem per quam efficiatur perfectibile tali forma quae est essentia divina, quod est aliquod intelligibile lumen. Quod quidem lumen si fuerit naturale, ex naturalibus puris intellectus Deum per essentiam videre poterit; sed quod sit naturale est impossibile: semper enim dispositio ultima ad formam et forma sunt unius ordinis in hoc quod, si unum est naturale, et reliquum; essentia autem divina non est naturalis forma intelligibilis intellectus creati. Quod sic patet. Actus enim et potentia semper sunt unius generis, unde potentia in genere quantitatis non respicit actum qui est in genere qualitatis; unde forma naturalis intellectus creati non potest esse nisi sit illius generis in quo est potentia creati intellectus; unde forma sensibilis, quae est alterius generis, non potest esse forma ipsius, sed forma immaterialis tantum quae est generis sui. Sicut autem forma sensibilis est infra genus intellectivae potentiae creatae, ita essentia divina est supra ipsam; unde essentia divina non est forma ad quam se extendat naturalis facultas intellectus creati: et ideo lumen illud intelligibile, per quod intellectus creatus fit in ultima dispositione ut coniungatur essentiae divinae ut formae intelligibili, non est naturale sed supra naturam, et hoc est lumen gloriae de quo Psal. « In lumine tuo videbimus lumen ».

Naturalis igitur facultas cuiuslibet intellectus determinatur ad aliquam formam creatam intelligibilem. Aliter tamen in homine et in angelo, quia in homine ad formam intelligibilem a sensu abstractam cum omnis eius cognitio a sensu oriatur; in angelo autem ad formam intelligibilem non a sensu acceptam, et praecipue ad formam quae est essentia sua. Et ideo cognitio Dei ad quam angelus naturaliter pervenire potest, est ut cognoscat ipsum

A 143 immediate] sine *add.* pA 152 cum ergo...ab eo *in appendice col.* 80rb 158 naturalia] g (*inc.* ergo *?*) *add.* pA 161 Augustinus] b *praem.* pA anima] intellectus *praem.* pA 164 ex] s (*coniunctim*) *praem.* pA 179 et (*ex* etiam pA) *em.* A 186 ultima *hic* A] *post* formam pA 191 in] ad *praem.* pA 192 respicit] est *praem.* pA 193 forma] actus *praem.* pA 200 ita] et *praem.* pA 201 divina] *idem conf. praem.* pA 215 a sensu acceptam] abstractam *praem.* pA 217 cognitio... naturaliter] naturalis *praem.* pA (*cf. lin.* 224) 218 est ut] ut *praem.* pA

Φ 142 cogitet] –tat Φ 150 videatur] videtur Φ (-δ) 157 vita] eterna *add.* Φ 202 extendat] extendit Φ 207 quo] in *add.* Φ 215 acceptam] abstractam vel *praem.* Φ

145 Ut supra lin. 49. 152 species...cuius est: cf. Bonaventura *Super Sent. II* d. 3 p. II a. 2 q. 2 arg. 4. 161 Ps.-August. *De spiritu et anima* cap. 12 (PL 40, 787). 176 proprius...potentia: Arist. *De anima* II 4 (414 a 25) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 12 a. 1 arg. 1. 178 nisi...fuerit: cf. Thomas *Super De anima* II lect. 1. 207 Ps. XXXV[10]. 213 omnis...oriatur: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota.

per substantiam ipsius angeli videntis; et ideo dicitur in libro De causis quod « intelligentia intelligit quod est supra se per modum substantiae suae » quia in quantum est causata a Deo, substantia sua est similitudo quaedam divinae essentiae. Sed cognitio Dei ad quam homo potest naturaliter pervenire, est ut cognoscat ipsum per formam sensibilem quae lumine intellectus agentis est a sensibilibus abstracta; et ideo Rom. 1[20] super illud « Invisibilia Dei » etc., dicit glosa quod homo iuvabatur ad cognoscendum Deum per creaturas sensibiles et per lumen naturalis rationis. Cognitio autem Dei quae est per formam creatam, non est visio eius per essentiam; et ideo neque homo neque angelus potest pervenire ad videndum Deum per essentiam ex naturalibus puris.

1. Ad primum igitur dicendum quod hoc quod dicit Augustinus quod angeli viderunt res in Verbo, potest intelligi non a principio conditionis, sed ex tunc ex quo beati fuerunt. — Vel dicendum quod, quamvis Verbum per essentiam non viderint in statu naturalium, viderunt tamen aliquo modo per similitudinem in eis existentem; et ex tali cognitione potuerunt creaturas cognoscere quas tamen postmodum in Verbo multo plenius cognoverunt quando Verbum per essentiam viderunt: secundum enim quod cognoscitur causa, cognoscuntur effectus per ipsam.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis essentia divina sit in se maxime cognoscibilis, tamen non est maxime cognoscibilis intellectui creato quia est extra genus ipsius.

3. Ad tertium dicendum quod intellectus angelicus dicitur esse speculum purum et incontaminatum et sine defectu, quia non patitur defectum intelligibilis luminis considerata natura sui generis, sicut patitur intellectus humanus in quo intelligibile lumen obumbratur in tantum ut necesse sit a phantasmatibus accipere et cum continuo et tempore et discurrendo de uno in aliud; propter quod Ysaac dicit quod « ratio oritur in umbra intelligentiae »; et ideo potentia intellectiva eius potest intelligere omnem formam intelligibilem creatam quae est sui generis. Sed intellectus angelicus comparatus ad essentiam divinam, quae est extra genus suum, invenitur defectivus et tenebrosus; et ideo deficit a visione divinae essentiae, quamvis ipsa sit in se maxime intelligibilis.

4. Ad quartum dicendum quod verbum Commentatoris intelligitur de cognitione intelligibilium creatorum, non de cognitione essentiae increatae: pro tanto enim substantia intelligibilis, quae in se est maxime intelligibilis, fit nobis minus intelligibilis quia excedit formam | a sensu abstractam qua naturaliter intelligimus. *80vb* Et similiter, immo multo amplius, essentia divina excedit formam intelligibilem creatam qua intellectus angeli intelligit; et ideo intellectus angeli minus intelligit essentiam divinam, quamvis sit magis intelligibilis, sicut et intellectus noster minus intelligit essentiam angeli, quamvis sit magis intelligibilis quam res sensibiles.

5. Ad quintum dicendum quod excellentia intelligibilis, quamvis non corrumpat intellectum sed confortet eum, tamen excedit quandoque repraesentationem formae qua intellectus intelligit; et ex hac causa intelligibilis excellentia impedit intellectum. Et secundum hoc est verum quod dicitur in II Metaphysicae quod intellectus se habet ad manifestissima naturae « sicut oculus vespertilionis ad lucem solis ».

6. Ad sextum dicendum quod gratia non requiritur ad videndum Deum per essentiam quasi immediata dispositio ad visionem, sed quia per gratiam homo meretur lumen gloriae sibi dari per quod Deum in essentia videat.

7. Ad septimum dicendum quod fides co-

A 224 cognitio...naturaliter] naturalis *praem.* pA 233 essentiam] *idem conf. praem.* pA 260 a phantasmatibus...et cum] cum *praem.* pA 265 creatam *hic* A] *post* generis pA 269 deficit] non *praem.* pA 296-300 Ad sextum...videat *hic* A] *post solut.* Ad septimum (*lin.* 301-306) pA, *litteris* b-a *in marg. ordo restituitur* 301 Ad septimum] vij *em.* A vj pA

Φ 219 ipsius] *om.* Φ (-δ^2) *post* angeli δ^2 221 se *om.* Φ (-δ^1) 222 est causata] *inv.* Φ (-δ^1) creata est δ^1 224 divinae essentiae] substantie divine vel essentie Φ 231 et *om.* Φ 277 qua] quam Φ (-δ^1) 294 vespertilionis] noctue Φ

220 Comm. 8 (7). 229 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1327 A-B), cf. etiam Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 3 c. 1. 261 cum continuo et tempore: Arist. ut supra q. 1 a. 5 240. 262 *Liber de Definicionibus* (ed. Muckle, p. 313). 292 Cap. 1 (993 b 9) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 28 I).

gnoscitur per essentiam suam in quantum essentia sua coniungitur intellectui ut forma intelligibilis et non alio modo; sic autem non coniungitur essentia divina intellectui creato in statu viae sed sicut sustinens eum in esse.

8. Ad octavum dicendum quod divisio illa non est per oppositas res sed per oppositas rationes; et ideo nihil prohibet aliquid esse per essentiam uno modo in anima et alio modo per similitudinem vel imaginem: in ipsa enim anima est imago et similitudo Dei, quamvis sit in ea Deus per essentiam.

9. Ad nonum dicendum sicut ad primum.

10. Ad decimum dicendum quod nec gratia gratum faciens nec gratia gratis data sufficit ad videndum Deum per essentiam nisi sit gratia consummata quae est lumen gloriae.

11. Ad undecimum dicendum quod res antequam in propria natura essent, non solum fuerunt in Verbo sed etiam in mente angelica; et ita potuerunt videri, quamvis Verbum per essentiam non videretur.

12. Ad duodecimum dicendum quod, sicut dicit Philosophus in II Caeli et mundi, in rebus invenitur multiplex gradus perfectionis: primus enim gradus et perfectissimus est ut aliquid habeat bonitatem suam sine motu et sine adminiculo alterius, sicut est perfectissima sanitas in eo qui per se est sanus sine auxilio medicinae, et hic gradus est divinae perfectionis; secundus gradus est eius quod potest consequi perfectam bonitatem cum modico auxilio et parvo motu, sicut eius qui habet sanitatem cum modico exercitio; tertius gradus est eius quod acquirit perfectam bonitatem cum multis motibus, sicut ille qui acquirit perfectam sanitatem cum multis exercitiis; quartus gradus est eius quod numquam potest acquirere perfectam bonitatem sed acquirit aliquid de bonitate ex multis motibus; quintus gradus est eius quod non potest acquirere aliquid de bonitate nec habet aliquem motum ad hoc, sicut est gradus illius in sanitate qui sanari non potest, unde nullam medicinam accipit. Naturae igitur irrationales nullo modo ad perfectam bonitatem, quae est beatitudo, pertingere possunt, sed pertingunt ad aliquam bonitatem imperfectam quae est eorum finis naturalis quem ex vi naturae suae consequuntur. Sed creaturae rationales possunt consequi perfectam bonitatem, id est beatitudinem, tamen ad consequendum indigent pluribus quam naturae inferiores ad consequendum fines suos; et ideo quamvis sint nobiliores, non tamen sequitur quod ex propriis naturalibus possint attingere ad finem suum sicut naturae inferiores: quod enim beatitudinem aliquid attingat per se ipsum, solius Dei est.

13. Et similiter dicendum ad tertium decimum de ordine potentiarum.

14. Ad quartum decimum dicendum quod per lumen gloriae, quamvis intellectus creatus numquam tantum elevetur quin in infinitum distet ab eo essentia divina, tamen per lumen illud fit ut intellectus uniatur essentiae divinae sicut formae intelligibili; quod aliter fieri non posset.

15. Ad quintum decimum dicendum quod ad cognoscendum Deum per similitudinem eius angelus ex propriis naturalibus potest, sed haec non est visio Dei per essentiam.

16. Ad sextum decimum dicendum quod conformitas naturalis ad Deum, quae est in intellectu angeli, non est ut intellectus angeli proportionetur ad essentiam divinam sicut ad formam intelligibilem, sed in hoc quod non accipit cognitionem sensibilium a sensu, sicut nos accipimus, et quantum ad alia in quibus intellectus angeli convenit cum Deo et differt ab intellectu humano.

17. Ad septimum decimum dicendum quod tripliciter aliquid videtur: uno modo per essen-

A 303 coniungitur] cong *conf. idem inc. praem.* pA 309 aliquid esse] videri *praem.* pA 314 dicendum] quod *add.* pA 325 rebus] creatis *add.* pA 331 et hic...secundus gradus est] . § Secundus gradus est *praem.* pA 338 sanitatem *coni. cum* Φ] bo (*trans. ad lin.*) nitatem A 339 potest] *quandam vocem conf. praem.* pA 341 ex *scrips.*] et (*e lapsu auditus*) A 342 potest acquirere aliquid] habet aliquid *praem.* pA 343 nec] et *praem.* pA 347 pertingere] pertigere A 350 quem *sup. ras.* A] *non liquet* pA 351 possunt] indig *praem.* pA 358 beatitudinem...per] per *praem.* pA 360 tertium decimum] id quod postea obicitur *praem.* pA

Φ 312 sit in ea] in ipsa sit Φ 328 habeat] *om.* Φ (-γ) contingat *post* suam γ 341 ex] et (*induc.* A) Φ 356 possint] possunt Φ 358 attingat] contingat Φ 365 lumen] *om.* δ^2 *post* illud Φ (-δ^2)

325 *De caelo* II 18 (292 a 22).

tiam suam, sicut quando ipsa essentia visibilis coniungitur visui, sicut oculus videt lucem; alio modo per speciem, quando scilicet similitudo ipsius rei ab ipsa re imprimitur in visum, sicut cum video lapidem; tertio modo per speculum, et hoc est quando similitudo rei per quam cognoscitur non fit in visu immediate ab ipsa re sed ab eo in quo similitudo rei repraesentatur, sicut in speculo resultant species sensibilium. Primo igitur modo videre Deum est naturale soli Deo, supra naturam vero hominis et angeli; sed secundo modo videre Deum est naturale angelo; tertio autem modo videre Deum est naturale ipsi homini qui venit in cognitionem Dei ex creaturis utcumque Deum repraesentantibus. Unde quod dicitur quod omnis cognitio est vel per essentiam vel in speculo, intelligendum est de cognitione humana; cognitio autem angeli quam de Deo naturaliter habet, est media inter istas duas.

81ra 18. Ad duodevicesimum dicendum quod imago rei dupliciter potest considerari: uno modo in quantum est res quaedam et cum sit res distincta ab eo cuius est imago, propter modum istum alius erit motus virtutis cognitivae in imaginem et in id cuius est imago; alio modo consideratur prout est imago, et sic idem est motus in imaginem et in id cuius est imago. Et sic quando aliquid cognoscitur per similitudinem in effectu suo existentem, potest motus cognitionis transire ad causam immediate sine hoc quod cogitetur de aliqua alia re; et hoc modo intellectus viatoris potest cogitare de Deo non cogitando de aliqua creatura.

19. Ad undevicesimum dicendum quod ea quae sunt essentialiter in anima et coniunguntur ei ut formae intelligibiles, intelliguntur ab anima per essentiam suam; sic autem essentia divina non est in anima viatoris, et ideo ratio non sequitur.

20. Ad vicesimum dicendum quod ratio illa procedit de specie abstracta a re quam oportet esse simpliciorem re ipsa; talis autem similitudo non est per quam intellectus creatus cognoscit naturaliter Deum, sed est similitudo impressa ab ipso, et ideo ratio non sequitur.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum angelus videns Deum per essentiam omnia cognoscat. Et videtur quod sic quia, sicut dicit Isidorus, « angeli in Verbo Dei omnia vident antequam fiant ».

2. Praeterea, unusquisque visus videt illud cuius similitudo est apud ipsum; sed essentia divina, quae est similitudo omnium, intellectui angelico coniungitur ut forma intelligibilis; ergo angelus videns Deum per essentiam videt omnia.

3. Praeterea, si angelus non cognoscit omnia, oportet quod hoc accidat vel ex defectu intellectus angelici, vel ex defectu rerum cognoscibilium, vel ex defectu medii; sed non ex defectu intellectus angelici cum angelus sit « speculum purum et incontaminatum », ut Dionysius dicit, nec etiam ex defectu intelligibilium quia omnia sunt in divina essentia cognoscibilia, nec etiam ex defectu medii quo cognoscunt quia divina essentia perfecte omnia repraesentat; ergo angelus videns Deum omnia videt.

4. Praeterea, intellectus angeli est perfectior quam intellectus animae humanae; sed anima habet potentiam ad omnia cognoscendum: ipsa enim est « quodam modo omnia », ut in III De anima dicitur, secundum quod est nata omnia cognoscere; ergo et intellectus angelicus potest omnia cognoscere; sed nihil est efficacius ad educendum intellectum angelicum

A 413 in *sup. lin.* A] no (*?*) pA effectu (*ex* effectus pA) *em.* A 418 quod] quamvis *add.* pA 7 cuius] q *praem.* pA 12 non] *idem conf. et imp. praem.* pA 14 defectu] absen *praem.* pA 19 in *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA 20 medii] *idem conf. praem.* pA 26 anima] anime *praem.* pA

Φ 384 ipsa *om.* Φ 388 modo] vero Φ 390 non] *om.* α β δ^1 *post* visu γ 407 propter] per Φ 6 unusquisque] uniuscuiusque Φ 8 intellectui] –lectum Σ 17 et] immaculatum vel (et δ^2) *add.* Φ (-δ^1) 26 anima] humana *add.* Φ

405 imago...considerari: Arist. *De mem.* 3 (450 b 23) ut refert Thomas *III Pars* q. 25 a. 3.

1 Parall.: *I Pars* q. 12 a. 8; ibid. q. 57 a. 5; *Cont. Gent.* III c. 56 et 59; *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 5. 4 *Sent.* (seu *De summo bono*) I c. 10 n. 17 (PL 83, 556 C) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 5 arg. 1, cf. etiam Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 11 c. 2. 18 Ut supra a. 3 28. 28 Cf. supra q. 1 a. 1 155 in nota.

in actum cognitionis quam divina essentia; ergo angelus videns essentiam divinam omnia cognoscit.

5. Praeterea, sicut dicit Gregorius, amor in patria cognitioni aequatur quia tantum quisque ibi diliget quantum cognoscet; sed amans Deum amabit in ipso omnia diligibilia; ergo videns ipsum videbit omnia intelligibilia.

6. Praeterea, si angelus videns Deum non videt omnia, hoc non est nisi quia omnia intelligibilia sunt infinita; sed ipse non impeditur ab intelligendo propter intelligibilis infinitatem quia essentia divina distat ab eo sicut infinitum a finito; ergo videtur quod angelus videns Deum omnia videre possit.

7. Praeterea, cognitio comprehensoris excedit cognitionem viatoris quantumcumque elevetur; sed viatori alicui possunt omnia revelari, quod quidem de praesentibus patet quia beato Benedicto totus mundus simul ostensus est, ut dicitur in II Dialogorum, de futuris etiam patere potest quia Deus alicui prophetae aliqua futura revelat et eadem ratione potest sibi omnia revelare, et similis ratio est de praeteritis; ergo multo fortius angelus videns Deum visione patriae omnia cognoscit.

8. Praeterea, Gregorius in IV Dialogorum dicit « Quid est quod non videant ubi videntem omnia vident? »; sed angeli vident per essentiam Deum scientem omnia; ergo angeli cognoscunt omnia.

9. Praeterea, potestas angeli in cognoscendo non est minor quam potestas animae; sed, dicit Gregorius in II Dialogorum, « animae videnti Creatorem angusta est omnis creatura »; ergo et angelo, et sic idem quod prius.

10. Praeterea, lux spiritualis vehementius ingerit se menti quam lux corporalis oculo; sed si lux corporalis esset sufficiens ratio omnium colorum, ingerens se oculo omnes colores manifestaret; ergo cum ipse Deus, qui est lux spiritualis et rerum omnium perfecta ratio, menti angeli videntis eum se ingerat, angelus eo cognito omnia cognoscet.

11. Praeterea, cognitio est quasi quidam contactus cognoscentis et cognoscibilis; sed si simplex tangitur, tangitur quicquid in ipso est; sed Deus est simplex; ergo si cognoscitur, cognoscuntur omnes rerum rationes quae in ipso sunt.

12. Praeterea, nullius creaturae cognitio est de substantia beatitudinis; ergo ad cognitionem beatitudinis aequaliter se habere videntur: aut ergo beatus omnes creaturas cognoscit, aut nullam; sed non nullam; ergo omnes.

13. Praeterea, omnis potentia non reducta ad actum est imperfecta; sed intellectus angeli est in potentia ad omnia cognoscenda, alias esset inferior intellectu humano in quo ' est omnia fieri '; si ergo in statu beatitudinis non omnia cognosceret, remaneret eius cognitio imperfecta, quod videtur repugnare beatitudinis perfectioni quae omnem imperfectionem tollit.

14. Praeterea, si angelus beatus non cognosceret omnia, cum sit potentia ad omnia cognoscenda posset postmodum aliquid cognoscere quod prius non cognoverat; sed hoc est impossibile quia, sicut dicit Augustinus XV De Trinitate, in angelis beatis ' non sunt cogitationes volubiles ', | quod esset si aliquid scirent quod prius nescissent; ergo angeli beati videntes Deum omnia vident. *81rb*

15. Praeterea, visio beatitudinis aeternitate mensuratur, unde et vita aeterna dicitur; sed in aeternitate nihil est prius et posterius; ergo nec in visione beatitudinis; ergo non potest esse quod aliquid sciatur quod prius scitum non fuerat, et sic idem quod prius.

16. Praeterea, Ioh. x[9] dicitur « Ingredietur et egredietur et pascua inveniet », quod in libro

A 49 viatori] *idem conf. praem.* pA 56 videns Deum *rep.* A, *et alterum delevimus* 73 perfecta ratio] perfecta ratio perfecta *add.* pA 74 menti *scrips. cum* Σ] *imp.* (*scil.* m̄) A 75 omnia] e *praem.* pA 77 et cognoscibilis] ad cognoscibile *praem.* pA 79 sed...ergo] ergo *praem.* pA 101 volubiles *in appendice col.* 81ra 107 visione *em.* A] *conf.* pA 111 quod] set *praem.* pA

Φ 36 tantum] tamen α β δ[2] tunc δ[1] 44 infinitum a finito] finitum ab infinito Φ 59 ubi] qui Φ 79 Deus] fides α β δ[2] 80 omnes] omnium Φ 100 XV] in *praem.* Φ (-γ) 101 cogitationes] cognitiones Φ (-γ) cognitionis γ 102 nescissent] nescivissent Φ 108 sciatur quod] *om.* α sciatur β δ[2] 109 fuerat] fuerit Φ

35 *In Ez.* II hom. 9 (PL 76, 1048 C). 52 Cap. 35 (PL 66, 198 B). 58 Cap. 33 (PL 77, 376 B), verbatim apud Guill. Altiss., cf. supra q. 2 a. 2 132 in nota. 65 Cap. 35 (PL 66, 200 A). 77 si...ipso: cf. supra a. 2 3. 90 ' est omnia fieri ': Arist. ut supra q. 1 a. 2 152 in nota. 100 Cap. 16 (PL 42, 1079). 105 vita aeterna dicitur: cf. Ioh. xvii[3].

De spiritu et anima sic exponitur: ingredietur ad contemplandam divinitatem Salvatoris, egredietur ad intuendam humanitatem ipsius, et utrobique gloriosam refectionem inveniet; sed visus exterior ita perfecte pascetur in humanitate Salvatoris quod nihil existens in corpore eius erit ei occultum; ergo et oculus mentis ita pascetur in divinitate ipsius quod nihil in ea existens ignorabitur ab eo, et sic cognoscet omnia.

17. Praeterea, ut dicitur III De anima, intellectus intelligens maximum intelligibile non minus intelligit minus intelligibilia sed magis; sed maxime intelligibile est Deus; ergo intellectus videns Deum omnia videt.

18. Praeterea, effectus maxime cognoscitur per cognitionem suae causae; sed Deus est causa omnium; ergo intellectus videntis Deum omnia cognoscit.

19. Praeterea, colores in tabula depicti ad hoc quod visu cognoscerentur non indigerent nisi lumine eos illustrante quo fierent visibiles actu; sed rerum omnium rationes sunt in essentia divina actu intelligibiles divino lumine illustratae; ergo intellectus videns essentiam divinam omnia per omnium rationes videt.

SED CONTRA est quod dicitur Eph. III[10] « Ut innotescat principibus et potestatibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei », ubi dicit glosa Ieronymi quod angeli mysterium Incarnationis per praedicationem Ecclesiae sunt edocti; ergo ante praedicationem illud ignoverunt, et tamen Deum per essentiam viderunt; ergo videntes Deum per essentiam non omnia cognoscunt.

2. Praeterea, Dionysius dicit in fine Ecclesiasticae hierarchiae « quod multae sacramentorum rationes latent supernas essentias », et sic idem quod prius.

3. Praeterea, nihil alteri coaequatur in extensione quae est secundum quantitatem molis nisi sit ei aequale secundum molis quantitatem, ergo et nihil coaequatur alteri in extensione virtualis quantitatis nisi coaequetur ei in virtute; sed intellectus angeli non coaequatur intellectui divino in virtute; ergo non potest esse quod intellectus angeli se extendat ad omnia ad quae se extendit intellectus divinus.

4. Praeterea, angeli cum sint facti ad laudandum Deum, secundum hoc quod cognoscunt eum laudant ipsum; sed non omnes aequaliter eum laudant, ut patet per Chrysostomum Super Iohannem; ergo quidam in eo plura cognoscunt quam alii; et tamen angeli minus cognoscentes vident Deum per essentiam; ergo videns Deum per essentiam non omnia videt.

5. Praeterea, de substantia beatitudinis angeli est cognitio et gaudium; sed angeli bene possunt gaudere de quo prius non gaudebant, sicut de peccatore converso, « Gaudium enim est angelis Dei super uno » etc., Luc. XV[10]; ergo et possunt cognoscere quae prius non cognoscebant, ergo videntes Deum per essentiam aliqua ignorant.

6. Praeterea, nulla creatura potest esse summe bona vel summe potens; ergo nec omnia sciens.

7. Praeterea, cognitio divina in infinitum excedit cognitionem creaturae; ergo non potest esse ut omnia quae Deus scit, creatura cognoscat.

8. Praeterea, Ier. XVII[9] « Pravum est cor hominis et inscrutabile; quis cognoscet illud?

A 155 virtualis quantitatis] quantitative virtutis *praem.* pA 165 et tamen] . § (*i. e. signum novae paragraphi*) *praem.* pA 175 ignorant (*ex* ingnorant pA) *em.* A

Φ 113 Salvatoris] et *add.* Φ 114 ad] contemplandam vel *add.* Σ 122 dicitur] in *add.* β γ δ[1] 125 intelligibile] –bilis Φ 132 cognoscerentur] –cantur Φ indigerent] indigent Φ 133 fierent] fiant Φ 135 illustratae] –trante Φ 139-141 principibus...Dei] etc. Φ 144 ignoverunt] ignoraverunt Φ 154 coaequatur] equatur Φ 172 super uno *om.* Φ 174 Deum *om.* Φ (-δ[1])

112 Cap. 9 (PL 40, 785). 122 *De anima* III 7 (429 b 3). 138 Eph. III[10]: ' principibus et potestatibus ' sic pluries adlegatur a Thoma, e. g. infra a. 9 13, ibid. 200, *Super Sent. II* d. 11 q. 2 a. 4 arg. 1, *I Pars* q. 117 a. 2 arg. 1, sec. *Glossam* hic infra et recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 141 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 189 B), cf. Hieron. *Comment. in epist. ad Eph.* II ibid. (PL 26, 514 C-D). 148 Cap. 7 pars 3 § 11 (PG 3, 568 A; Dion. 1468). 153 molis quantitatem...: August. ut supra a. 2 63. 160 ad laudandum Deum: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 1 c. 4. 164 Hom. 15 n. 1 (PG 59, 98). 172 Luc. XV[10]: in eadem forma *Super Sent. IV* d. 45 q. 2 a. 2 qc. 4 arg. 3, *I Pars* q. 62 a. 9 ad 3[m], ' Gaudium erit angelis Dei super uno ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' Gaudium erit coram angelis Dei in peccatore uno ' sec. recens. Veteris Latinae. 183 Ier. XVII[9]: ' cor hominis ' sic *Cont. Gent.* IV c. 17, *I Pars* q. 57 a. 4 sed c., *III Pars* q. 59 a. 2 arg. 3, sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467).

Ego Dominus »: ex quo videtur quod angeli videntes Deum per essentiam non cognoscunt secreta cordium, et ita non cognoscunt omnia.

RESPONSIO. Dicendum quod Deus videndo essentiam suam quaedam cognoscit scientia visionis, scilicet praeterita, praesentia et futura; quaedam autem scientia simplicis intelligentiae, omnia scilicet quae potest facere quamvis nec sint nec fuerint nec futura sint. Impossibile autem videtur quod aliqua creatura videns essentiam divinam omnia sciat quae Deus scit scientia simplicis notitiae: constat enim quod quanto aliquis causam aliquam perfectius cognoscit, ex cognitione causae in plurium effectuum notitiam devenire potest, sicut ille qui perfectius aliquod principium demonstrationis cognoscit, plures conclusiones ex eo deducere potest; si ergo aliquis intellectus ex cognitione alicuius causae omnes effectus eius cognoscat, oportet quod pertingat ad perfectum modum cognitionis illius causae, et sic quod illam causam comprehendat; quod est impossibile de essentia divina respectu intellectus creati, ut ex dictis patet. Unde impossibile est quod aliquis intellectus creatus videndo divinam essentiam omnia cognoscat quae ex ea causari possunt.

Possibile tamen est ut aliquis intellectus creatus essentiam Dei videns omnia cognoscat quae Deus scit scientia visionis, ut de anima Christi ab omnibus | tenetur. De aliis autem videntibus Deum per essentiam est duplex opinio: quidam enim dicunt quod omnes angeli et animae beatorum videndo essentiam Dei necesse est ut omnia cognoscant, sicut qui videt speculum videt omnia quae in speculo relucent; sed hoc dictis sanctorum repugnare videtur et praecipue Dionysii, qui in VI cap. Ecclesiasticae hierarchiae expresse dicit inferiores angelos per superiores ab ignorantia purgari, et sic oportet ponere quaedam superiores angelos cognoscere quae inferiores ignorant, quamvis omnes communiter Deum contemplentur. Et ideo dicendum est quod res non sunt in essentia divina sicut actu distinctae sed magis in eo omnia sunt unum, ut Dionysius dicit, per modum quo multi effectus uniuntur in una causa, imagines autem in speculo resultantes sunt ibi ut actu distinctae; et ideo modus quo res omnes sunt in essentia divina similior est modo quo sunt effectus in causa quam modo quo sunt imagines in speculo. Non est autem necessarium quod quicumque cognoscit causam, cognoscat omnes effectus eius qui possunt ex ipsa produci nisi comprehendat ipsam, quod non contingit alicui intellectui creato respectu divinae essentiae; unde in solo Deo necesse est ut ex hoc quod essentiam suam videt, omnia cognoscat quae facere potest; unde et eorum effectuum qui ex ipsa producti sunt, tanto aliquis plures cognoscit videndo essentiam Dei quanto plenius eam videt. Et ideo animae Christi, quae super omnes creaturas perfectius Deum videt, attribuitur quod omnia cognoscat, praesentia, praeterita et futura; aliis autem non, sed quod unusquisque secundum mensuram qua videt Deum, videt plures vel pauciores effectus ex ipso.

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut Magister in II Sententiarum dicit, cum dicitur ' angeli in Verbo vident omnia antequam fiant ' hoc non intelligitur de omnibus angelis sed forte de superioribus; nec illi etiam omnia perfecte vident sed forte in communi et quasi

81va

A 201 conclusiones] *idem conf. et imp. praem.* pA 215 tenetur *inc. col.* 81va A] videtur *in fine col.* 81rb *praem.* pA 231 imagines] fi (*seu* si) *praem.* pA 235 in] *litt. imp. praem.* pA imagines in speculo] effectus in causa *praem.* pA 241 unde] fl (*ut videtur*) *add.* pA 242 quae facere potest] *idem praem.* pA 243 effectuum qui] que *praem.* pA 249 non] no *praem.* pA 251 vel *clare sup. lin.* A] *idem conf.* pA 254 cum...angeli in Verbo] angeli in verbo *praem.* pA 255 in] non *praem.* pA 256 non] h *add.* pA

Φ 192 omnia *om.* Φ 199 notitiam] cognitionem Φ 200 sicut] sed Φ 211 ea] ipsa Φ 225 quaedam *om.* Φ 228 est *om.* Φ 232 ut] in Σ 238 eius] *om.* α δ *ante* effectus β γ 249 quod *om.* Φ 250 secundum] per Φ

189 scientia visionis...scientia simplicis intelligentiae: cf. supra q. 2 a. 9 8 in nota. 208 dictis: supra a. 2. 215 ab omnibus tenetur: inde a Petri Lomb. *Lib. Sent.* III d. 14 c. 1, cf. infra q. 20 a. 4. 217 quidam: Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 5 (f. 47rb-vb). 221 dictis sanctorum: cf. supra sed c. 1, 2 et 4. 223 Pars 3 § 6 (PG 3, 537 B; Dion. 1404). 230 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 359). 254 Dist. 11 c. 2.

implicite tantum aliqua sciunt. — Vel potest dici quod de una re cognoscibili possunt intelligi plures rationes, sicut de triangulo plures demonstrationes fiunt, et potest esse quod aliquis scit triangulum quid est, qui nescit omnia quae de triangulo sciri possunt; aliud igitur est scire omnes res, aliud autem scire omnia intelligibilia de rebus. Satis autem probabile videtur quod omnes videntes Deum per essentiam omnes creaturas cognoscant ad minus secundum species suas, et hoc est quod Isidorus dicit quod « sciunt in Verbo omnia antequam fiant »: fieri enim rei est non intelligibilis rationis; non autem oportet quod angelus sciens rem aliquam sciat omnes rationes intelligibiles de ipsa, et si forte sciat omnes proprietates naturales quae comprehensione essentiae cognoscuntur, non tamen scit eam secundum omnes rationes quibus substat ordini divinae providentiae qua una res ordinatur ad varios eventus, et de his rationibus inferiores angeli a supremis illuminantur; et hoc est quod dicit Dionysius IV cap. De divinis nominibus, quod superiores angeli docent inferiores rerum scibiles rationes.

2. Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit quando visus similitudini coniungitur secundum totum posse ipsius similitudinis: tunc enim necesse est ut visus cognoscat omne id ad quod similitudo visus se extendit; sic autem intellectus creatus non coniungitur divinae essentiae, et ideo ratio non sequitur.

3. Ad tertium dicendum quod hoc quod angelus videns Deum non videat omnia, contingit ex defectu intellectus ipsius qui non unitur essentiae divinae secundum totum posse eius; hic autem defectus puritati eius non repugnat, ut supra dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod anima secundum potentiam naturalem non se extendit ad plura intelligibilia quam ad ea quae possunt manifestari per lumen intellectus agentis quae sunt formae abstractae a sensibilibus; et similiter potentia intellectus angelici naturalis est ad omnia illa cognoscenda quae manifestantur lumine suo naturali, quod non est sufficiens manifestativum omnium quae in Dei sapientia latent. Et praeterea illorum etiam quae anima naturaliter cognoscere potest, cognitionem non accipit nisi per medium sibi proportionatum; unde uno et eodem medio apprehenso aliquis in cognitionem alicuius conclusionis devenit in quam alius tardioris ingenii devenire non potest. Et similiter ex essentia Dei visa superior angelus multa cognoscit quae inferior cognoscere non potest; in eorum tamen cognitionem reducitur per medium sibi magis proportionatum, sicut per lumen superioris angeli; unde necesse est quod unus angelus alium illuminet.

5. Ad quintum dicendum quod affectus terminatur ad res ipsas, sed intellectus non solum sistit in rebus sed res in multas intentiones dividit; unde illae intentiones sunt intellectae non autem sunt dilectae, sed possunt esse dilectionis principium sive ratio; dilectum autem proprie est res ipsa. Et quia angeli videntes Deum per essentiam omnes cognoscunt creaturas, possunt omnes amare; quia vero non omnes rationes intelligibiles in eis apprehendunt, non ex omnibus rationibus quibus res diligi possunt, eas diligunt.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis Deus distet ab intellectu angelico sicut infinitum a finito, non tamen cognoscunt eum secundum modum suae infinitatis quia non cognoscunt eum infinite; et ideo non oportet quod omnia infinita quae ipse cognoscit, cognoscant.

7. Ad septimum dicendum quod Deus alicui viatori revelare posset tot quod plura de creaturis intelligeret quam intellectus comprehensoris; et similiter Deus posset cuilibet comprehensori inferiori revelare omnia quae superior intelligit, aut etiam plura. Sed nunc de hoc non quaerimus, sed solum de hoc an

A 263 qui] *litt. imp. add.* pA 268 ad minus *hic conf.* pA] *post* suas A, *et ordinem dictatorum restituimus* 269 et hoc est] set non est *praem.* pA 325 omnes] p *praem.* pA 329 diligunt] dl *conf. inc. praem.* pA 334 infinite] con *add.* pA 338 intellectus] aliquis *praem.* pA

Φ 259 potest dici] dicendum Φ 263 scit] sciat Φ 279 supremis] superioribus vel *praem.* Φ 308 medio] modo Φ 322 sunt *om.* Φ

281 § 1 (PG 3, 693 C; Dion. 149). 295 supra: a. 3 ad 3.

ex hoc quod essentiam Dei videt aliquis intellectus creatus, sequatur quod omnia cognoscat.

8. Ad octavum dicendum quod verbum Gregorii potest intelligi de his quae pertinent ad substantiam | beatitudinis. — Vel potest dici quod Gregorius loquitur quantum ad sufficientiam medii, quia ipsa essentia divina est sufficiens medium demonstrativum rerum omnium; unde per hoc vult habere quod non est mirum si ea visa futura cognoscuntur, sed quod non omnia cognoscantur est ex defectu intellectus eam non comprehendentis. 81vb

9. Ad nonum dicendum quod ex illa auctoritate habetur quod ex quo anima videt divinam essentiam, omnis creatura est ei angusta, id est nulla creatura occultatur ei propter eminentiam ipsius creaturae; sed alia ratio occultationis esse potest, quia scilicet non coniungitur ei medium proportionatum sibi per quod illam creaturam cognoscere possit.

10. Ad decimum dicendum quod ratio illa procederet si oculus corporalis lucem corporalem secundum totum eius posse in se susciperet; quod patet in proposito non esse.

11. Ad undecimum dicendum quod intellectus cognitione sua tangens Deum cognoscit ipsum totum sed non totaliter, et ideo cognoscit omne id quod actu in ipso est; non tamen oportet quod cognoscat habitudinem eius ad omnes suos effectus, quod est cognoscere ipsum secundum quod est ratio omnium suorum effectuum.

12. Ad duodecimum dicendum quod, quamvis nulla cognitio creaturae sit de substantia beatitudinis quasi beatificans, tamen aliqua creaturae cognitio pertinet ad beatitudinem quasi necessaria ad aliquem actum beati, sicut ad beatitudinem angeli pertinet ut cognoscat omnes qui suo officio committuntur; et similiter ad sanctorum beatitudinem pertinet ut cognoscant eos qui eorum beneficia implorant vel etiam alias creaturas ex quibus laudare debent Deum. — Vel dicendum quod, si etiam nullo modo ad beatitudinem pertineret creaturae cognitio, non tamen sequitur quod omnis cognitio creaturae aequaliter se habeat ad visionem beatitudinis. Cognita enim causa aliqua in promptu est ut aliqui effectus cognoscantur in ipsa aliqui vero magis latent; sicut patet quod ex principiis demonstrationis statim aliquae conclusiones eliciuntur quaedam vero nonnisi per multa media; et ad haec cognoscenda non potest quilibet per se, sed oportet quod ab alio manuducatur; similiter est etiam cognitio rationum intelligibilium de effectibus respectu essentiae divinae, quia quaedam sunt latentiores, quaedam manifestiores; et ideo ex visione divinae essentiae quaedam cognoscuntur quaedam non.

13. Ad tertium decimum dicendum quod aliquid est in potentia ad alterum dupliciter: uno modo in potentia naturali, et sic intellectus creatus est in potentia ad omnia illa cognoscenda quae suo lumine naturali manifestari possunt, et nihil horum angelus beatus ignorat: ex horum enim ignorantia remaneret intellectus angeli imperfectus; quaedam vero potentia est oboedientiae tantum, sicut dicitur aliquid esse in potentia ad illa quae supra naturam Deus in eo potest facere, et si talis potentia non reducatur ad actum, non erit potentia imperfecta. Et ideo intellectus angeli beati non est imperfectus si non cognoscit omnia quae Deus potest ei revelare. — Vel dicendum quod, si aliqua potentia ad duas perfectiones ordinatur quarum prima sit propter secundam, non erit imperfecta potentia si habeat secundam sine prima; sicut si habet sanitatem sine adminiculis medicinae quae sanitatem faciunt. Omnis autem cognitio creaturae ordinatur ad cognitionem Dei; et ideo ex quo intellectus creatus cognoscit Deum, etiam dato per impossibile quod nullam creaturam sciret, non esset imperfectus; nec etiam intellectus videns

A 345 verbum Gregorii potest] hoc pot *praem.* pA 364 oculus] h *praem.* pA 414 ideo] *litt. imp. praem.* pA 424 dato *clare sup. lin.* A] *conf.* pA

Φ 350 demonstrativum] –trationis Φ 352 mirum] in ipsa Σ futura] non *add.* Φ 368 cognoscit] cognoscet Φ (-δ) 384 ex] de Φ 386 pertineret] pertineat Φ 388 habeat] habet Φ 393 eliciuntur] –ciantur Φ 406 quae] quo α in δ^2 in *add.* δ^1 415 cognoscit] cognoscat Φ 422 autem] enim Φ

346 potest...beatitudinis: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 11 c. 2.

Deum, qui plures creaturas cognoscit, ex cognitione creaturarum ⟨perfectior est⟩ sed ex hoc quod perfectius Deum cognoscit. Unde dicit Augustinus in libro Confessionum « Infelix homo qui scit omnia illa », scilicet creata, « te autem nescit; beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. Si autem te et illa novit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus ».

14. Ad quartum decimum dicendum quod volubilitas cogitationum quae a beatis angelis removetur, dupliciter intelligi potest: uno modo ut cogitatio dicatur volubilis propter discursum de effectibus in causas vel e converso, qui quidem discursus rationis proprius est, quam claritas intellectus angelici excedit; alio modo volubilitas potest referri ad successionem eorum quae cogitantur, et sic sciendum est quod quantum ad illam cognitionem qua angeli cognoscunt res in Verbo, non potest esse successio quia per unum diversa cognoscunt; sed quantum ad ea quae cognoscunt per species innatas vel per illuminationes superiorum, est ibi successio. Unde Augustinus dicit VIII Super Genesim ad litteram, quod « Deus movet creaturam spiritualem per tempus »; quod est per affectiones mutari.

15. Ad quintum decimum dicendum quod visio beatitudinis est illa qua videtur Deus per essentiam et res in Deo; et in ista non est aliqua successio, nec in ea angeli proficiunt sicut nec in beatitudine. Sed in visione rerum per species innatas vel per illuminationes superiorum proficere possunt; et quantum ad hoc visio illa non mensuratur aeternitate sed tempore, non quidem tempore quod est mensura motus primi mobilis, de quo Philosophus loquitur, sed tempore non continuo quali creatio rerum mensuratur; quod nihil est aliud quam numeratio prioris et posterioris in creatione rerum vel in successione angelicorum intellectuum.

16. Ad sextum decimum dicendum quod corpus Christi est finitum et comprehendi potest visu corporali; essentia autem divina non comprehenditur visu spirituali cum sit infinita, et ideo non est simile.

17. Ad septimum decimum dicendum quod ratio illa procederet si intellectus cognosceret maxime cognoscibile, quod est Deus, perfecte; quod quia non est, ratio non sequitur.

18. Et similiter dicendum ad duodevicesimum de causa et effectu, ut ex praedictis patet.

19. Ad undevicesimum dicendum quod non sunt hoc modo rationes rerum in Deo sicut colores in tabula vel pariete, ut ex dictis patet, et ideo ratio non sequitur.

Alia concedimus quia verum concludunt, quamvis non debito modo.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum visio rerum in Verbo sit per aliquas similitudines rerum in intellectu angelico | existentes. *82ra*
Et videtur quod sic; omnis enim cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum; si igitur intellectus angelicus cognoscit aliqua in Verbo, oportet quod cognoscat ea per aliquas similitudines apud se existentes.

2. Praeterea, sicut se habet corporalis res ad visum corporalem, ita spiritualis ad visum spiritualem; sed res corporalis non cognoscitur a visu corporali nisi per aliquam impressionem rei in ipso existentem; ergo similiter est de visu spirituali.

3. Praeterea, gloria non destruit naturam sed perficit; sed cognitio naturalis angeli est per aliquas species; ergo et cognitio gloriae

A 428 ⟨perfectior est⟩ *coni. cum* δ¹] *om.* A 433 et illa] illa *praem.* pA 451 movet] *litt. imp. praem.* pA 484 non sequitur] s *praem.* pA
10 visum] ss (*inc.* sensum *?*) *praem.* pA

Φ 428 ⟨perfectior est⟩ *suppl.* δ¹] *induc.* A *om.* Φ (-δ¹) 444 est *om.* Φ (-γ) 449 per] propter Φ 465 numeratio] variatio Φ 485 concludunt] concedunt α δ conceduntur γ
4 enim *om.* Σ

430 V c. 4 (PL 32, 708) ut refert Thomas *I Pars* q. 12 a. 8 ad 4. 451 Cap. 20 (PL 34, 388). 463 *Phys.* IV 23 (223 b 22) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 37 q. 4 a. 3.
1 Parall.: *I Pars* q. 12 a. 9. 4 cognitio...cognitum: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 17 per aliquas species: cf. infra a. 8.

quae est visio in Verbo est per similitudines rerum.

4. Praeterea, omnis cognitio est per aliquam formam; sed Verbum non potest esse forma intellectus, nisi forte exemplaris, quia nullius rei est forma intrinseca; ergo oportet quod per aliquas alias formas cognoscat intellectus angeli ea quae in Verbo cognoscit.

5. Praeterea, Paulus in raptu Deum per essentiam vidit, ut patet II Cor. XIII in glosa, et ibi vidit « arcana verba quae non licet homini loqui »; illorum autem verborum non fuit oblitus postquam Verbum per essentiam videre desiit; ergo oportet quod per aliquas similitudines in intellectu remanentes illa cognosceret; et eadem ratione angeli quae cognoscunt in Verbo per similitudines aliquas cognoscunt, ut videtur.

6. Sed dicebat quod abeunte Verbo remanserunt in anima Pauli quaedam reliquiae illius visionis, scilicet impressiones quaedam vel similitudines, quibus reminisci poterat eorum quae in Verbo viderat; sicut abeuntibus sensibilibus remanent eorum impressiones in sensu. — Sed contra, res aliqua magis imprimit in alteram in sui praesentia quam in sui absentia; si ergo Verbum in sui absentia reliquit impressionem in intellectu Pauli, ergo et in sui praesentia.

SED CONTRA, quicquid est in Deo est Deus; si ergo angelus videns essentiam Dei non videt eam per aliquam similitudinem, nec ideas rerum in eo existentes per aliquam similitudinem videt.

2. Praeterea, rationes rerum resultant in Verbo sicut imagines in speculo; sed per unam similitudinem speculi videntur omnia quae in speculo relucent; ergo et per ipsam formam Verbi videntur omnia quae in Verbo cognoscuntur.

3. Praeterea, intellectus angeli est sicut tabula picta eo quod « omnis intelligentia est plena formis », ut dicitur in libro De causis; sed tabulae pictae non superadduntur aliae picturae, propter hoc enim probatur in III De anima quod intellectus possibilis potest omnia recipere quia est « sicut tabula in qua nihil est scriptum »; ergo non potest esse quod eorum quae cognoscit angelus in Verbo aliquas similitudines habeat.

RESPONSIO. Dicendum quod omnis cognitio est per assimilationem scientis ad scitum. Quicquid autem similatur alicui, secundum hoc quod illud est simile tertio, ipsum etiam est tertio simile; ut si filius similatur patri in hoc quod pater similatus est avo, et filius avo similatur. Dupliciter igitur aliquid alicui similatur: uno modo ex hoc quod similitudinem eius immediate ab eo accipit in se, alio modo ex hoc quod assimilatur alicui quod est simile ei; et sic etiam dupliciter fit cognitio: cognoscimus enim per visum Socratem in quantum visus noster assimilatur ipsi Socrati, et etiam in quantum assimilatur imagini Socratis; et utraque istarum assimilationum sufficit ad cognoscendum Socratem.

Dico ergo quod, quando aliqua res cognoscitur per similitudinem alterius rei, illa cognitio non fit per aliquam similitudinem aliam quae sit immediate ipsius rei cognitae; et si cognoscens cognoscat unam et eandem rem per similitudinem propriam et per similitudinem alterius rei, erunt diversae cognitiones. Quod sic patere potest. Est enim aliqua cognitiva potentia quae cognoscit tantum recipiendo non autem aliquid ex receptis formando, sicut sensus simpliciter cognoscit illud cuius speciem recipit, et nihil aliud; aliqua vero potentia est quae non solum cognoscit secundum quod recipit sed etiam ex his quae recipit po-

A 27 XIII A] *legend.* XII 45 Pauli] pal *praem.* pA 50 in eo...per] per *praem.* pA 71 illud *hic* A] *post* simile pA 72 filius] *idem conf. praem.* pA 79 visum] *idem conf. praem.* pA 84 Dico ergo quod, quando] et ideo quando (*imp.*) *praem.* pA 85 illa cognitio non] non *praem.* pA 93 formando] agendo secundum compos *praem.* pA

Φ 39 eorum *om.* Φ 43 in alteram] in aliquam α δ^2 in animam vel intellectum γ *om.* δ^1 sui[1]] *om.* Σ (-δ^1) eius δ^1 59 picta *om.* Φ 61 pictae *om.* Σ (-δ^1) 70 similatur] assimilatur Φ 73 pater] ipse *praem.* Φ 78 sic] similiter Σ 80 noster] tamen Φ (-δ^1) *om.* δ^1 ipsi *om.* Φ 91 cognitiva] cognoscitiva Φ 95 recipit] cognoscit Φ

20 cognitio...formam: Algazel ut supra a. 1 26 in nota. 27 Rectius XII[4]; *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. XII[4] (PL 192, 83 A). 47 quicquid...: Alan. de Insulis ut supra q. 2 a. 9 109 in nota. 60 Prop. 10 (9). 63 Cap. 4 (429 b 31) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,1).

test aliquam aliam speciem formare, sicut patet in imaginatione quae ex forma auri recepta et forma montis format quoddam phantasma aurei montis. Et similiter est in intellectu quia ex formis generis et differentiae comprehensis format quiditatem speciei. In huiusmodi igitur potentiis quando una res cognoscitur per similitudinem alterius rei, quandoque contingit quod praeter similitudinem illam formatur alia species quae est rei immediate, sicut ex statua Herculis visa potest formare quandam aliam similitudinem quae sit ipsius Herculis immediate; sed haec cognitio iam est alia ab illa qua cognoscebam Herculem in statua sua: si enim esset eadem, tunc oporteret hoc accidere in qualibet alia potentia, quod manifeste falsum apparet; cum enim visus exterior videt Herculem in statua sua, non fit cognitio per aliquam aliam similitudinem quam per similitudinem statuae.

Sic igitur dico quod ipsa essentia divina est similitudo rerum omnium, et ideo intellectus angeli res cognoscere potest et per similitudines ipsarum rerum et per ipsam essentiam divinam; sed illa cognitio qua cognoscet per similitudines ipsarum rerum erit alia a cognitione qua cognoscit res per Verbum, quamvis etiam illae similitudines causentur ex coniunctione intellectus angelici ad Verbum sive per operationem ipsius intellectus angelici, ut dictum est de imaginatione, sive, quod est verius, per influxum Verbi.

1. Ad primum igitur dicendum quod ex quo essentia divina est rerum similitudo quae cognoscuntur per Verbum, intellectus angelicus essentiae divinae coniunctus est rebus illis sufficienter assimilatus ad eas cognoscendas.

82rb 2. Ad secundum dicendum quod a Verbo potest fieri impressio in intellectum angeli, sed cognitio quae est per illam impressionem est alia a cognitione quae est per Verbum, ut dictum est.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis gloria non destruat naturam, elevat tamen eam ad id quod per se non poterat, hoc est ad hoc quod videat res per ipsam essentiam Dei sine aliqua similitudine media in visione illa.

4. Ad quartum dicendum quod Verbum non est alicuius rei forma intra ita quod sit pars essentiae rei; est tamen intellectui forma intrinseca ut intelligibile per ipsum.

5. Ad quintum dicendum quod Paulus, postquam desiit essentiam Dei videre, memor fuit rerum quae in Verbo cognoverat per similitudines rerum apud se remanentes.

6. Ad sextum dicendum quod similitudines illae quae remanserunt post absentiam Verbi, imprimebantur etiam quando Verbum per essentiam videbat; sed tamen illa visio qua videbat per Verbum non erat per illas impressiones, ut ex dictis patet.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum angelus cognoscat se ipsum. Et videtur quod non quia, ut dicit Dionysius VI cap. Caelestis hierarchiae, angeli ignorant suas virtutes; sed si cognoscerent se per essentiam, cognoscerent suas virtutes; ergo angelus suam essentiam non cognoscit.

2. Praeterea, si angelus cognoscit se ipsum, hoc non est per aliquam similitudinem sed per essentiam suam quia « in his quae sunt sine materia, idem est intellectus et quod intelligitur », ut dicitur in III De anima; sed per essentiam suam se cognoscere non potest quia illud quo intelligitur est forma intellectus, essentia autem angeli non potest esse forma intellectus eius cum magis intellectus insit essentiae ut proprietas quaedam sive forma; ergo angelus nullo modo cognoscit se.

3. Praeterea, idem non potest esse agens et patiens, movens vel motum nisi hoc modo

A 99 recepta *em.* A] *conf.* pA 102 comprehensis *scrips.*] *conf.* (comprehensa *potius*) A 110 iam] ia *conf. inc. praem.* pA 110 cognoscebam] y (*ut videtur*) *praem.* pA 111 in] per *praem.* pA 120 rerum] immediate *add.* pA 145 intra *clare* A *et* Φ] intrinseca *editiones impressae* 150 quae] que *plene scriptum* A
4 sed] *idem conf. praem.* pA 14 intellectus] illu *praem.* pA 16 insit] sit *praem.* pA

Φ 101 formis] forma Φ 102 comprehensis] –hensa Φ 103 igitur] ergo Φ 121 cognoscet] res *add.* Φ 136 est[1]] *om.* Φ (-δ^1) fit δ^1 150 quae...cognoverat *om.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 56 a. 1; *Cont. Gent.* II c. 98; *Super De causis* lect. 13. 3 § 1 (PG 3, 199 C) sec. transl. Eriugenae (Dion. 829). 12 Cap. 4 (430 a 3) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,4).

quod una pars eius sit movens vel agens et alia mota vel passa, ut patet in animalibus, sicut probatur in VIII Physicorum; sed intelligens et intellectum se habent ut agens et patiens; ergo non potest esse quod angelus totum se intelligat.

4. Praeterea, si angelus intelligit se per essentiam suam, oportet quod essentia sua sit actus intellectus eius; sed nulla essentia per se subsistens potest esse actus alicuius nisi sit actus purus: res enim materialis non potest esse alicuius forma, esse autem actum purum nulli essentiae convenit nisi divinae; ergo angelus non potest se per essentiam suam cognoscere.

5. Praeterea, nihil intelligitur nisi secundum quod denudatur a materia et a condicionibus materialibus; sed esse in potentia est quaedam materialis condicio a qua angelus denudari non potest; ergo angelus se ipsum intelligere non potest.

6. Praeterea, si angelus intelligit se per essentiam suam, oportet quod essentia sua sit in intellectu suo; sed hoc esse non potest, quin immo intellectus est in essentia: non enim potest esse aliquid esse in altero et e converso; ergo angelus non cognoscit se per essentiam suam.

7. Praeterea, intellectus angeli habet potentiam admixtam; nihil autem de potentia in actum reducitur a se ipso; cum ergo intellectus reducatur in actum cognitionis per ipsum cognoscibile, impossibile erit quod angelus intelligat se ipsum.

8. Praeterea, nulla potentia habet efficaciam agendi nisi ab essentia in qua radicatur, ergo intellectus angeli est efficax ad intelligendum ex virtute essentiae suae; sed non potest idem esse principium agendi et patiendi; cum igitur id quod intelligitur sit quodam modo ut passum, videtur quod angelus essentiam suam cognoscere non possit.

9. Praeterea, demonstratio actus intellectus est; sed non potest idem per idem demonstrari; ergo non potest esse quod angelus per essentiam suam intelligatur a se.

10. Praeterea, qua ratione reflectitur in se ⟨intellectus⟩, et affectus; sed affectus angeli non reflectitur in se nisi per dilectionem naturalem quae est quidam naturalis habitus; ergo nec angelus se cognoscere potest nisi mediante aliquo habitu, et ita non cognoscit se per essentiam suam.

11. Praeterea, operatio cadit media inter agens et patiens; sed intelligens et intellectum se habent ut agens et patiens; cum igitur nihil cadat medium inter rem aliquam et se ipsam, impossibile videtur quod angelus se ipsum intelligat.

SED CONTRA, quod potest virtus inferior potest et superior, ut dicit Boetius; sed anima nostra se ipsam cognoscit; ergo multo fortius angelus.

2. Praeterea, haec est ratio quare intellectus noster se ipsum intelligit non autem sensus, ut dicit Avicenna, quia sensus utitur organo corporali non autem intellectus; sed intellectus angeli magis est separatus ab organo corporali quam etiam intellectus noster; ergo angelus etiam cognoscit se ipsum.

3. Praeterea, intellectus angeli, cum sit deiformis, maxime assimilatur intellectui divino; sed Deus se per essentiam suam cognoscit; ergo et angelus.

4. Praeterea, quanto intelligibile est magis proportionatum intellectui, tanto magis potest ipsum cognoscere; sed nullum intelligibile est magis proportionatum intellectui angelico quam sua essentia; ergo essentiam suam maxime cognoscit.

5. Praeterea, in libro De causis dicitur quod « omnis sciens scit essentiam suam et redit ad essentiam suam reditione completa »; ergo et angelus cum sit sciens.

A 46 esse aliquid esse *clare* A 66 Praeterea] sicut *add.* pA qua] que pA 67 ⟨intellectus⟩ *suppl. cum* Φ] *trans. ad lin. om.* A 95 intellectui *em.* A] *conf.* pA 98 essentia] *idem conf. praem.* pA

Φ 23 sicut] ut Φ 25 quod] ut Φ 27 intelligit] –ligat Φ 30 actus *om.* Σ (-δ^1) 37 condicionibus] materie vel *add.* Φ 46 esse^1 *om.* γ δ esse^2 *om.* α β 52 intelligat] cognoscat vel *praem.* Φ 59 id] illud Φ (-γ) 67 ⟨intellectus⟩ *suppl.* Φ 69 quae] qui Φ 91 maxime] magis Φ (-δ^1) divino] vel maxime (*cf. nota superior*) α β δ^2 vel maxime *praem.* γ

23 *Phys.* VIII 7 (254 b 27). 36 secundum...materialibus: Avicenna ut supra q. 2 a. 2 171 in nota. 80 Ut supra q. 2 a. 6 30. 85 *De anima* V c. 2 (f. 23va). 90 deiformis: Dionys. ut infra a. 8 48. 100 Prop. 15 (14).

RESPONSIO. Dicendum quod duplex est actio: una quae procedit ab agente in rem exteriorem quam transmutat, et haec est sicut illuminare, quae etiam proprie actio nominatur; alia vero actio est quae non procedit in rem exteriorem sed stat in ipso agente ut perfectio ipsius, | et haec proprie dicitur operatio, et haec est sicut lucere. Hae autem duae actiones in hoc conveniunt quod utraque non progreditur nisi ab existente in actu secundum quod est actu; unde corpus non lucet nisi secundum quod habet lucem in actu, et similiter non illuminat. Actio autem appetitus et sensus et intellectus non est sicut actio progrediens in materiam exteriorem sed sicut actio consistens in ipso agente ut perfectio eius; et ideo oportet quidem quod intelligens secundum quod intelligit sit actu, non autem oportet quod in intelligendo intelligens sit ut agens et intellectum ut passum, sed intelligens et intellectum, prout ex eis est effectum unum quid quod est intellectus in actu, sunt unum principium huius actus quod est intelligere; et dico ex eis effici unum quid, in quantum intellectum coniungitur intelligenti sive per essentiam suam sive per similitudinem. Unde intelligens non se habet ut agens vel ut patiens nisi per accidens, in quantum scilicet ad hoc quod intelligibile uniatur intellectui requiritur aliqua actio vel passio: actio quidem, secundum quod intellectus agens facit species esse intelligibiles actu; passio autem, secundum quod intellectus possibilis recipit species intelligibiles, et sensus species sensibiles. Sed hoc quod est intelligere consequitur ad hanc passionem vel actionem sicut effectus ad causam. Sicut ergo corpus lucidum lucet quando est lux actu in ipso, ita intellectus intelligit omne illud quod est actu intelligibile in ipso.

Sciendum est igitur ⟨quod⟩ nihil prohibet esse aliquid actu unum et in potentia alterum, sicut corpus diaphanum est actu quidem corpus sed potentia tantum coloratum; et similiter possibile est esse aliquod actu ens quod in genere intelligibilium est potentia tantum: sicut enim est gradus actus et potentiae in entibus, quod aliquid est potentia tantum ut materia prima, aliquid actu tantum ut Deus, aliquid actu et potentia ut omnia intermedia, sic est in genere intelligibilium aliquid ut actu tantum, scilicet essentia divina, aliquid ut potentia tantum, ut intellectus possibilis, quod hoc modo se habet in ordine intelligibilium sicut materia prima in ordine sensibilium, sicut dicit Commentator in III De anima. Omnes autem substantiae angelicae sunt mediae, habentes aliquid de potentia et actu non solum in genere entium sed etiam in genere intelligibilium. Sicut igitur materia prima non potest agere aliquam actionem nisi perficiatur per formam – et tunc actio illa est quaedam emanatio ipsius formae magis quam materiae –, res autem existentes actu possunt agere actiones secundum quod sunt actu, ita intellectus possibilis noster nihil potest intelligere antequam perficiatur forma intelligibili in actu: tunc enim intelligit rem cuius est illa forma; nec potest se intelligere nisi per formam intelligibilem actu in se existentem. Intellectus vero angeli, quia habet essentiam suam quae est ut actus in genere intelligibilium sibi praesentem, potest intelligere id quod est intelligibile apud ipsum, id est essentiam suam, non per aliquam similitudinem sed per se ipsam.

1. Ad primum igitur dicendum quod angeli cognoscunt virtutem suam secundum quod in se consideratur eam comprehendendo; non autem eam comprehendunt secundum quod deducitur ab exemplari aeterno, hoc enim esset ipsum exemplar comprehendere.

2. Ad secundum dicendum quod essentia

A 109 perfectio ipsius *in appendice col.* 82^{rb} 113 secundum] *idem conf. praem.* pA 114 secundum quod] quod *praem.* pA 116 Actio *sup. lin.* A] operatio pA 124 effectum *em.* A] *conf.* pA 133 intellectus] per lumen p *praem.* pA 143 igitur] quod sicut quod est gradus actus (*cf. lin.* 148-149) *add.* pA 143 ⟨quod⟩ *suppl.*] *casu del. in emend. superiori om.* A 167 actu] *idem praem.* pA

Φ 106 haec] hoc *potius* Φ 113 secundum...actu *hom. om.* Σ 120 quidem *om.* Σ 121 in *om.* Φ 122 et *om.* Φ 126 quod] qui Φ 140 actu in ipso] in *praem.* α β δ^2 in ipso actu γ in actu ipso δ^1 142 ipso] eo Φ 143 ⟨quod⟩ *suppl.* Φ 156 ordine] genere Σ 173 suam *om.* Φ 176 id est] quasi Φ (-δ)

104 duplex est actio: Arist. *Metaph.* IX ut infra q. 14 a. 3 111. 158 Comm. 5 et 17 (VI^1, 139 B et 160 F). 178 Ad primum...: cf. Albertus *Super Dion. De cael. hier.* cap. 6 § 1.

angeli, quamvis non possit comparari ad intellectum eius ut actus ad potentiam in essendo, comparatur tamen ad ipsum ut actus ad potentiam in intelligendo.

3. Ad tertium dicendum quod intellectum et intelligens non se habent ut agens et patiens, sed ambo se habent ut unum agens, ut patet ex dictis, quamvis quantum ad modum loquendi videantur ut agens et patiens significari.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis essentia angeli non sit actus purus, non tamen habet materiam partem sui, sed secundum hoc est in potentia quod esse non habet a se ipso; et ideo nihil prohibet ipsam comparari ad intellectum ut actum in intelligendo.

5. Ad quintum dicendum quod id quod intelligitur non oportet denudari a qualibet materia: constat enim quod formae naturales numquam intelliguntur sine materia cum materia in earum diffinitione cadat; sed oportet quod denudetur a materia individuali quae est materia determinatis dimensionibus substans. Unde minus oportet quod separetur a potentia tali qualis est in angelis.

6. Ad sextum dicendum quod nihil prohibet aliquid esse in altero et illud in eo diversis modis, sicut totum in partibus et e converso. Et similiter est in proposito: essentia enim angeli est in intellectu eius sicut intelligibile in intelligente, intellectus autem in essentia sicut potentia in substantia.

7. Ad septimum dicendum quod intellectus angeli non est in potentia respectu essentiae suae sed respectu eius est semper in actu; respectu autem aliorum intelligibilium potest esse in potentia. Nec tamen sequitur quod, quando intellectus est in potentia, quod per aliud agens reducatur in actum semper, sed solum quando est in potentia essentiali, sicut aliquis antequam addiscat; quando autem est in potentia accidentali, sicut habens habitum dum non considerat, potest per se ipsum exire in actum, nisi dicatur quod reducitur in actum per voluntatem qua movetur ad actu considerandum.

8. Ad octavum dicendum quod illud quod intelligitur non est ut passum sed ut principium actionis, ut patet ex dictis, et ideo ratio non sequitur.

9. Ad nonum dicendum quod aliquid potest esse cognitionis causa dupliciter: uno modo ex parte ipsius cognoscibilis, et sic magis notum est causa | cognoscendi minus notum, et hoc *82ᵛᵇ* modo medium demonstrationis est causa intelligendi; alio modo ex parte cognoscentis, et sic causa cognitionis est illud quod facit cognoscibile esse actu in cognoscente, et sic nihil prohibet aliquid per se ipsum cognosci.

10. Ad decimum dicendum quod dilectio naturalis non est habitus sed est actus.

11. Ad undecimum dicendum quod operatio intellectualis non est media secundum rem inter intelligens et intellectum, sed procedit ex utroque secundum quod sunt unita.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum angelus unus intelligat alium. Et videtur quod non quia, ut dicit Dionysius VI cap. Caelestis hierarchiae, etiam ipsi angeli suam ordinationem ignorant; sed si angelus unus cognosceret alium, suam ordinationem scirent; ergo unus alium non cognoscit.

2. Praeterea, ut dicitur in libro De causis, « omnis intelligentia scit quod est supra se in quantum est causa ei, et quod est infra se in quantum est causatum ab ea »; sed secundum fidem non ponitur quod unus angelus sit causa alterius; ergo unus alium non cognoscit.

3. Praeterea, sicut dicit Boetius, « univer-

A 187 ipsum] ipsam *praem.* pA actus ad] ad *praem.* pA 202 formae] forma *praem.* pA 226 potest] non oportet *praem.* pA 232 ratio non *inv.* pA 244 actus] *litt. imp. et* vel potentia *add.* pA 6 scirent] *idem conf. praem.* pA 10 se] e *praem.* pA

Φ 198 ipsam] ipsum Φ 238 intelligendi] cognoscendi vel *praem.* Φ 244 est² *om.* Φ 246 intellectualis] intelligibilis Φ 3 dicit] *post* hierarchiae Φ (-δ) *hic et post* hierarchiae δ² 4 etiam *om.* Φ ignorant] ignorabant Φ 8 ut dicitur...De causis *post* ei¹⁰ Φ 13 sit] est Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 56 a. 2; *Cont. Gent.* II c. 98. 3 Cf. supra a. 6 3. 8 Prop. 8 (7) et comm. 11 secundum fidem: cf. Concilium Lateranense IV c. 1 ' De fide catholica ' (Mansi 22, col. 81-82). 15 Cf. supra q. 2 a. 4 4 in nota.

sale est dum intelligitur, singulare dum sentitur »; sed angelus est quoddam singulare cum sit persona; cum igitur angelus tantum per intellectum cognoscat, videtur quod angelus angelum non cognoscat.

4. Item videtur quod unus angelus alium non cognoscat per essentiam angeli cogniti: id enim quo intellectus intelligit, oportet esse intrinsecum ipsi intellectui; sed essentia unius angeli non potest esse intra intellectum alterius quia nihil illabitur menti nisi solus Deus; ergo angelus non potest cognoscere alium angelum per essentiam eius.

5. Praeterea, possibile est unum angelum cognosci ab omnibus angelis; id autem quo aliquid cognoscitur, est coniunctum ipsi cognoscenti; si ergo angelus cognosceret alium per essentiam angeli cogniti, oporteret quod angelus cognitus esset in pluribus locis cum angeli cognoscentes in pluribus locis sint.

6. Praeterea, angeli essentia substantia quaedam est, intellectus autem accidens cum sit potentia quaedam; sed substantia non est forma accidentis; ergo essentia unius angeli non potest esse intellectui alterius forma qua intelligat.

7. Praeterea, nihil cognoscitur ab intellectu per sui praesentiam quod est separatum ab eo; sed essentia unius angeli est separata ab intellectu alterius; ergo unus angelus ab alio non cognoscitur per essentiae suae praesentiam.

8. Item videtur quod unus angelus per essentiam sui cognoscentis non possit alium cognoscere: sicut enim superioribus angelis subsunt inferiores, ita et sensibiles creaturae; si ergo superior angelus cognoscendo essentiam suam cognoscat alios angelos, eadem ratione et per essentiam suam cognoscet omnes res sensibiles et non per aliquas formas, ut dicitur in libro De causis.

9. Praeterea, nihil ducit in cognitionem alterius nisi quod habet similitudinem cum eo; sed essentia unius angeli non convenit cum alio nisi in genere; si igitur unus alium cognoscat solum per essentiam sui cognoscentis, non cognoscet eum nisi in genere, quod est imperfecte cognoscere.

10. Praeterea, illud per quod aliquid cognoscitur est ratio ipsius; si ergo unus angelus per essentiam suam omnes alios cognoscat, essentia sua erit ratio propria omnium, quod videtur soli divinae essentiae convenire.

11. Item videtur quod unus angelus non cognoscat alium per similitudinem sive per speciem aliquam in se existentem quia, ut dicit Dionysius, angeli sunt divina lumina; sed lumen non cognoscitur per aliquam speciem sed per se ipsum; ergo nec angelus.

12. Praeterea, omnis creatura tenebra est, ut patet per Origenem super id Ioh. 1[5] « Et tenebrae eam non comprehenderunt »; sed similitudo tenebrae oportet quod sit tenebra, tenebra autem non est principium manifestationis sed occultationis; cum igitur angelus sit creatura et sic tenebra, non poterit cognosci per suam similitudinem; sed si cognoscitur oportet quod cognoscatur per lumen divinum existens in ipso.

13. Praeterea, angelus est Deo propinquior quam rationalis anima; sed secundum Augustinum, anima cognoscit omnia et iudicat de omnibus secundum connexionem quam habet ad rationes aeternas, non per aliquas artes quas secum ad corpus detulerit; ergo multo fortius angelus non cognoscit alium angelum per similitudinem eius sed per rationem aeternam.

14. Item videtur quod nec per similitudinem innatam quia aequaliter similitudo innata se habet ad praesens et distans; si igitur unus angelus alium cognoscat per similitudinem inna-

A 18 tantum] nichil *praem.* pA 28 eius] *idem conf. praem.* pA 52 cognoscat *scrips.*] *conf.* A 58 cum alio] a *praem.* pA 71 lumen non] a lumine non *praem.* pA 89 detulerit] detil *praem.* pA 90 angelus] al (l *sup. script.*) *praem.* pA 91 rationem] sil (*inc.* similitudinem *?*) *praem.* pA 93 aequaliter similitudo innata] per similitudinem innatam *praem.* pA

Φ 22 angeli *om.* Φ 47 angelus] non cognoscat *add.* Φ (-δ^1) non cognoscit *add.* δ^1 48 non possit *om.* Φ 49 cognoscere *om.* Φ 59 igitur] ergo Φ 75 id] illud Σ 76 non comprehenderunt] etc. Φ 80 sic] sit Φ (-δ^1)

26 nihil...Deus: ps. - August. *De ecclesiasticis dogmatibus* cap. 83 (PL 58, 999 B) ut dicitur infra q. 28 a. 2 arg. 8 et *III Pars* q. 8 a. 8 ad 1. 34 angelus...locis: cf. articulus sextus Parisiis reprobatus anno 1241 (Chart. Univ. Paris. I, p. 171), cf. Thomas *Super Sent. I* d. 37 q. 3 a. 2. 55 Prop. 8 (7) et comm. 71 *De div. nom.* cap. 4 § 2 (PG 3, 696 B; Dion. 153). 75 Perperam effatum istud Origeni ascribunt Scholastici: e. g. Thomas *Cat. super Ioh.* 1[5] et Bonaventura *De scientia Christi* q. 4 n. 13, hanc attributionem Thomas reliquisse videtur in *Lect. super Ioh.* 1[5] ' Et haec expositio habetur in illa homilia quae incipit *Vox spiritualis aquilae* ', cf. Ioh. Scot. Eriug. *Homilia in Prol. s. ev. sec. Ioh.* (PL 122, 290 C). 86 *Retract.* I c. 8 (PL 32, 594).

tam, non cognoscet de eo quando erit praesens et quando distans.

15. Praeterea, Deus potest de novo facere unum angelum; sed angeli qui non est formam non habet penes se; si ergo angelus naturali cognitione non cognoscit alium angelum nisi per formam innatam, angeli qui modo sunt non cognoscerent naturali cognitione angelum qui de novo fieret.

16. Item videtur quod nec per formas impressas ab intelligibilibus, sicut sensus per formas impressas a sensibilibus, quia secundum hoc inferiores angeli non cognoscerentur a superioribus cum non possint imprimere in eos.

17. Item videtur quod nec per formas abstractas, sicut intellectus agens abstrahit a phantasmatibus, quia sic inferiores non cognoscerent | superiores. *83ra*

Ex quibus omnibus videtur quod unus angelus alium non cognoscat.

SED CONTRA, in libro De causis dicitur « omnis intelligentia scit res quae non corrumpuntur nec cadunt in tempore »; sed angeli sunt incorruptibiles et supra tempus; ergo unus angelus ab alio cognoscitur.

2. Praeterea, similitudo est causa cognitionis; sed cum intellectu unius angeli magis convenit alius quam res materialis; ergo cum angeli res materiales cognoscant, multo fortius unus angelus alium cognoscit.

3. Praeterea, intellectui unius angeli magis est proportionata essentia alterius angeli quam essentia divina; ergo cum angeli videant Deum per essentiam, multo fortius unus angelus alterius essentiam cognoscere potest.

4. Praeterea, ut dicitur in libro De intelligentiis, « omnis substantia immaterialis et immixta est omnium cognoscitiva », et haec probatur ex hoc quod habetur III De anima quod intellectus ' est immixtus ut omnia cognoscat '; sed esse immateriales et immixtos maxime convenit angelis; ergo ipsi omnia cognoscunt, et ita unus alium.

5. Item videtur quod unus angelus alium cognoscat per essentiam angeli cogniti: Augustinus enim dicit XII Super Genesim ad litteram quod angeli sua visa demonstrant « per commixtionem spiritus »; sed commixtio non potest esse nisi unus spiritus alii per essentiam coniungatur; ergo unus angelus potest alii per essentiam coniungi, et ita per essentiam suam ab alio cognosci.

6. Praeterea, cognitio est actus quidam; ad actionem autem sufficit contactus; ergo cum inter unum angelum et alium possit esse spiritualis contactus, unus alium per essentiam suam cognoscere poterit.

7. Praeterea, magis convenit intellectus unius angeli cum essentia alterius angeli quam cum similitudine rei materialis; sed intellectus angeli potest informari similitudine rei ad cognoscendam rem materialem; ergo et essentia alterius angeli potest esse forma intellectus angelici qua alium angelum cognoscat.

8. Praeterea, secundum Augustinum XII Super Genesim ad litteram, intellectualis visio est earum rerum quarum similitudines non sunt aliud quam earum essentiae; sed unus angelus non cognoscit alium nisi intellectuali visione; ergo non cognoscit eum per similitudinem quae sit aliud quam eius essentia, et sic idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod unus angelus absque dubio alium cognoscit cum quilibet angelus sit substantia intelligibilis in actu per

A 101 angelum *em.* A] *conf.* pA 108 cognoscerentur *scrips.*] cognoscerent (*casu compl. abbrev. om.*) A 109 cum non] cum *add.* pA 113 quia sic inferiores non cognoscerent *trans. ad fol.* 83ra *rep.* A, *et alterum delevimus* 123 cum...unius angeli] unus angelus *praem.* pA 123 unius *in marg.* A] *om.* pA 146 angelus *em.* A] *conf.* pA 150 ergo] contactus autem non requirit quod unum contingentium sit intra alterum *praem.* pA

Φ 96 cognoscet] –scit Φ 97 quando] erit *add.* Φ 99 angeli] angelus Φ 112 abstrahit *om.* Σ 124 alius] angelus *add.* Φ 124 materialis] materiales Φ 126 unus...cognoscit] etc. Φ (-δ) angelus angelum etc. δ 131 alterius essentiam] essentiam alterius angeli Φ (-δ^1) *inv.* δ^1 131 cognoscere potest] cognoscet Φ 134 cognoscitiva] cognitiva Φ (-γ) haec] hoc *potius* Φ 145 alii] alteri Φ 147 suam *om.* Φ 150 sufficit] exigitur vel *praem.* Φ 165 nisi *om.* Φ

117 Prop. 11 (10). 133 〈Adam Pulchre-Mulieris〉 *Liber de Intelligentiis* XVII (ed. Baeumker, p. 22). 135 Cap. 4 (429 a 18) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 303,9). 143 Cap. 12 (PL 34, 464). 150 ad actionem...contactus: Arist. *De gen. et corr.* I c. 6 (322 b 22) ut dicitur *De malo* q. 16 a. 10 arg. 3. 162 Cap. 6 (PL 34, 458-459).

hoc quod est a materia immunis; intellectus autem angelicus non accipit a sensibilibus, et ideo in ipsas formas intelligibiles et immateriales fertur eas intelligendo. Sed de modo cognitionis videtur esse diversitas in sententia, consideratis diversorum dictis.

Commentator enim in XI Metaphysicae dicit quod in substantiis separatis a materia non differt forma quae est in intellectu a forma quae est extra intellectum. Quod enim apud nos forma domus quae est in mente artificis, sit aliud a forma domus quae est extra, procedit ex hoc quod forma exterior est in materia, forma autem artis est sine materia. Et secundum hoc, cum angeli sint substantiae et formae immateriales, ut Dionysius dicit, videtur sequi quod forma qua unus angelus intelligitur ab alio, sit idem quod essentia eius qua in se subsistit. Sed istud non videtur esse possibile universaliter. Forma enim qua intellectus intelligit, cum sit intellectus perfectio, est nobilior intellectu; et propter hoc Philosophus in XI Metaphysicae probat quod Deus non intelligit aliquid extra se quia illud perficeret intellectum eius et esset eo nobilius. Si igitur superiores angeli intelligerent inferiores per essentiam inferiorum, sequeretur quod inferiorum essentiae essent perfectiores intellectibus superiorum et eis nobiliores, quod est impossibile.

Posset autem forte dici quod hic modus est conveniens quantum ad modum intelligendi quo inferiores intelligunt superiores, ut scilicet inferior superiorem intelligat per essentiam superioris. Et huic videntur consonare verba Dionysii IV cap. De divinis nominibus, ubi angelos distinguere videtur in « intelligibiles et intellectuales » substantias, superiores quidem intelligibiles vocans, inferiores autem intellectuales; ubi etiam dicit quod inferioribus sunt superiores « ut cibus », quod videtur posse intelligi hoc modo, in quantum scilicet superiorum essentiae sunt formae quibus inferiores intelligunt. Sed haec via fortassis posset sustineri apud philosophos qui posuerunt superiores intelligentias esse inferiorum creatrices: sic enim poterant ponere quodam modo quod superior angelus inferiori intimus esset, quasi causa conservans eum in esse; quod quidem apud nos dici non potest nisi de solo Deo qui mentibus angelicis et humanis illabitur. Forma autem qua intellectus intelligit, oportet quod sit intra intellectum intelligentem in actu; unde non potest dici de aliqua substantia spirituali quod per essentiam suam ab alio videatur, nisi de solo Deo.

Quod etiam philosophorum opinio non fuerit quod angelus per essentiam suam ab alio videatur, hoc manifeste patet eorum dicta intuenti. Dicit enim Commentator in XI Metaphysicae quod illud quod intelligit motor orbis Saturni de motore primi orbis, est aliud ab eo quod intelligit de ipso motor orbis Iovis; quod non potest esse verum nisi quantum ad id quo uterque intelligit; et hoc non esset si uterque intelligeret motorem orbis superioris per essentiam eius. In commento etiam libri De causis dicitur quod ' intelligentia inferior | scit *83rb* quod est supra se per modum substantiae suae ' et non per modum substantiae superioris. Avicenna etiam in sua Metaphysica dicit quod intelligentias esse in nobis nihil est aliud quam impressiones earum in nobis esse, non quod per essentiam suam sint in intellectu. Quod vero supra inductum est ex verbis Commentatoris in XI Metaphysicae intelligendum est quando aliqua substantia separata a materia intelligit se ipsam: tunc enim non oportet quod sit aliud forma in intellectu et forma qua res

A 179 separatis a materia] in *plene praem.* pA 196 nobilius] no (*iunctim cum* eo) *praem.* pA 198 inferiorum (*ex* inferiores pA) *em.* A 199 perfectiores *scrips.*] –tiones *e lapsu auditus* A et..., quod est] quod est *praem.* pA 201 dici] *idem conf. et imp. praem.* pA 210 inferioribus *em.* A] *conf.* pA 215 posuerunt] quod *add.* pA 221 Forma autem] omne autem *praem.* pA 223 intra intellectum] infra intellectum *praem.* pA 235 quo] quod *praem.* pA 238 scit *scrips. cum fonte*] sit (*e lapsu auditus*) A 243 non *sup. lin.* A] et pA

Φ 192 intellectus] angeli *add.* Φ (-δ) 194 aliquid] alia Φ (-δ^1) 225 alio] alia Φ 238 scit] *om.* Σ sit β 240 suae] intelligit *add.* Φ (*cf. nota superior*) 241 in sua Metaphysica] *om.* Σ in metaphysica sua β 244 sint] *om.* Φ (-δ^1) *post* intellectu δ^1

178 *Metaph.* XI (= XII) comm. 51 (VIII, 336 D-E). 187 *De div. nom.* cap. 4 § 1 (PG 3, 693 C; Dion. 148) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 3 q. 1 a. 1 sed c. 1. 194 *Metaph.* XI (= XII) 11 (1074 b 29). 206 § 1 (PG 3, 693 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 147). 210 dicit: § 1 (PG 3, 696 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 149). 215 philosophos: cf. supra q. 5 a. 8 248 in nota. 231 Metaph. XI (= XII) comm. 44 (VIII, 327 K). 238 Comm. 8 (7). 241 III c. 8 (f. 82va C).

in se subsistit eo quod ipsa forma qua talis res in se subsistit, est intelligibilis in actu propter immunitatem suam a materia. Dionysii etiam verba non sunt secundum hunc intellectum accipienda, sed eosdem vocat intelligibiles et intellectuales, vel superiores vocat intelligibiles et inferiorum cibum, in quantum in eorum lumine inferiores intelligunt.

Ex aliorum autem dictis videtur quod angelus per essentiam suam, id est videntis, alium angelum videat; et hoc videtur ex verbis Augustini X De Trinitate, ubi dicit sic « Mens ipsa sicut corporearum rerum notitias per corporis sensus colligit, ita et incorporearum per se ipsam »; ex quo videtur etiam similiter de mente angeli quod cognoscendo se ipsam cognoscat alios angelos. Huic etiam videtur attestari quod dicitur in libro De causis quod « intelligentia intelligit quod est supra se et infra se » per modum substantiae suae. Sed istud non videtur sufficere: cum enim omnis cognitio sit per assimilationem, angelus per essentiam suam non potest de alio angelo plus cognoscere quam hoc in quo essentiae suae est similis; unus autem angelus alteri angelo non similatur nisi in natura communi, et sic sequeretur quod unus alium non cognosceret cognitione completa, et praecipue quantum ad illos qui ponunt plures angelos esse unius speciei. Quantum enim ad illos qui ponunt omnes angelos specie ab invicem differre, forte posset aliquo modo sustineri modus iste: quilibet enim angelus cognoscendo essentiam suam, cognoscit perfecte intellectualem naturam; cognita autem natura intellectuali perfecte, cognoscuntur omnes gradus naturae intellectualis; diversae autem species in angelis non distinguuntur nisi secundum gradus perfectionis intellectualis naturae, et secundum hoc unus angelus essentiam suam videns concipit singulos gradus naturae intellectualis, et per huiusmodi conceptiones de omnibus aliis angelis completam cognitionem habet.

Et sic potest salvari quod alii quidam dicunt quod unus cognoscit alium per formam acquisitam, ut praedicta conceptio forma acquisita dicatur; sicut si albedo se ipsam intelligeret, perfecte cognosceret naturam coloris, et per consequens omnes species colorum secundum gradus coloris distincte, et ulterius etiam omnes individuos colores si in una specie non esset nisi unum individuum.

Sed adhuc etiam hic modus non videtur sufficere: quamvis enim in una specie non sit nisi unus angelus, tamen in angelo alicuius speciei aliud erit quod ei conveniet ex ratione suae speciei et aliud quod ei conveniet in quantum est quoddam individuum, sicut operationes particulares ipsius, et has secundum modum praedictum alius angelus de eo cognoscere nullatenus posset. Auctoritas autem Augustini non sonat quod mens per se ipsam sicut per medium cognoscendi cognoscat alia, sed sicut per potentiam cognoscitivam: sic enim et per sensus corporalia cognoscit.

Unde alius modus est eligendus, ut dicatur quod unus angelus alios cognoscit per similitudines eorum in intellectu eius existentes, non quidem abstractas aut impressas ab alio angelo vel aliquo modo acquisitas sed a creatione divinitus impressas, sicut et res materiales per huiusmodi similitudines cognoscit. Et hoc magis per sequentia patebit.

1. Ad primum igitur dicendum quod ordinationem suam in se consideratam angeli cognoscunt, non autem comprehendunt eam secundum quod providentiae divinae substat: hoc enim esset ipsam providentiam comprehendere.

2. Ad secundum dicendum quod ratio cau-

A 252 Dionysii etiam] Quod etiam *praem.* pA 259 id est videntis *in marg.* A] *om.* pA 263 ita et] et *conf. praem.* pA 263 per se ipsam] s *et litt. imp. praem.* pA 264 videtur] quod *add.* pA 284 perfecte *conf.* A 294 acquisitam] *idem conf. praem.* pA 310 Auctoritas] § et ideo videtur alius modus eligendus ut dicamus quod angelus alios angelos cognoscit sicut et *praem.* pA (cf. *lin.* 315) 313 per²] propter *imp. praem.* pA

Φ 263 ita *om.* Φ (-δ) se ipsam] semet ipsam Φ 270 cum enim] quia cum Φ (-δ^1) quia δ^1 272 suam *om.* Φ 273 hoc] habet Φ (-δ) 274 angelo *om.* Σ 283 perfecte] per *add.* Φ (-δ) 299 coloris] colorum Φ 309-310 alius...nullatenus] nullo modo de eo alius angelus cognoscere Φ

261 Rectius IX c. 3 (PL 42, 963) sec. Thomam infra q. 19 a. 1 lin. 193. 267 Comm. 8 (7). 271 per assimilationem: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 277 illos...unius speciei: *Summa fr. Alexandri* I-II n. 114 (p. 156). 279 illos...differre: Albertus *Super Sent. II* d. 9 a. 7 et ibid. d. 25 a. 5, Thomas *Super Sent. II* d. 3 q. 1 a. 4 et ibid. d. 32 q. 2 a. 3. 293 alii quidam: *Summa fr. Alexandri* I-II n. 130 (p. 178). 322 per sequentia: infra a. 9, 10 et 11.

sae et causati non est ratio cognitionis nisi quatenus causatum habet similitudinem suae causae et e converso; unde si in uno angelo ponamus similitudinem alterius praeter hoc quod sit causa vel causatum eius, remanebit sufficiens ratio cognitionis cum cognitio sit per assimilationem.

3. Ad tertium dicendum quod auctoritas Boetii intelligitur de particularibus materialibus quae sensui substant; huiusmodi autem particulare non est angelus, et ideo ratio non sequitur.

4-10. Rationes autem illas quae probant quod angelus non cognoscat alium angelum per essentiam angeli visi vel videntis, concedimus, quamvis ad eas posset responderi aliquo modo.

Ad rationes vero illas quae probant quod unus angelus alium per similitudinem non cognoscit, respondendum est.

11. Ad quarum primam dicendum quod etiam luminis possibile est esse similitudinem aliquam, vel eo deficientiorem, sicut quaedam similitudo eius est color, vel etiam perfectiorem, sicut lux in substantia illuminante; similiter etiam, cum angeli dicantur lumina in quantum sunt formae actu intelligibiles, | non est inconveniens quod eorum similitudines sint per modum sublimiorem in superioribus et per modum inferiorem in inferioribus.

12. Ad secundum dicendum quod cum dicitur quod omnis creatura est tenebra vel falsa vel nihil in se considerata, non est intelligendum quod essentia sua sit tenebra vel falsitas, sed quia non habet nec esse nec lucem nec veritatem nisi ab alio; unde si consideretur sine hoc quod ab alio habet, est nihil et tenebra et falsitas.

13. Ad tertium dicendum quod anima connectitur rationibus aeternis in quantum impressio quaedam rationum aeternarum est in mente nostra, sicut sunt principia naturaliter cognita per quae de omnibus iudicat; et huiusmodi etiam impressiones sunt in angelis similitudines rerum per quas cognoscunt.

14-17. Ad quartum dicendum quod angelus non cognoscit alium angelum per similitudinem vel abstractam vel impressam, sed per similitudinem innatam per quam ducitur in cognitionem alterius angeli non solum quantum ad essentiam eius, sed etiam quantum ad omnia accidentia ipsius; et ideo per eam scit quando angelus est distans vel praesens.

1-4. Rationes autem probantes quod unus angelus alium cognoscit concedimus.

Ad rationes vero probantes quod angelus cognoscitur per essentiam suam ab alio angelo, respondendum est.

5. Ad quarum primam dicendum quod illa cognitio de qua Augustinus loquitur, non intelligitur quantum ad essentiam sed quantum ad operationem secundum quod superior spiritus illuminat inferiorem.

6. Ad secundum dicendum quod cognoscens et cognitum non se habent sicut agens et patiens, ut ex dictis patet, sed sicut duo ex quibus fit unum cognitionis principium; et ideo non sufficit ad cognitionem contactus inter cognoscens et cognoscibile sed oportet quod cognoscibile cognoscenti uniatur ut forma vel per essentiam suam vel per similitudinem suam.

7. Ad tertium dicendum quod quamvis essentia angeli magis conveniat cum intellectu angeli alterius quam similitudo rei materialis secundum participationem naturae unius, non tamen secundum convenientiam habitudinis quae requiritur inter perfectionem et perfectibile; sicut etiam una anima magis convenit cum alia anima quam cum corpore, et tamen una anima non est forma alterius animae sicut est corporis.

8. Ad quartum dicendum quod auctoritas Augustini potest dupliciter exponi: uno modo

A 342 non...per essentiam] per essentiam *praem.* pA angelum] ab *praem.* pA 343 visi] et *add.* pA vel *em.* A] vi (*inc.* videntis *?*) pA 374 angelus...per] per *praem.* pA 387 quod] *rep.* pA 392-399 Ad secundum...similitudinem suam *hic* A] *post* Ad tertium pA, *litteris* b-a *in margine, ordo restauratur* 396 contactus] q *praem.* pA 400 tertium *in marg.* A] secundum pA (*cf. nota ad lin.* 392) 406 anima] *litt. imp. praem.* pA

Φ 337 particularibus] partibus Σ (-δ^1) 342 non cognoscat] *om.* α cognoscat (*ante* per essentiam δ) β δ non cognoscunt *post* videntis γ 344 posset] possit Φ 376 vel[1]] per *add.* Φ (-δ) *om.* δ^1 380 ipsius] eius Φ 387 dicendum] est *add.* Φ 402 similitudo] cum (eius *praem.* δ^2) similitudine Φ

394 dictis: supra a. 6.

ut dicatur quod Augustinus loquitur de illa visione intellectuali qua spiritus creatus videt se ipsum vel Deum vel alia quae in ipso sunt per essentiam suam: constat enim quod lapis per essentiam suam non est in anima quamvis ab anima intelligatur. Alio modo potest exponi ut referatur ad obiectum cognitionis, non ad formam qua cognoscitur. Sensus enim et imaginationis obiectum sunt exteriora accidentia quae sunt similitudines rei et non res ipsa, sed obiectum intellectus est quod quid est, id est ipsa essentia rei, ut dicitur in III De anima; et sic similitudo rei quae est in intellectu est similitudo directe essentiae eius; similitudo autem quae est in sensu vel imaginatione est similitudo accidentium eius.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum angelus res materiales cognoscat per formas aliquas an per essentiam sui cognoscentis. Et videtur quod per essentiam sui: unaquaeque enim res sufficienter cognoscitur in suo exemplari; sed in V cap. De divinis nominibus inducitur Clementis philosophi opinio qui dixit quod superiora in entibus sunt inferiorum exemplaria, et sic essentia angeli est exemplar rerum materialium; ergo angeli cognoscunt materialia per essentiam suam.

2. Praeterea, res materiales melius cognoscuntur in essentia divina quam in propriis naturis quia clarius ibi relucent; sed essentia angeli est propinquior divinae essentiae quam res materiales; ergo melius possunt cognosci in essentia angeli quam in propriis naturis; cum ergo eas nos in propriis naturis cognoscamus, multo fortius angeli essentiam suam intuentes omnia materialia cognoscunt.

3. Praeterea, lumen intellectus angelici est perfectius quam lumen intellectus agentis qui est pars animae nostrae; sed in lumine intellectus agentis omnia materialia cognoscimus quia illud lumen est actus omnium intelligibilium; ergo multo fortius angelus cognoscendo lumen suum omnia materialia cognoscit.

4. Praeterea, cum angelus res materiales cognoscat, oportet quod eas vel per speciem vel per essentiam suam cognoscat; sed non per speciem quia neque per particularem, cum sit immunis a materia, neque per universalem quia sic non haberet perfectam et propriam cognitionem de eis; ergo per essentiam suam cognoscit res materiales.

5. Praeterea, si lux corporalis se ipsam cognosceret, omnes colores ex hoc cognosceret eo quod ipsa est actus omnium colorum; cum igitur angelus sit lux spiritualis, cognoscendo se ipsum cognoscet omnia materialia.

6. Praeterea, intellectus angeli medius est inter intellectum divinum et humanum; sed intellectus divinus omnia cognoscit per essentiam suam, intellectus autem humanus omnia per species; ergo intellectus angelicus ad minus quaedam cognoscendo essentiam suam cognoscet.

7. Praeterea, Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus « Angelos scire dicunt eloquia » scilicet sacra « ea quae sunt in terra, non secundum sensus ipsa cognoscentes sed secundum propriam deiformis mentis virtutem et naturam »; ergo videtur quod cognoscendo virtutem et naturam suam materialia cognoscant.

8. Praeterea, si speculum materiale cognoscitivum esset, cognosceret res materiales per essentiam suam nisi a rebus species in ipsum resultarent; sed in intellectu angeli non resultant species a rebus materialibus, ut patet per Dionysium VII cap. De divinis nominibus; si ergo materialia cognoscat, oportet quod per

A 413 qua...videt] videt *praem.* pA
3 sui *clare in marg.* A] *conf.* pA per] *litt. imp. add.* pA 15 res] ad *add.* pA 27 cum] *litt. imp. praem.* pA 30 neque per] p *imp. praem.* pA 51 virtutem *hic* A] *post* naturam pA 56 cognosceret] non *praem.* pA 57 essentiam] aliquas species *praem.* pA 61 cognoscat (*e* cognoscant pA) *em.* A

Φ 419 enim] autem Φ
8 angeli est exemplar *om.* Φ 17 cognoscamus] cognoscimus Φ 41 intellectum *om.* Φ 48 dicunt] *om.* γ debent δ^1 domino δ^2 49 scilicet sacra *inv.* Φ 60 VII] in *praem.* Σ 61 cognoscat] –scant Φ

415 lapis...intelligatur: Arist. ut supra q. 2 a. 3 21 in nota. 423 *De anima* III 11 (430 b 28).
1 Parall.: *I Pars* q. 55 a. 1; ibid. q. 57 a. 1; *Cont. Gent.* II c. 99; *Super Sent. II* d. 3 q. 3 a. 1. 6 § 9 (PG 3, 824 D; Dion. 361). 48 § 2 (PG 3, 869 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 401). 60 § 2 (PG 3, 868 B; Dion. 388).

essentiam suam ea cognoscat cum sit quoddam speculum, ut patet per Dionysium IV cap. De divinis nominibus.

9. Praeterea, potentia cognitiva in angelis est perfectior quam potentia naturalis rerum materialium; sed multae potentiae materialium possunt per se ipsas in sua obiecta sine hoc quod aliquid eis superaddatur; ergo multo fortius intellectus angelicus poterit cognoscere | res 83vb materiales per essentiam suam sine aliquibus speciebus.

10. Praeterea, efficacior est angelus in cognoscendo quam ignis in comburendo; sed ignis comburit sine hoc quod aliquid combustibile sit in ipso; ergo et angelus cognoscit per se ipsum sine hoc quod aliqua species cognoscibilis sit in ipso.

SED CONTRA est quod dicitur in libro De causis quod « omnis intelligentia est plena formis », et in eodem libro dicitur quod « formae sunt in ea per modum intelligibilem »; ergo per huiusmodi formas intelligit res et non per essentiam suam.

2. Praeterea, magis convenit essentia angeli cum alio angelo quam cum re materiali; sed non potest angelus ex hoc quod cognoscit essentiam suam alios angelos cognoscere; ergo nec cognoscendo essentiam suam materialia cognoscet.

3. Praeterea, illud quod principium est unitatis, non potest esse principium distinctionis; sed essentia angeli est principium unitatis ipsius quia per eam angelus unus est; ergo non potest esse principium distinctae cognitionis de rebus.

4. Praeterea, nihil praeter Deum est id quod habet; sed angelus habet potentiam intellectivam; ergo non est potentia intellectiva, ergo multo minus est id quo intelligit; ergo non intelligit res per essentiam suam.

RESPONSIO. Dicendum quod omnis cognitio est per assimilationem; similitudo autem inter aliqua duo est secundum convenientiam in forma; cum autem unitas effectus unitatem causae demonstret et sic in genere cuiuslibet formae ad unum primum principium illius formae redire oporteat, impossibile est aliqua duo esse ad invicem similia nisi altero duorum modorum: vel ita quod unum sit causa alterius, vel ita quod ambo ab una causa causentur quae eandem formam utrique imprimat. Et secundum hoc diversimode ponimus angelos materialia cognoscere ab eo quod philosophi posuerunt.

Nos enim non ponimus angelos esse causas materialium rerum sed Deum creatorem omnium visibilium et invisibilium; et ideo non potest in angelo esse similitudo materialium rerum nisi ab eo qui est materialium rerum causa. Omne autem quod aliquid non habet a se ipso sed ab altero, est ei praeter essentiam suam; et per hunc modum probat Avicenna quod esse cuiuslibet rei praeter primum ens est aliquid praeter essentiam ipsius quia omnia ab alio esse habent. Unde oportet quod similitudines rerum materialium in angelo existentes sint aliud ab essentia ipsius, impressae in ipsum a Deo: rationes enim rerum materialium in mente divina existentes sunt quidem lux et vita; vita quidem sunt in quantum procedunt ad rerum constitutionem in esse, sicut forma artis procedit in artificiatum; lux vero sunt in quantum eaedem impressiones quasdam efficiunt sibi similes in mentibus angelorum.

Philosophi autem posuerunt rerum materialium esse angelos creatores. Et tamen secundum eorum positionem adhuc oportet quod res materiales non per essentiam suam sed per formas superadditas cognoscant: similitudines enim effectuum non sunt in causa nisi per modum quo in ea est virtus ad producendum effec-

A 85 Praeterea] nichil idem *add.* pA essentia] intellectus *praem.* pA 87 ex hoc] h *imp. praem.* pA 92 distinctionis] unionis *casu non del. praem.* A, *et delevimus* 99 est potentia] habet p (*imp.*) *praem.* pA 103 inter aliqua] inter ali (*primo deletum*) est *praem.* pA 118 ideo] *idem conf. praem.* pA 121 a se *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 129 a Deo] ut *add.* pA 135 efficiunt] *idem conf. et imp. praem.* pA 136 rerum] *idem conf. praem.* pA

Φ 62 cognoscat] –scant Φ 65 cognitiva] cognoscitiva Φ 71 aliquibus speciebus] aliqualibet specie α alia qualibet specie β γ aliqua specie δ 97 id] illud Φ 125 ipsius] eius vel *praem.* Φ (-δ^1) eius δ^1

64 § 22 (PG 3, 724 B; Dion. 269). 80 Prop. 10 (9). 81 eodem libro: comm. 13 (12). 102 omnis cognitio...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 117 Deum creatorem omnium: cf. supra q. 5 a. 8. 123 *Metaph.* VIII c. 4 (f. 99^{rb} B). 131 lux et vita: cf. supra q. 4 a. 8. 136 Philosophi: cf. supra q. 5 a. 8 248 in nota.

tum; ut autem habetur in libro De causis, intelligentia non dat esse rebus inferioribus nisi per virtutem divinam quae est in ipsa, unde hanc eius operationem dicit divinam; et sic haec virtus est ei non ex principiis essentiae suae prodiens sed ab alio accepta, et sic huiusmodi virtus est ei praeter essentiam suam. Unde et similitudines materialium rerum si ponantur eius effectus, erunt praeter essentiam ipsius angeli.

Et sic patet, quocumque modo ponatur, quod angelus non cognoscit res materiales per essentiam suam sed per earum formas apud se existentes.

1. Ad primum igitur dicendum quod exemplar, si proprie accipiatur, importat causalitatem respectu exemplatorum quia exemplar est ad cuius imitationem fit aliud; unde et Dionysius ibidem Clementis sententiam improbat, volens exemplaria rerum dici rationes in Deo existentes. Si tamen exemplar large dicatur omne illud quod aliquo modo ab alio repraesentatur, sic etiam angelorum essentiae possunt dici exemplaria materialium rerum. Sed sicut essentia divina est proprium exemplar uniuscuiusque rei per rationem idealem eius quam apud se habet, ita et essentia angeli est propria similitudo rei materialis secundum formam eius quam apud se habet, quamvis forma ista non sit idem quod essentia sicut erat idea in Deo.

2. Ad secundum dicendum quod essentia divina est infinita; unde non determinatur ad aliquod genus sed colligit in se perfectiones omnium generum, ut dicit Dionysius ult. cap. De divinis nominibus, et Philosophus et Commentator in V Metaphysicae; et ita potest esse per se ipsam propria rerum omnium similitudo, et sic per ipsam possunt omnia perfecte cognosci. Essentia autem angeli est determinata ad aliquod genus; unde non habet in se unde sit similitudo omnium materialium, nisi ei aliquid superaddatur quo res in propria natura cognoscat.

3. Ad tertium dicendum quod intellectu agente non cognoscuntur omnia quasi similitudine sufficiente ad omnia cognoscendum, eo quod non est actus omnium formarum intelligibilium in quantum est haec vel illa forma sed in quantum solum sunt intelligibilia; sed per intellectum agentem dicuntur cognosci omnia sicut per principium cognitionis activum.

4. Ad quartum dicendum quod angelus cognoscit res non per species particulares neque universales eo modo quo formae universales sunt, quae a sensibus | abstrahuntur, sed sunt universalium et particularium similitudines, ut infra melius apparebit. *84ra*

5. Ad quintum dicendum quod lux corporalis si se ipsam cognosceret, non propter hoc omnes colores determinate cognosceret sed cognosceret eos solum in quantum sunt visibiles: alias oculus etiam videndo lucem omnes colores videret, quod est manifeste falsum.

6. Ad sextum dicendum quod intellectus angeli quantum ad hoc est medius inter intellectum humanum et divinum quod res alias cognoscit per formas essentiae superadditas in quo deficit ab intellectu divino; se autem cognoscit per essentiam suam, in quo excedit intellectum humanum.

7. Ad septimum dicendum quod auctoritas Dionysii non est intelligenda quasi virtus et natura angeli sit medium quo angelus alia cognoscit, sed quia modus cognitionis angelicae sequitur proprietatem naturae et virtutis ipsius non autem proprietatem naturae rerum cognitarum; quod patet ex hoc quia immaterialiter materialia cognoscit et sensibilia sine sensu.

8. Ad octavum dicendum quod speculum

A 166 sicut] *idem* (*ante trans. ad lin.*) *praem.* pA 172 essentia] *idem conf. praem.* pA 178 et ita potest esse] Set esse (*ut videtur*) *praem.* pA 182 habet] *litt. imp. praem.* pA 183 omnium *hic conf.* pA] *post* materialium A, *et ordinem dictatorum restituimus* 200 corporalis] con corporalis *conf. praem.* pA 205 videret] § *add.* pA 214 Dionysii] dioniis *praem.* pA 217 proprietatem] et virtutem *add.* pA 217 naturae] ipsius *add.* pA

Φ 143 autem] *om.* δ^1 *post* habetur Φ (δ^1) 153 ponatur] ponitur Φ (-γ) loquitur γ 170 eius *om.* Φ 177 Commentator] eius *add.* Φ 184 aliquid] aliud Φ (-δ) 187 quasi] qua Σ (-δ^1) qua *add.* β aliqua δ^1 211 suam *om.* Φ 214 quasi] ita quod Σ

143 Comm. 9 (8). 177 Cap. 13 § 1 (PG 3, 977 B; Dion. 537); *Metaph.* V 18 (1021 b 30). 178 Comm. 21 (VIII, 131 B). 199 infra: a. 9 et 11.

materiale si se ipsum cognosceret, nullo modo cognoscendo essentiam suam cognosceret res alias nisi quatenus cognosceret formas resultantes in ipso; nec differret utrum formae illae essent acceptae a rebus vel naturaliter inditae.

9. Ad nonum dicendum quod potentia cognitiva angeli ordinatur ad nobiliorem actum quam potentia naturalis rei materialis; unde quamvis pluribus adminiculis indigeat, nihilominus perfectior et dignior remanet.

10. Ad decimum dicendum quod cognoscens non se habet ad cognoscibile sicut comburens ad combustibile quorum unum est agens et aliud patiens, sed cognoscens et cognoscibile se habent ut unum principium cognitionis in quantum ex cognoscibili et cognoscente fit aliquo modo ⟨unum⟩, ut ex praedictis patet, et ideo ratio non sequitur.

Articulus nonus

Nono quaeritur utrum formae per quas angeli cognoscunt res materiales sint innatae vel a rebus acceptae. Et videtur quod non sint innatae: in hoc enim differt scientia speculativa a practica quod practica est ad res, speculativa autem a rebus; sed angeli non habent de rebus materialibus scientiam practicam cum non sint earum factores, ut Damascenus dicit, sed speculativam tantum; ergo scientia eorum est a rebus accepta et non per species innatas.

2. Praeterea, Eph. III[10] dicitur « Ut innotescat principibus et potestatibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei », unde accipit Ieronymus quod angeli mysterium Incarnationis didicerint ab apostolis; sed scientia quae est per species innatas non est ab aliis acquisita; ergo scientia angelorum non est per species innatas.

3. Praeterea, species innatae angelis aequaliter se habent ad praesentia et futura; scientia autem angelorum non se habet aequaliter ad utraque cum sciant praesentia, ignorent autem futura; ergo angelorum scientia non est per species innatas.

4. Praeterea, angeli rerum materialium cognitionem distinctam habent; sed cognitio distincta de rebus haberi non potest nisi per hoc quod est distinctionis principium cum sit idem principium essendi et cognoscendi; principium autem distinctionis rerum materialium sunt formae quae sunt in eis; ergo oportet quod scientia angelorum de rebus materialibus sit per formas a rebus acceptas.

5. Praeterea, ea quae sunt innata vel naturaliter insunt semper eodem modo se habent; sed scientia angelorum non semper eodem modo se habet quia nunc quaedam sciunt quae prius nescierunt, unde secundum Dionysium a nescientia aliqui eorum purgantur; ergo scientia eorum non est per formas innatas.

6. Praeterea, formae quae sunt in angelis sunt universales; sed « universale nihil est aut posterius », ut dicitur in I De anima; ergo formae illae vel nihil sunt vel sunt rebus posteriores velut ab eis acceptae.

7. Praeterea, nihil cognoscitur nisi secundum quod est in cognoscente; si ergo angelus cognoscit res materiales, oportet quod ipsae res materiales in intellectu angeli fiant per formas ab eis in intellectu angelico impressas.

8. Praeterea, lumen intellectuale in angelis est efficacius quam lumen animae humanae; sed per lumen intellectus agentis in nobis

A 237 habent] *idem conf. praem.* pA 239 ⟨unum⟩ *coni. secundum supra dicta in* art. 6] *om.* A 4 non sint] cum sint *praem.* pA innatae] in *praem.* pA 10 a rebus] ard (*?*) *praem.* pA 20 innatae (*ex* innatas pA) *em.* A 23 autem *sup. lin.* A] *om.* pA 31 distinctionis] cognitionis *praem.* pA 35 sunt *em.* A] *conf.* pA 37 non semper] s *praem.* pA 45 rebus] a *praem.* pA 48 angelus] al (l *sup. scrip.*) *praem.* pA 49 ipsae (*ex* ipses pA) *em.* A 53 lumen] q *add.* pA 54 sed per] per *praem.* pA

Φ 236 aliud] alterum Φ 239 ⟨unum⟩] cognitio *suppl.* Φ 13 principibus] principatibus Σ 16 didicerint] –cerunt Φ 46 ab eis] a rebus Φ 51 angelico] angeli Σ angelos β 52 intellectuale] intelligibile Φ

239 praedictis: a. 6.

1 Parall.: *I Pars* q. 55 a. 2; *Cont. Gent.* II c. 96; *Super Sent. II* d. 3 q. 3 a. 1 ad 2; *Super De causis* lect. 10. 9 *De fide* II c. 3 (PG 94, 873 B; Bt 74) ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 21. 12 Eph. III[10]: cf. supra a. 4 138 in nota. 15 Cf. supra a. 4 141. 23 ignorent autem futura: cf. infra a. 12. 29 idem...cognoscendi: Arist. ut infra a. 11 25. 36 semper...habent: cf. Arist. *Phys.* II 13 (198 b 35). 39 Cf. supra a. 4 223. 44 Cap. 1 (402 b 7) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 90,20).

abstrahuntur species a phantasmatibus; ergo et multo magis intellectus angeli potest formas aliquas a rebus sensibilibus abstrahere.

9. Praeterea, «quod potest virtus inferior potest et superior»; sed anima nostra quae est angelis inferior potest se ipsam conformare rebus formando in se aliquas formas quae neque ei innatae sunt neque a rebus acceptae, sicut cum imaginatio format phantasma montis aurei quem numquam vidit; ergo multo fortius angelus potest ad praesentiam rerum se ipsum rebus conformare et hoc modo res cognoscere, et sic non oportet quod per species innatas res materiales cognoscat sed per eas quas faciet apud se.

IN CONTRARIUM est quod Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus quod angeli non colligunt cognitionem ex sensibus aut ex rebus divisibilibus; ergo non cognoscunt per formas a rebus acceptas.

2. Praeterea, angeli magis excedunt corpora omnia quam corpora superiora excedunt inferiora; sed superiora propter sui nobilitatem non recipiunt aliquam impressionem a corporibus inferioribus; ergo multo minus intellectus angelici aliquas formas a rebus corporalibus accipiunt quibus intelligant.

RESPONSIO. Dicendum quod supposito quod angeli non cognoscant res materiales per suam essentiam sed per aliquas formas, de formis illis est triplex opinio.

Quidam enim dicunt quod formae illae per quas angeli cognoscunt, sunt a rebus materialibus acceptae. Sed hoc | esse non potest. Intellectus enim qui recipit formas aliquas a rebus, dupliciter se habet ad res, ut agens scilicet et ut patiens, largo modo actione et passione acceptis. Formae enim quae sunt in rebus materialibus aut in sensibus vel in phantasia, cum non sint omnino a materia depuratae, non sunt intelligibiles actu sed potentia tantum; et ideo requiritur quod per actionem intellectus efficiantur actu intelligibiles; et haec est necessitas ponendi intellectum agentem in nobis. Formis autem intelligibilibus factis nondum per eas res intelligeremus nisi formae illae nostro intellectui unirentur, ut sic intelligens et intellectum sint unum; et ita oportet quod intellectus formas huiusmodi recipiat, et sic a rebus quodam modo patitur, prout scilicet omne recipere pati quoddam est. Sicut autem forma comparatur ad materiam ut actus ad potentiam, ita agens ad patiens cum unumquodque agat in quantum est actu, patiatur vero in quantum est potentia. Et quia actus proprius propriam potentiam respicit, ideo et proprio agenti respondet determinatum patiens, et e converso, sicut se habet de forma et materia. Unde oportet quod agens et patiens sint unius generis cum potentia et actus unumquodque genus entis dividant: non enim album patitur a dulci, nisi per accidens, sed a nigro tantum. Res autem materiales et intelligibiles sunt omnino diversorum generum: ea enim quae non communicant in materia, non communicant in genere, ut patet per Philosophum in V Metaphysicae et in X; unde non potest esse quod res materialis immediate patiatur ab intellectu aut agat in ipsum. Et ideo in nobis providit naturae conditor sensitivas potentias in quibus formae sunt medio modo inter modum intelligibilem et modum materialem; conveniunt siquidem cum formis intelligibilibus in quantum sunt formae sine materia, cum materialibus vero formis in quantum nondum sunt a condicionibus materiae denudatae; et ideo potest esse actio et passio suo modo inter res materiales et potentias sensitivas, et similiter inter has et intellectum. Unde si angeli intellectus a rebus materialibus formas aliquas acciperet,

84rb

A 75 angeli] intellectus *praem.* pA 80 corporalibus accipiunt] a *praem.* pA 88 potest] quia *add.* pA 100 nostro *scrips. cum* γ] nostre A 103 a (*ex* ab pA) *em.* A

Φ 57 aliquas] alias Φ 69 faciet] facit Φ 71 VII] viii (*seu* 8) Φ (-δ^1) 4 δ^1 72 sensibus] sensibilibus vel *praem.* α β vel sensibilibus *add.* γ sensibilibus δ^2 100 nostro] *om.* α *post* intellectui β actu δ

58 «quod...: cf. supra q. 2 a. 6 30. 71 § 2 (PG 3, 868 B; Dion. 388). 86 Quidam: opinio iam citata ab ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* (ed. Baeumker, p. 33,5 sqq.). 107 unumquodque...actu: cf. supra q. 2 a. 3 237 in nota. 113 potentia...dividant: Arist. *Metaph.* IX 1 (1045 b 31) et *Phys.* III 1 (200 b 26) ut refert Thomas *Super Phys.* I lect. 15. 120 *Metaph.* V 7 (1016 a 24). 121 *Metaph.* X 4 (1054 b 27).

oporteret habere angelum potentias sensitivas, et ita habere corpus naturaliter sibi unitum. Unde eiusdem sententiae esse videtur angelos esse animalia, ut quidam platonici posuerunt, et eos a rebus materialibus formas accipere; quod auctoritati sanctorum et rectae rationi repugnat.

Et ideo alii dicunt quod angelus non acquirit formas quibus cognoscit accipiendo a rebus, neque tamen intelligit per formas innatas, sed quod in potestate eius est conformare essentiam suam cuilibet rei apud eius praesentiam; et ex tali conformitate dicunt sequi rei cognitionem. Sed hoc iterum nihil esse videtur: non enim potest aliquid alteri conformari nisi secundum quod forma eius apud ipsum fit; nec potest dici quod ipsa essentia angeli eo faciente fiat forma rei materialis quia essentia eius est semper unius rationis; unde oportet quod illa forma qua se rei conformat, sit addita essentiae et quae fuerit primo in potentia in ipso angelo: non enim conformaret se rei nisi prius conformabilis esset. Nihil autem reducitur de potentia in actum nisi per id quod est actu; unde oporteret apud angelum praeexistere aliquas formas secundum quas esset potens se reducere de potentia conformabilitatis in actum conformationis, sicut videmus quod imaginatio nostra format novam speciem, ut montis aurei, ex speciebus quas prius apud se habebat, scilicet montis et auri; et similiter intellectus ex formis generis et differentiae format diffinitionem speciei. Unde oportet redire in hoc quod aliquae formae praeexistant in angelo, et has oportet esse vel acceptas a rebus vel innatas.

Et ideo dicendum videtur secundum quod tertia opinio dicit, quae communior est et verior, quod angeli res materiales per formas innatas cognoscunt. Sicut enim ex rationibus aeternis in mente divina existentibus procedunt formae materiales ad rerum subsistentiam, ita procedunt a Deo formae rerum omnium in mentes angelicas ad rerum cognitionem, ut sic intellectus angeli nostrum intellectum excedat sicut res formata excedit materiam informem; unde intellectus noster comparatur ' tabulae in qua nihil est scriptum ', intellectus autem angeli tabulae depictae vel speculo in quo rerum rationes resplendent.

1. Ad primum igitur dicendum quod differentia illa speculativae et practicae scientiae non est per se sed per accidens, in quantum scilicet sunt humanae: homo enim de rebus quas ipse non facit, non habet cognitionem nisi per formas a rebus acceptas; secus autem est de angelo qui habet a sui creatione formas rerum sibi inditas.

2. Ad secundum dicendum quod mysterium Incarnationis primo est scitum ab angelis quam ab hominibus; unde et homines de ipso per angelos sunt docti, ut Dionysius dicit IV cap. Caelestis hierarchiae: ipsi enim Incarnationis mysterium in Deo absconditum a saeculis cognoverunt, et per angelorum ecclesiam, quae est in caelestibus, principibus et potestatibus huius mundi mysterium praedictum innotuit; et quod ibi dicitur de ecclesia referendum est ad ecclesiam angelorum, ut Augustinus exponit V Super Genesim ad litteram, quamvis Ieronymus contrarium dicere videatur; sed tamen verba eius non sunt hoc modo | intelligenda quod angeli ab hominibus scientiam acceperint, sed quia apostolis praedicantibus res iam completas, quae prius fuerant per pro- *84va*

A 147 tali] *litt. imp. add.* pA 148 videtur] quia *add.* pA 162 sicut] *idem conf. praem.* pA 184 resplendent] resul *casu non del. praem.* A, *et delevimus* 202-204 et quod...V Super Genesim ad litteram] ut exponit augustinus V (V *post* litteram pA) super genesim ad litteram (*casu non deletum*) *praem.* A, *et delevimus* 207 hominibus] h h ap *praem.* pA

Φ 143 cognoscit] cognoscat Φ 145 potestate] potentia Φ 155 fuerit] fuit Φ (-δ) in[1] *om.* Φ (-δ[1]) 156 rei *om.* Φ 159 oporteret] oportet Φ 171 dicendum videtur] dic hoc et tene quod angelus habet formas innatas et non acquisitas β 173 materiales] immateriales Φ (-δ[1]) 198 in Deo] mundo Φ 202 et quod] ut exponit augustinus v super genesim ad litteram (*induc.* A) *praem.* Φ

138 uuidam platonici: Apuleius ex August. *De civ. Dei* VIII c. 16 (PL 41, 241) ut refert Thomas *I Pars* q. 115 a. 5. 140 auctoritati sanctorum: cf. Thomas *De subst. separ.* cap. 17. 142 alii: ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* XXX, XXXI et XXXII (ed. Baeumker, pp. 37-39). 172 tertia opinio: Albertus *Super Sent. II* d. 3 a. 15 et Bonaventura *Super Sent. II* d. 3 p. II a. 2 q. 1. 182 ' tabulae...: Arist. ut supra a. 5 63. 197 § 4 (PG 3, 181 B; Dion. 814). 204 Cap. 19 (PL 34, 334).

phetas praedictae, angeli eas plenius cognoverunt sicut plenius sciunt praesentia quam futura, ut infra patebit.

3. Ad tertium dicendum quod angeli, quamvis futura non cognoscant aliqua, quae tamen dum sunt praesentia sciant, non tamen sequitur ex hoc quod species aliquas a rebus accipiunt quas cognoscunt. Cum enim cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitum, hoc modo contingit novam cognitionem de aliquo accipere, quomodo contingit de novo aliquid alicui assimilari; quod quidem contingit dupliciter: uno modo per motum suum, alio modo per motum alterius ad formam quam ipse iam habet; et similiter aliquis incipit aliquid de novo cognoscere uno modo per hoc quod cognoscens de novo accipit formam cogniti, sicut in nobis accidit, alio modo per hoc quod cognitum de novo pervenit ad formam quae est in cognoscente. Et hoc modo angeli de novo cognoscunt praesentia quae prius fuerunt futura, ut puta si aliquid nondum erat homo, ei non assimilabatur intellectus angelicus per formam hominis quam habet apud se, sed cum incipit esse homo, secundum eandem formam incipit intellectus angelicus sibi assimilari sine aliqua mutatione facta circa ipsum.

4. Ad quartum dicendum quod sicut in intellectu non est ipsa forma qua res existit sed similitudo eius, ita distincta cognitio aliquarum rerum non requirit ut apud cognoscentem sint ipsa distinctionis principia, sed sufficit quod apud ipsum sint eorum similitudines; nec differt undecumque illae similitudines accipiantur quantum ad cognitionem distinctam.

5. Ad quintum dicendum quod intellectus angeli sine hoc quod acquirit novas formas intelligibiles potest aliquid de novo intelligere dupliciter: uno modo per hoc quod aliquid de novo assimilatur illis formis, ut iam dictum est; alio modo per hoc quod intellectus confortatur aliquo fortiori lumine ad plures cognitiones ex eisdem formis eliciendas, sicut ex eisdem formis in phantasia existentibus, superveniente lumine prophetiae, aliqua cognitio accipitur quae accipi non poterat per lumen naturale intellectus agentis.

6. Ad sextum dicendum quod verbum Philosophi est intelligendum de universali secundum quod est in comprehensione nostra qua comprehendimus res naturales: hoc enim est a rebus naturalibus acceptum; sed universale etiam in nostra comprehensione existens respectu artificialium non est posterius sed prius quia per formas artis universales apud nos existentes artificiata producimus; et similiter per rationes aeternas Deus producit creaturas a quibus effluunt formae in intellectu angelico. Unde non sequitur quod formae intellectus angelici sint posteriores rebus sed quod sint posteriores rationibus aeternis.

7. Ad septimum dicendum quod cognitum est in cognoscente similiter, sive forma cogniti in cognoscente existens sit a cognito accepta sive non; et ideo ratio non est ad propositum.

8. Ad octavum dicendum quod non est proportio inter lumen intellectus angelici et res sensibiles ut per lumen praedictum efficiantur actu intelligibiles, ut ex praedictis patet; et ideo ratio non sequitur.

9. Ad nonum dicendum quod anima non format in se ipsa aliquas formas nisi aliquibus formis praesuppositis in ipsa, et ideo, ut ex dictis patet, non cogit ratio.

Articulus decimus

Decimo quaeritur utrum angeli superiores habeant cognitionem per formas magis universales quam inferiores. Et videtur quod non: superiorum enim angelorum cognitio perfectior est quam angelorum inferiorum; sed

A 216 accipiunt] acci *conf. et in fine lin. praem.* pA 223 formam] fr *et litt. imp. praem.* pA 246 quod] aliquid *add.* pA 247 de *legimus cum* pA] *casu* (*ut videtur*) *del.* A 266 per...Deus] deus *praem.* pA 273 a cognito] ag *praem.* pA 275 non...et res sensibiles] res sensibiles *praem.* pA 275 est] sunt *praem.* pA (*cf. notatio superior*) 280 anima] quando (*imp. et primo del.*) forma *praem.* pA 282 ut...non cogit ratio] ratio non est ad propositum *praem.* pA
4 non] quia *add.* pA

Φ 224 aliquid] *om.* β *post* novo Σ 226 novo] uno Φ 232 assimilabatur] assimilatur Σ angelicus *om.* Σ

212 infra: a. 12.
1 Parall.: *I Pars* q. 55 a. 3; *Super Sent. II* d. 3 q. 3 a. 2; *Super De causis* lect. 10.

quod cognoscitur in universali, imperfectius cognoscitur quam quod in particulari cognoscitur; ergo superiores angeli non cognoscunt per formas magis universales.

2. Praeterea, si cognitio superiorum est universalior quam inferiorum, aut hoc est quantum ad cognitionem, aut quantum ad operationem; non quantum ad operationem quia non sunt operatores rerum, ut Damascenus dicit, similiter nec quantum ad cognitionem quia omnes cognoscunt omnes res naturales tam superiores quam inferiores; ergo superiorum angelorum cognitio non est magis universalis.

3. Praeterea, si omnia quae cognoscunt inferiores angeli etiam superiores cognoscunt, et tamen per formas magis universales, oportet quod forma quae est in intellectu superioris ad plura se extendat; sed idem non potest esse propria ratio plurium; ergo angeli superiores non cognoscent res in propria natura, et sic imperfectius cognoscent quam inferiores, quod est absurdum.

4. Praeterea, cognitio angelorum est secundum virtutem et naturam cognoscentis, ut dicit Dionysius VII cap. De divinis nominibus; sed natura superioris angeli est magis actualis quam natura inferioris; ergo et similiter cognitio; sed cognitio universalis est in potentia, cognitio vero in particulari est actu; ergo superiores angeli cognoscunt res per formas minus universales.

IN CONTRARIUM est quod dicit Dionysius XII cap. Caelestis hierarchiae, ubi dicit quod superiores angeli, ut cherubim, habent scientiam altiorem et universaliorem, inferiores autem angeli habent particularem et subiectam scientiam.

2. Praeterea, in libro De causis dicitur quod « intelligentiae superiores continent formas magis universales ».

3. Praeterea, superiores angeli sunt simpliciores quam inferiores; ergo et formae in eis sunt simpliciores, ergo et magis universales quia quod est universalius est simplicius.

RESPONSIO. Dicendum quod potentia quae ad multa se habet, determinatur ad unum | per actum; unde forma et actus invenitur esse principium unionis sed potentia invenitur esse principium divisionis et multiplicationis. Et quia efficacia rei in operando est ex hoc quod est in actu, inde est quod omnis virtus quanto est magis unita tanto est efficacior ad operandum; et ideo quanto aliqua virtus est altior tanto invenitur ex paucioribus operari, quae tamen ad plura se extendunt. Et hoc videmus communiter in operativis et cognitivis virtutibus: ars enim architectonica, utpote aedificatoris, per unam formam artis dirigitur in omnibus quae ad artem suam spectant; in quibus tamen inferiores artifices, utpote caementarii et caesores lignorum et alii huiusmodi, per diversa artificia diriguntur. Similiter etiam in cognitivis aliquis qui est elevatioris intellectus ex paucis principiis penes se retentis habet in promptu procedere ad varias conclusiones ad quas pervenire non possunt qui sunt hebetioris ingenii, nisi per varias inductiones et per principia particulariter coaptata conclusionibus. 84vb

Unde cum in Deo sit perfectissima virtus et puritas actus, ipse per unum, quod est essentia sua, omnia operatur et omnia cognoscit efficacissime; ab ipsa autem effluunt rationes rerum intelligibilium in angelis, ut ex dictis patet, non quidem ad causandum res sed ad cognoscendum; unde quanto in angelo fuerit plus de actu et minus de potentia, tanto emanatio huiusmodi rationum minus in ipso multiplicatur et virtus eius cognitiva erit efficacior: et secundum hoc superiores angeli cognoscunt

A 12 aut (*ex* autem pA) *em.* A 19 inferiores...etiam superiores] super *praem.* pA 43 quod *em.* A] *conf.* pA 44 superiores] *idem praem.* pA 47 ergo] set *praem.* pA 57 efficacior] effica *mac. praem.* pA 60 se extendunt] habet h *et litt. imp. praem.* pA 61 communiter] *idem mac. praem.* pA 83 multiplicatur] nul *conf. inc. praem.* pA 84 eius] *idem conf. praem.* pA

Φ 7 cognoscitur[2] *om.* Φ 10 est] esset Φ 14 similiter] sic Φ (-γ) 16 omnes *om.* Φ 25 cognoscent] –scunt Φ 62 aedificatoris] edificialis Φ 69 ex] et α β δ^2

14 *De fide* II c. 3 (PG 94, 873 B; Bt 74) ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 21. 30 § 2 (PG 3, 869 C; Dion. 401). 38 § 2 (PG 3, 292 C; Dion. 936). 43 Prop. 10 (9). 56 quanto...unita: *Liber de causis* ut supra q. 5 a. 2 25. 79 dictis: supra a. 9.

res per formas magis universales quam inferiores.

1. Ad primum igitur dicendum quod cognoscere aliquid in universali potest intelligi dupliciter: uno modo ut referatur ad cognitionem ex parte cogniti, et sic cognoscere aliquid in universali est cognoscere naturam universalem cogniti, et sic propositio veritatem habet quia quando cognoscitur de aliquo natura universalis tantum, imperfectius cognoscitur quam si cognoscantur cum hoc propria ipsius; alio modo ut referatur ad cognitionem ex parte eius quo cognoscitur, et sic cognoscere aliquid in universali, id est per medium universale, est perfectius dummodo cognitio usque ad propria deducatur.

2. Ad secundum dicendum quod dicuntur esse formae magis universales quantum ad cognitionem, non quia plurium rerum cognitionem causent, sed quia per pauciores formas ad eadem cognoscenda superior intellectus perficitur et etiam ad perfectius cognoscendum; utpote si superior angelus per unam formam animalis omnes species animalium cognoscat, inferior autem nonnisi per multas species, et praeter hoc superior angelus plures rationes intelligibiles ex eisdem rebus cognoscat.

3. Ad tertium dicendum quod id quod ⟨est⟩ unum, non potest esse propria ratio plurium si sit eis adaequatum; sed si sit superexcedens, potest esse plurium propria ratio quia continet in se uniformiter propria utriusque quae in eis divisim inveniuntur. Et hoc modo essentia divina est propria ratio rerum omnium quia in ipsa uniformiter praeexistit quicquid divisim in omnibus creaturis invenitur, ut Dionysius dicit. Et similiter cum formae intellectus angelici sint excellentiores rebus ipsis, utpote divinae essentiae propinquiores, non est inconveniens si una forma intellectus angelici sit ratio propria plurium secundum diversas eius habitudines ad diversas res, sicut et divina essentia est propria ratio plurium secundum diversas habitudines eius ad res; ex quibus habitudinibus consurgit pluralitas idearum. Sed formae intellectus nostri accipiuntur ex rebus; unde non sunt superexcedentes rebus sed quasi adaequatae quantum ad repraesentationem, licet sint excedentes quantum ad modum essendi in quantum habent esse immateriale; unde una forma intellectus nostri non potest esse ratio propria plurium.

4. Ad quartum dicendum sicut ad primum.

Articulus undecimus

Undecimo quaeritur utrum angelus cognoscat singularia. Et videtur quod non quia, ut dicit Boetius, « universale est dum intelligitur, singulare dum sentitur »; sed angelus non cognoscit nisi per intellectum; ergo non cognoscit singularia.

2. Sed dicebat quod auctoritas intelligitur de intellectu nostro, non autem de angelico. — Sed contra, intellectui nostro convenit non intelligere singularia ratione suae immaterialitatis, unde cognoscitivae potentiae materiales in nobis existentes singularia cognoscunt ut sensus et imaginatio; sed intellectus angeli est immaterialior quam humanus; ergo non cognoscit singularia.

3. Praeterea, omnis cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum; sed intellectus angeli non potest assimilari singulari in quantum est singulare quia singulare est singulare per materiam, intellectus autem angeli est omnino separatus a materia et condicionibus

A 90 ad] *litt. imp. praem.* pA 96 ipsius] *idem conf. praem.* pA 99 perfectius] *idem conf. praem.* pA 104 rerum] *idem conf. praem.* pA 108 si] sui *praem.* pA 114 ⟨est⟩ *suppl.*] *om.* A 121 divisim] *idem conf. et imp. praem.* pA 126 sit *hic conf.* pA] *post* ratio *clare* A, *et signis consuetis ordinem dictatorum restituit* 133 quantum] et *praem.* pA 134 excedentes] no (*inc.* nobiles *?*) *praem.* pA 135 esse *hic conf.* pA] *post* immateriale A, *et ordinem dictatorum restituimus*
11 unde] forme *add.* pA 20 intellectus] *idem praem.* pA

Φ 114 ⟨est⟩] *post* unum *suppl.* Φ (-δ^1) *om.* δ^1 115 eis] in *praem.* Φ (-δ) *def.* δ 127-129 sicut...res *hom. om.* Φ*: insuper* ad diversas res^{127} *om.* δ 135 esse *post* immateriale (*induc.* A) Φ
10 singularia] materialia vel *praem.* Φ 11 cognoscitivae] cognitive Φ 20 materiam] naturam *potius* Σ

122 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 359).
1 Parall.: *I Pars* q. 57 a. 2; *Cont. Gent.* II c. 100; *Super Sent. II* d. 3 q. 3 a. 3; *Quodlib.* VII q. 1 a. 3. 3 Cf. supra q. 2 a. 4 4 in nota. 16 omnis cognitio...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota.

materiae; ergo intellectus angeli non cognoscit singularia in sua singularitate.

4. Praeterea, idem est principium essendi et cognoscendi, secundum Philosophum; sed forma individuata est principium essendi singulari; ergo ipsa est principium cognoscendi singulare; sed intellectus angelicus accipit sine materia et condicionibus materiae ex quibus formae individuantur; ergo accipit universale tantum et non singulare.

5. Praeterea, omne quod est in altero, est in eo per modum recipientis; sed intellectus angeli est simplex et immaterialis; ergo similitudines particularium in eius intellectu existentes sunt in eo immaterialiter et simpliciter, et ita universaliter, et sic per eas | singularia non cognoscit. 85ra

6. Praeterea, diversa in quantum diversa non per idem proprie medium cognoscuntur, sed per aliud et aliud quia cognitio aliquorum per medium commune est eorum in quantum sunt unum; sed quaelibet forma a materia abstracta est communis multis particularibus; ergo non potest esse quod per eam diversa particularia in propria natura proprie cognoscantur; sed in intellectu angeli non est aliqua forma nisi immaterialis; ergo nullo modo potest cognoscere singularia.

7. Praeterea, universale contra singulare distinguitur per hoc quod universale est in intellectu, singulare autem extra intellectum; sed universale numquam est extra intellectum; ergo nec singulare umquam est in intellectu, et sic non potest per intellectum cognosci.

8. Praeterea, nulla potentia extenditur ultra suum obiectum; sed quiditas depurata a materia est obiectum intellectus, ut dicitur in III De anima; ergo cum essentia singularis sit concreta cum materia sensibili, non potest per intellectum cognosci.

9. Praeterea, quod per certitudinem cognoscitur, non potest aliter se habere quia intellectus est similiter absentium et praesentium; de his autem quae possunt aliter se habere, non est certitudo cum fiant absentia, ut dicitur in VII Metaphysicae; sed singularia possunt aliter se habere cum sint motui et variationi subiecta; ergo non possunt per intellectum cognosci, et sic idem quod prius.

10. Praeterea, forma intellectus est simplicior intellectu, sicut perfectio perfectibili; sed intellectus angeli est immaterialis; ergo et formae ipsius sunt immateriales; sed formae non sunt individuae nisi sint materiales; ergo formae illae sunt universales, et ita non sunt principium cognoscendi particulare.

11. Praeterea, mensura, quia est principium cognoscendi mensuratum, debet esse homogenea mensurato, ut dicitur in X Metaphysicae, ergo et species quae est principium cognoscendi debet esse homogenea rei quae per ipsam cognoscitur; sed forma intellectus angelici non est homogenea singulari cum sit immaterialis; ergo per eam non potest angelus singularia cognoscere.

12. Praeterea, potestas gloriae excedit potestatem naturae, ergo cognitio intellectus humani glorificati excedit cognitionem angeli naturalem; sed intellectus hominis glorificati non cognoscit singularia quae hic sunt quia, ut dicit Augustinus in libro De cura pro mortuis agenda, « nesciunt mortui, etiam sancti, quid agant vivi, etiam eorum filii »; ergo nec angeli singularia cognoscere possunt cognitione naturali.

13. Praeterea, si angelus singularia cognoscit, aut hoc est per species singulares aut per universales; sed non per singulares quia oporteret quod tot essent apud ipsum species quot sunt singularia: singularia autem sunt in potentia infinita, quod praecipue apparet si ponatur quod mundus in posterum non deficiat ab hoc statu, quod constat Deo esse possibile; et sic essent infinitae formae in intellectu angeli, quod est impossibile; similiter nec per univer-

A 28 intellectus] *idem conf. in fine lin. praem.* pA 62 certitudinem] intellectum *praem.* pA 71 est: *postea brevis ras.* A 98 sed] *idem mac. praem.* pA singulares] universales *praem.* pA

Φ 23 sua] sui Φ (-δ^2) *om.* δ^2 50 distinguitur] dividitur Φ 52 autem *om.* Φ 54 umquam] numquam β γ δ^1 93 vivi *om.* Σ 100 sunt[1] *om.* Φ

25 *Metaph.* II 2 (993 b 30). 32 omne...recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 51 universale...intellectum: cf. Arist. *De anima* II 12 (417 b 19). 59 *De anima* III 11 (430 b 28). 67 *Metaph.* VII 15 (1040 a 2). 81 *Metaph.* X 2 (1053 a 24). 92 Cap. 16 (PL 40, 606) ex *Glossa interlin.* super Is. LXIII[16] ut dicitur infra q. 9 a. 6 29.

sales quia sic non haberent distinctam cognitionem de singularibus, et hoc esset cognoscere singularia imperfecte, quod non est angelis attribuendum; ergo angeli nullo modo singularia cognoscunt.

SED CONTRA, nullus custodit illud quod ignorat; sed angeli custodiunt singulares homines, ut patet in Psal. « Angelis suis Deus » etc.; ergo ipsi singularia cognoscunt.

2. Praeterea, amor non est nisi cogniti, ut patet per Augustinum in libro De Trinitate; sed angeli, cum habeant caritatem, amant singulares homines, etiam quantum ad sensibilia corpora quae sunt ex caritate diligenda; ergo et eos cognoscunt.

3. Praeterea, Philosophus dicit in libro Posteriorum quod sciens universale scit particulare sed non convertitur; sed angeli sciunt universales rerum causas; ergo et singularia cognoscunt.

4. Praeterea, « quicquid potest virtus inferior, potest et superior », ut Boetius dicit in libro De consolatione; sed vis sensitiva et imaginativa hominis singularia cognoscit; ergo multo fortius vis intellectiva ipsius angeli.

RESPONSIO. Dicendum quod quidam circa hoc erraverunt dicentes angelos singularia non cognoscere; sed haec positio et a fide est aliena quia removet ministeria angelorum circa homines, et etiam rectae rationi repugnat quia si angeli ignorant ea quae nos cognoscimus, ad minus quantum ad hoc imperfectior est eorum cognitio; sicut et Philosophus dicit in I De anima quod ' accideret Deum insipientissimum esse si discordiam nesciret ' quam alii sciunt.

Unde hoc errore excluso quatuor modi inveniuntur assignati a diversis quibus angeli singularia cognoscant. Quidam enim dicunt quod singularia cognoscunt singularium species ab eis abstrahendo sicut et nos ea per sensus cognoscimus. Sed ista positio est omnino irrationabilis: primo quia angeli non habent cognitionem a rebus acceptam, ut patet per Dionysium et per Augustinum in II Super Genesim ad litteram et ex his quae supra dicta sunt; secundo quia dato quod a rebus acciperent, formae tamen receptae essent in intellectu angelico immaterialiter per modum intellectus recipientis, et sic eadem difficultas remaneret qualiter per eas possent singularia cognosci quae ex materia individuantur.

Alius modus est quem Avicenna ponit in sua Metaphysica, dicens quod Deus et angeli singularia cognoscunt universaliter et non singulariter; ut intelligatur aliquid singulariter cognosci quando cognoscitur prout est hic et nunc et secundum omnes condiciones | individuantes, universaliter vero quando cognoscitur secundum principia et causas universales: sicut singulariter cognoscit aliquis hanc eclipsim cum eam sensu percipit, universaliter vero cum ex motibus caelestibus eam praenuntiat; et sic ab angelis singularia universaliter cognoscuntur in quantum cognitis causis omnibus universalibus nihil remanet ignoratum in singularibus effectibus. Sed hic modus cognitionis non videtur sufficere: ponimus enim angelos singularia cognoscere etiam secundum ea quae ad eorum singularitatem pertinent, sicut quod cognoscunt singulares hominum actus et alia huiusmodi quae spectant ad officium custodiae. 85rb

Unde tertius modus assignatur a quibusdam, scilicet qui dicunt quod angeli habent penes se formas universales totius ordinis universi a creatione sibi inditas quas applicant ad hoc vel illud singulare, et sic ex universalibus

A 112 angeli] *litt. imp. add.* pA 143 dicunt] duu (*?*) *praem.* pA 165 eclipsim] el *praem.* pA 180 quas] et *praem.* pA 181 sic ex] ex *in fine lin. praem.* pA

Φ 113 Deus] mandavit Φ 123 sciunt] cognoscunt Φ 127 et *om.* Σ 130 vis *om.* Σ 143 cognoscunt Φ 149 per *om.* Φ 153 immaterialiter] –teriali β *om.* Σ 175 alia *om.* Φ

113 Ps. xc[11] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 116 X c. 1 (PL 42, 971), cf. infra q. 10 a. 6 23. 122 *Anal. post.* I 38 (86 a 11). 128 Cf. supra q. 2 a. 6 30 in nota. 131 quidam: Moyses Maim. [*Dux neutr.* II c. 13] et Isaac [*Liber de Definicionibus* (ed. Muckle, pp. 315-316)] ut refert Albertus *Super Sent. II* d. 3 a. 16, Averroes *De divinatione per somnum* (VI[2], 34 K). 133 a fide est aliena: Hebr. I[14] ut refert Thomas *I Pars* q. 57 a. 2. 139 *De anima* I 12 (410 b 4). 143 Quidam: cf. supra a. 9 86 in nota. 149 *De div. nom.* cap. 7 § 2 (PG 3, 868 B; Dion. 388) ut refert Thomas supra a. 9 71. 150 Cap. 8 (PL 34, 270); supra: a. 9. 158 VIII c. 6 (f. 100[rb] C). 177 quibusdam: cf. Bonaventura *Super Sent. II* d. 3 p. 11 a. 2 q. 1.

formis singularia cognoscunt. Sed hic modus etiam non videtur conveniens quia non potest aliquid ad alterum applicari nisi illud alterum sit aliquo modo praecognitum, sicut nos universalem cognitionem singularibus applicamus quae in cognitione nostra sensitiva praeexistunt. In angelis autem non est alia cognitio quam intellectiva in qua singularium cognitio praeexistat, ut sic universales formae intellectus ipsorum possint singularibus applicari; unde patet quod applicatio universalis ad particulare praeexigit cognitionem intellectualem singularium in angelis et non est causa ipsius.

Et ideo quarto modo probabilius dicitur quod formae quae sunt in intellectu angeli, sunt efficaces ad causandum cognitionem non solum universalium sed etiam particularium, nulla applicatione praesupposita, quamvis non sit ita de formis nostri intellectus quae se habent ad res dupliciter: uno modo ut causae rerum, sicut formae practici intellectus; alio modo ut causatae a rebus, sicut formae intellectus speculativi quo naturalia speculamur. Per formas autem practici intellectus artifex non operatur nisi formam, unde forma illa est similitudo solius formae; et quia omnis forma in quantum huiusmodi est universalis, ideo per formam artis non habet artifex cognitionem de artificiato nisi universalem, sed cognitionem illius in singulari acquirit per sensum, sicut et quilibet alius. Si autem per formas artis faceret materiam et formam, tunc forma illa esset exemplar formae et materiae, et sic per illam formam cognosceretur res artificiata non solum in universali sed etiam in singulari quia principium singularitatis est materia. Formae autem quae sunt in intellectu speculativo, fiunt in nobis quodam modo ex actione ipsarum rerum. Omnis autem actio est a forma; et ideo, quantum ex virtute est agentis, non fit aliqua forma a rebus in nobis nisi quae sit similitudo formae; sed per accidens contingit ut sit etiam similitudo materialium dispositionum in quantum recipitur in organo materiali quod materialiter recipit, et sic retinentur aliquae condiciones materiae; ex quo contingit quod sensus et imaginatio singularia cognoscunt. Sed quia intellectus omnino immaterialiter recipit, ideo formae quae sunt in intellectu speculativo sunt similitudines rerum secundum formas tantum.

Rationes vero ideales in Deo existentes sunt effectivae rerum non solum quantum ad formam sed et quantum ad materiam, et ideo sunt similitudines rerum quantum ad utrumque; et propter hoc per eas cognoscitur res a Deo non solum in natura universali ex parte formae sed etiam in sua singularitate ex parte materiae. Sicut autem ab intellectu divino effluunt res naturales secundum formam et materiam ad essendum ex utraque, ita effluunt formae intellectus angelici ad cognoscendum utrumque; et ideo angeli per formas innatas cognoscunt res in sua singularitate et universalitate in quantum sunt similes formis factivis, scilicet ideis in mente divina existentibus, quamvis ipsae non sint rerum factivae.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum Boetii intelligitur de intellectu nostro qui accipit formas ex rebus, non autem de angelico qui accipit formas immediate a Deo; et hoc ratione iam dicta.

2. Ad secundum dicendum quod, quia in intellectu angeli formae immaterialius recipiuntur quam in intellectu nostro, ideo sunt efficaciores, et sic se extendunt ad repraesentandum rem non solum quantum ad principia formalia sed etiam secundum materialia.

3. Ad tertium dicendum quod inter cognoscens et cognitum non exigitur similitudo quae est secundum convenientiam in natura sed secundum repraesentationem tantum: constat enim quod forma lapidis in anima est longe alterius naturae quam forma lapidis in materia, sed in quantum repraesentat eam sic est principium ducens in cognitionem eius. Unde quamvis formae quae sunt in intellectu angeli sint immateriales secundum sui naturam, nihil ta-

A 220 quantum *hic* A] *post* virtute pA 223 etiam *hic mac.* pA] *post* similitudo *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus* 239 Sicut] sic *mac. praem.* pA 240 res] forme *praem.* pA 241 ad] ut ad essentia pA (ad *restituitur per ras. puncti delentis*) 241 utraque A 244 res *sup. lin.* A] singularia pA 252 ratione] re *(?) praem.* pA 264 materia] m *conf. praem.* pA

Φ 191 ipsorum] eorum Φ 202 ut] sicut Φ 204 quo] qua Φ (-δ) 223 etiam *post* similitudo (*induc.* A) Φ 225 quod] quia Φ 234 et[1]] etiam Φ 236 per eas *om.* Σ 241 utraque] utroque Φ 250 de] intellectu *add.* Φ

men prohibet quin per eas assimiletur rebus non solum secundum formam sed etiam secundum materiam.

4. Ad quartum dicendum quod non oportet formam quae est principium essendi rem, esse principium cognoscendi rem secundum essentiam suam, sed solum secundum suam similitudinem: forma enim qua lapis est, non est in anima, sed similitudo eius; unde non oportet quod forma intellectus angelici qua singulare cognoscit sit individuata, sed solum quod sit formae individuatae similitudo.

5. Ad quintum dicendum quod formae in intellectu angelico sunt immaterialiter, et tamen sunt similitudines rerum materialium, sicut et ideae in Deo existentes quae sunt multo immaterialiores; et sic per eas possunt singularia cognosci.

6. Ad sextum dicendum quod una species potest esse propria ratio diversorum in quantum | est superexcedens, ut ex supra dictis patet; per unum autem medium adaequatum non possunt diversa distincte cognosci. *85va*

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis universale habeat esse in intellectu, tamen ens in intellectu est in plus quam universale; et ideo in processu est fallacia consequentis.

8. Ad octavum dicendum quod per illam speciem a materia depuratam quam intellectus angeli penes se habet, intelligit etiam materiales condiciones rei, ut ex dictis patet.

9. Ad nonum dicendum quod intellectus angeli per speciem quam apud se habet cognoscit singulare non solum in sua substantia sed etiam secundum omnia accidentia eius; et ideo cognoscit cuicumque accidenti singulare variatum subsit; et sic variatio singularis certitudinem cognitionis angelicae non tollit.

10. Ad decimum patet responsio ex dictis.

11. Ad undecimum dicendum quod mensura, in quantum est principium cognoscendi mensuratum, est unius generis cum mensurato sed non simpliciter, sicut patet quod ulna est mensura panni et non convenit cum eo nisi in quantitate, sic enim est mensura eius; sic etiam et forma intellectus angelici non oportet quod conveniat cum singulari extra animam existente secundum modum existendi cum singulare sit materialiter et forma praedicta sit immaterialis.

12. Ad duodecimum dicendum quod sancti qui sunt in gloria cognoscunt in Verbo ea quae hic aguntur, ut manifeste Gregorius dicit in Moralibus; verbum autem Augustini intelligendum est quantum ad naturalem condicionem. Nec est simile de angelo et anima quia angelus naturaliter habet formas sibi a creatione inditas quibus singularia cognoscit.

13. Ad tertium decimum dicendum quod formae intellectus angelici neque sunt singulares sicut formae imaginationis vel sensus cum sint penitus immateriales, neque sunt hoc modo universales sicut formae intellectus nostri quibus nonnisi natura universalis repraesentatur; sed in se immateriales existentes exprimunt et demonstrant universalem naturam et particulares condiciones.

Articulus duodecimus

Duodecimo quaeritur utrum angeli cognoscant futura. Et videtur quod sic: angeli enim cognoscunt res per formas innatas; sed formae illae aequaliter se habent ad praesentia et futura; ergo cum angeli praesentia cognoscant, cognoscent similiter et futura.

2. Praeterea, Boetius in V De consolatione hanc causam assignat quare Deus futura contingentia infallibiliter praescire potest, quia eius visio est tota simul cum aeternitate mensuretur; sed visio beata est tota simul cum aeternitate

A 273 formam] idem numero quod est eandem *praem.* pA quae] numero *praem.* pA 284 existentes] *idem mac. praem.* pA 301 per *restituimus*] *bis* pA *uterque casu del.* A 311 sed *coni.*] et (*e lapsu auditus*) A 333 demonstrant] denr *idem conf. inc praem.* pA

1 Duodecimo *al. man.*] *lacuna* pA 5 praesentia] per eas per *praem.* pA (*deletio non perspicua: cf.* Φ) 10 visio *em.* A] *conf.* pA

Φ 274 secundum] per Φ 313 sic etiam et] sicut etiam Φ (-δ^2) sicut enim δ^2 316 existendi] essendi Φ 5 praesentia] per eas (*induc.* pA) *add.* Φ

276 forma...eius: Arist. ut supra q. 2 a. 3 21 in nota. 289 supra: a. 10 ad 3. 321 XII c. 21 (PL 75, 999 B) ut refert Thomas *I Pars* q. 89 a. 8.

1 Parall.: *I Pars* q. 57 a. 3; *Super Sent. II* d. 3 q. 3 a. 3 ad 4; *De malo* q. 16 a. 7; *De anima* a. 20 ad 4. 7 Prosa 6 (PL 63, 859 A).

participata mensuretur; ergo angeli beati futura contingentia cognoscunt.

3. Praeterea, Gregorius in IV Dialogorum dicit quod anima cum recedat a nexibus corporis, vi subtilitatis naturae cognoscit futura; sed angelus est maxime a nexibus corporis absolutus et est subtilissimae naturae; ergo cognoscunt futura.

4. Praeterea, intellectus possibilis animae nostrae est in potentia ad omnia cognoscenda et ita ad cognoscenda futura; sed potentia intellectus angelici est tota terminata per formas innatas, ut supra dictum est; ergo ipsi habent notitiam de futuris.

5. Praeterea, quicumque habet providentiam super aliquem debet habere et praescientiam eorum quae ad ipsum spectant; sed angeli habent curam et providentiam de nobis per officium custodiae; ergo ipsi cognoscunt ea quae nobis sunt futura.

6. Praeterea, intellectus angelicus excedit intellectum humanum; sed intellectus humanus cognoscit futura quae habent causas determinatas in natura; ergo angelicus cognoscit futura contingentia ad utrumlibet quae non habent aliquas causas determinatas.

7. Praeterea, propter hoc nos aliter nos habemus ad cognoscenda praesentia et futura quia cognitionem a rebus accipimus, unde oportet res cognitas praeexistere scientiae nostrae; sed angeli non accipiunt cognitionem a rebus; ergo aequaliter se habent ad cognoscenda praesentia et futura, et sic idem quod prius.

8. Praeterea, intellectiva cognitio non concernit aliquod tempus quia abstrahit ab hic et nunc, et sic aequaliter se habet ad omne tempus; sed angelus non habet cognitionem nisi intellectivam; ergo aequaliter se habet ad cognoscenda praesentia et futura, et sic idem quod prius.

9. Praeterea, plura cognoscit angelus quam homo possit cognoscere; sed homo in statu innocentiae cognoscebat futura, unde et Gen. II[24] Adam dixit « Propter hoc relinquet homo patrem et matrem » etc.; ergo et angeli cognoscunt futura.

SED CONTRA est quod dicitur Is. XLI[23] « Quae ventura sunt annuntiate, et dicemus quia dii estis vos », et sic scire futura est divinitatis indicium; sed angeli non sunt dii; ergo futura ignorant.

2. Praeterea, cognitio certitudinalis haberi non potest nisi eorum quae habent veritatem determinatam; sed futura contingentia non sunt huiusmodi, ut patet in I Perihermeneias; ergo angeli futura contingentia non cognoscunt.

3. Praeterea, futura cognosci non possunt nisi vel per speciem artis, sicut artifex cognoscit ea quae facturus est, vel in causis suis, sicut cognoscitur frigus futurum in signis et dispositionibus stellarum; sed angeli non cognoscunt futura per artem quia ipsi non sunt rerum operatores, nec iterum in causis suis quia futura contingentia non sunt determinata in suis causis, alias essent necessaria; ergo angeli nullo modo futura contingentia cognoscunt.

4. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit in libro De sacramentis quod « monstratum est angelis quid facturi essent non autem quid eis esset futurum »; ergo multo minus alia futura cognoscunt.

RESPONSIO. Dicendum quod unumquodque hoc modo cognoscitur in aliquo quo modo est in eo. Quaedam igitur futura sunt quae in

A 14 Gregorius in IV Dialogorum (dicit *add.* pA) *in marg.* A] Augustinus pA 17 est] *idem praem* pA 47 habet] hit *praem.* pA 48 angelus] tt *praem.* pA 56 et[1]] *litt. imp. add.* pA 66 perierminias A 67 angeli futura *inv.* pA 73 sunt] su *mac. praem.* pA 84 quo modo *disiunctim* A

Φ 15 recedat] recedit Φ 19 cognoscunt] cognoscit Φ 35 angelicus] intellectus *praem.* β γ angelus δ 54 et *om.* Φ 55-56 homo...matrem *om.* Φ 59 quia] quoniam Φ 78-82 Praeterea...cognoscunt *hom. om.* α δ 84 modo *om.* Σ 85 quae *om.* Φ

14 Cap. 26 (PL 77, 357 C). 24 supra: a. 9. 30 officium custodiae: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 11 c. 1. 54 Gen. II[24] sec. recens. Veteris Latinae. 58 Is. XLI[23]: lectio ' dicemus ' frequentior est apud Thomam, e. g. infra q. 12 a. 6 46, q. 18 a. 4 lin. 6, *Super Sent. II* d. 7 q. 2 a. 2 arg. 1, et passim, ' annuntiate quae ventura sunt in futurum et sciemus quia dii estis vos ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' Et annuntiate quae ventura sunt in novissimo et sciemus quoniam dii estis ' sec. recens. Veteris Latinae. 66 *Periherm.* I 13 (18 a 28 sqq.). 73 ipsi...operatores: Ioh. Damasc. ut supra a. 10 14. 79 I p. v c. 18 (PL 176, 254 A).

causis suis proximis determinata sunt hoc modo ut ex eis necessario contingant, sicut solem oriri cras; et tales effectus futuri in suis causis cognosci possunt. Quidam vero futuri effectus in causis suis non sunt determinate ut aliter evenire non possit, sed tamen eorum causae magis se habent ad unum quam ad alterum, et ista sunt contingentia quae ut in pluribus vel
85vb | paucioribus accidunt; et huiusmodi effectus in causis suis non possunt cognosci infallibiliter sed cum quadam certitudine coniecturae. Quidam autem effectus futuri sunt quorum causae indifferenter se habent ad utrumque, haec autem vocantur contingentia ad utrumlibet ut sunt illa praecipue quae pendent ex libero arbitrio; sed quia ex causa ad utrumlibet, cum sit quasi in potentia, non progreditur aliquis effectus nisi per aliquam aliam causam determinetur magis ad unum quam ad aliud, ut probat Commentator in II Physicorum, ideo huiusmodi effectus in causis quidem ad utrumlibet nullo modo cognosci possunt per se acceptis; sed si adiungantur causae illae quae causas ad utrumlibet inclinant magis ad unum quam ad aliud, potest aliqua certitudo coniecturalis de effectibus praedictis haberi, sicut de his quae ex libero arbitrio dependent, aliqua futura conicimus ex consuetudinibus et complexionibus hominum quibus inclinantur ad unum. Omnes autem huiusmodi effectus, qualescumque sint eorum causae proximae, tamen in causa prima omnes sunt determinati, quae sua praescientia omnia intuetur et sua providentia omnibus modum apponit.

Angeli autem et divinam essentiam intuentur et per formas innatas cognitionem omnium rerum et causarum naturalium habent; cognitione igitur naturali, quae est per formas innatas, illa tantum futura praescire possunt quae in causis naturalibus sunt determinata, vel in una tantum causa vel in collectione plurium, quia aliquid est contingens respectu unius causae quod respectu concursus plurium causarum est necessarium. Angeli autem omnes naturales causas cognoscunt; unde quaedam quae contingentia videntur aliquibus causis eorum pensatis, angeli ut necessaria cognoscunt dum omnes causas ipsorum cognoscunt. Si autem divinam providentiam comprehenderent, omnes futuros eventus certitudinaliter scirent; sed quia quidam perfectius aliis divinam providentiam intuentur, quamvis nullus eorum perfecte comprehendat, ideo quidam in Verbo plura futura, etiam de contingentibus ad utrumlibet, aliis sciunt.

1. Ad primum igitur dicendum quod species quae sunt in mente angeli non se habent aequaliter ad praesentia et futura, quia illa quae sunt praesentia sunt similia in actu formis in angelis existentibus, et sic per ea possunt cognosci; illa vero quae sunt futura, nondum sunt similia et ideo per formas praedictas non cognoscuntur, ut supra declaratum est.

2. Ad secundum dicendum quod quantum ad visionem qua vident res in Verbo, indifferenter se habent ad cognoscenda praesentia et futura; non tamen sequitur quod ⟨in⟩ Verbo omnia futura cognoscant quia Verbum non comprehendunt.

3. Ad tertium dicendum quod, sicut Augustinus narrat XII Super Genesim ad litteram, quidam posuerunt quod « anima in se ipsa quandam vim divinationis habet »; sed hoc Augustinus ibidem reprobat quia ⟨si⟩ per se ipsam posset futura praedicere, semper esset praescia futurorum, nunc autem videmus quod non est in potestate sua cognitionem futurorum habere quandocumque voluerit, quamvis aliquando praesciat; unde oportet quod adiutorio alicuius eveniat quod futura cognoscit. Adiuvatur autem aliquo superiori spiritu, in-

A 89 possunt] *idem conf. et mac. praem.* pA 94 et huiusmodi] Quidam vero effectus futuri sunt *praem.* pA (*cf. lin.* 96-97) 102 quasi *in forma inconsueta* A (*scil.* quai[a]) 111 sicut] *idem conf. praem.* pA 125 vel] etiam *add.* pA 140 sciunt] quamvis nullus omnia sciat *add.* pA 152 ⟨in⟩ *suppl. cum* Φ] *trans. ad lin. om.* A 159 ⟨si⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A

Φ 91 possit] possint Σ possunt β 92 ad[2] *om.* Σ (-δ^1) 93 sunt *om.* Σ (-δ^1) 102 progreditur] producitur vel non *praem.* Φ (-δ) producitur δ 118 praescientia] presentia Φ 123 quae est *om.* Φ (-δ^2) 130 naturales causas] causas natura β *inv.* Σ 140 aliis *om.* Φ 148 declaratum] determinatum Φ 152 ⟨in⟩ *suppl.* Φ 159 ⟨si⟩ *suppl.* Φ 162 est] sit Φ 165 cognoscit] –scat Φ (-δ^1) –scant δ^1

99 contingentia ad utrumlibet: Arist. ut supra q. 2 a. 12 81 in nota. 105 Comm. 48 (IV, 66 I). 148 supra: a. 9 ad 3. 156 Cap. 13 (PL 34, 464). 159 ibidem: hic supra.

creato vel creato, bono vel malo; et quia mole corporis aggravatur et dum sensibilibus intendit minus est intelligibilium capax, ideo quando a sensibus abstrahitur vel per somnum vel per aegritudinem vel quocumque alio modo, fit ex hoc magis idonea ad impressionem superioris spiritus recipiendam; et ideo dum praedicto modo a nexibus corporis absolvitur, futura praenoscit aliquo spiritu revelante qui ea futura revelare potest quae praescit vel naturali cognitione vel in Verbo, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod duplex est potentia: una est naturalis quae potest per agens naturale in actum reduci, et talis potentia in angelis est totaliter completa per formas innatas; sed secundum talem potentiam intellectus possibilis noster non est in potentia ad futura quaelibet cognoscenda. Est autem alia potentia oboedientiae secundum quam in creatura fieri potest quicquid in ea fieri voluerit Creator, et sic intellectus possibilis est in potentia ad futura quaelibet cognoscenda, in quantum ei scilicet possunt divinitus revelari; talis autem potentia intellectus angelici non est totaliter completa per formas innatas.

5. Ad quintum dicendum quod ille qui habet aliquorum providentiam, non oportet ut praesciat futuros eventus, sed ut praevideat qui eventus contingere possunt ut secundum hoc remedia adhibeat.

6. Ad sextum dicendum quod intellectus angeli excedit humanum in hoc quod contingentium determinatorum in suis causis plura et certius novit; non autem oportet quod excedat quantum ad hoc quod obiectio tangit.

7. Ad septimum dicendum sicut ad primum.

8. Ad octavum dicendum quod angelus per intellectivam cognitionem cognoscit ea quae sunt hic et nunc, quamvis ipse intellectus cognoscens sit abstractus ab hic et nunc, ut ex dictis patet; et ideo non est mirum si alio modo cognoscit praesentia quam futura, non ex hoc quod ipse aliter ad ea se habeat sed ex hoc quod illa aliter se habent ad ipsum, ut patet ex dictis.

9. Ad nonum dicendum quod homo in statu innocentiae futura contingentia praescire non poterat nisi vel in causis suis vel in Verbo, ut angeli cognoscunt, ut ex dictis patet.

Ad ea vero quae in contrarium obiciuntur, in quantum contra veritatem procedunt patet responsio ex dictis.

Articulus tertius decimus

Tertio decimo quaeritur utrum angeli scire possint occulta cordium. Et videtur quod sic: angelorum enim officium est purgare; sed impuritas a qua purgamur est in conscientia; ergo angeli conscientias nostras cognoscunt.

2. Praeterea, sicut corpus figuratur figura ita intellectus figuratur specie eius quod actu cogitat; sed oculus videns corpus videt simul figuram corporis; ergo et angelus videns intellectum alterius angeli videt eius cogitationem.

3. Praeterea, species quae sunt in intellectu, *86ra* cum sint intelligibiles actu, sunt magis intelligibiles quam formae in rebus materialibus existentes quae sunt intelligibiles in potentia tantum; sed angeli per formas quas apud se habent, intelligunt rerum materialium formas; ergo multo fortius intelligunt formas existentes in intellectu nostro, et sic cognoscunt cogitationes nostras.

4. Praeterea, cogitatio hominis numquam est sine phantasmate; sed angeli cognoscunt phantasmata quae sunt in nostra imaginatione,

A 174 absolvitur] *idem conf. praem.* pA 175 praenoscit] preno *conf. praem.* pA 176 praescit] pre *conf. praem.* pA 182 sed] *idem mac. praem.* pA 185 potentia *scrips.*] potentie *casu* A 204 angelus] quam (*inc.* quamvis) *praem.* pA 207 hic (*ex* hinc pA) *em.* A 208 modo] *idem conf. praem.* pA 216 ut[2]] *litt. imp. praem.* pA
1 Tertio decimo *al. man.*] *lacuna* pA 12 cum *sup. lin.* A] *om.* pA

Φ 176 quae] ipse *add.* Φ 194 ut[1]] quod Φ 207 ut ex: *postea deficit cod.* Ot[4] *ex* δ[2] *usque ad* q. 12 a. 8 ad 5[m] *lin.* 109 attribuitur instrumento *inclusive* 211 ipsum] eum Φ
2 possint] possunt Φ 18 cognoscunt] –scent Φ (-δ[1]) 20 cogitatio] cognitio Φ

177 dictum est: supra a. 11.
1 Parall.: *I Pars* q. 57 a. 4; *De malo* q. 16 a. 8; *Super I Cor.* cap. 2 lect. 2; *Resp. 42 quaest.* a. 38; *Resp. 36 quaest.* a. 36. 6 sicut...cogitat: Algazel ut infra a. 14 123. 21 sine phantasmate: Arist. *De anima* III 12 (431 a 16) ut refert Thomas infra q. 10 a. 8 4.

unde Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram quod « spirituales corporalium similitudines in animo nostro innotescunt spiritibus etiam immundis »; ergo angeli cogitationes nostras cognoscunt.

5. Praeterea, angelus per formas quas apud se habet cognoscit quicquid potest per eas facere; sed ipse potest imprimere in intellectum nostrum illuminando et purgando nos; ergo multo fortius potest cogitationes nostras cognoscere.

6. Praeterea, Augustinus dicit in libro De divinationibus daemonum quod daemones « aliquando hominum disputationes non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, dum ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt »; sed non est aliqua cogitatio quae aliquem motum non relinquat in corpore; ergo omnes cogitationes nostras daemones et multo amplius angeli cognoscunt.

7. Praeterea, Origenes super illud Rom. II[15] « et inter se cogitationum accusantium aut defendentium », dicit quod hoc intelligendum est de cogitationibus quae prius fuerunt, quarum quaedam signacula in cogitantibus remanserunt, ergo ex cogitatione qualibet aliquod signum in anima relinquitur; sed hoc signum non potest esse angelo ignotum qui totam animam videt; ergo angeli cogitationes nostras cognoscunt.

8. Praeterea, angeli in causis cognoscunt effectus; sed notitia procedit a mente, ut Augustinus IX De Trinitate dicit, et ex notitia habituali procedit intelligentia actualis; ergo cum angeli mentem nostram cognoscant, cognoscent nostram notitiam et cogitationem actualem.

SED CONTRA, Ier. XVII[9] « Pravum est cor hominis et inscrutabile; quis cognoscet illud? Ego Dominus »; ergo solius Dei est secreta cordium scire.

2. Praeterea, in Psal. dicitur « Scrutans corda et renes Deus »; et ita videtur hoc esse solius Dei proprium.

RESPONSIO. Dicendum quod angeli cogitationes cordium per se et directe intueri non possunt; ad hoc enim quod mens aliquid actu cogitet, requiritur intentio voluntatis qua mens convertatur actu ad speciem quam habet, ut patet per Augustinum in libro De Trinitate. Motus autem voluntatis alterius non potest angelo notus esse naturali cognitione quia angelus naturaliter cognoscit per formas sibi inditas quae sunt similitudines rerum in natura existentium, motus autem voluntatis non habet dependentiam nec connexionem ad aliquam causam naturalem, sed solum ad causam divinam quae in voluntatem sola imprimere potest; unde motus voluntatis et cordis cogitatio non potest cognosci in aliquibus similitudinibus rerum naturalium sed solum in essentia divina quae in voluntatem imprimit; et sic angeli non possunt cognoscere cogitationes cordium directe nisi in Verbo ei reveletur.

Sed per accidens potest cognoscere cogitationem cordis quandoque, et hoc dupliciter: uno modo in quantum ex cogitatione actuali resultat aliquis motus in corpore dum aliquis gaudio vel tristitia afficitur ex his quae cogitat, et sic cor quodam modo movetur, – per hunc enim modum etiam medici quandoque possunt passionem cordis cognoscere –; alio modo in quantum ex actuali cogitatione aliquis meretur vel demeretur, et sic mutatur quodam modo status agentis vel cogitantis in bonum vel in

A 23 dicit] de demonibus *add.* pA 26 cogitationes] futu (u *imp.*) *praem.* pA 35 daemones] per *add.* pA 36 disputationes A (*et* Φ)] dispositiones *Augustinus* 37 cogitatione conceptas] con *praem.* pA 38 in corpore] *idem conf. praem.* pA 66 Dicendum quod] sicut dicit augustinus in libro de trinitate ad hoc quod mens aliquid actu cogitet requiritur *add.* pA, *quae delentur per* va-cat (*cf. lin.* 68-71) 72 alterius *hic* A] *post* notus esse pA 85 ei reveletur, *singulariter*, A: *mendum ipsius Thomae* (*cf.* potest *lin.* 86)

Φ 26 cogitationes] cognitiones Φ (-δ^1) 37 cogitatione] cognitione Φ (-δ) 42 angeli] sancti *add.* Φ 45 hoc *om.* Φ 56 intelligentia] notitia Σ 60 et inscrutabile *om.* Φ 69 voluntatis] volentis Φ 70 actu] in *praem.* Φ (-γ) 79 voluntatem] –tate Φ (-α) 85 ei] eis Φ

24 Cap. 17 (PL 34, 467). 35 Cap. 5 (PL 40, 586). 43 *Super epist. ad Rom.* II n. 10 Rufino interprete (PG 14, 894 A-B) ex *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1346 C) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 43 a. 5 qc. 1 arg. 2; Rom. II[15] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) et sec. *Glossam* Petri Lomb. hic supra. 55 Cap. 12 (PL 42, 970). 59 Ier. XVII[9]: cf. supra a. 4 183 in nota. 63 Ps. VII[10]. 71 XI c. 3 et 4 (PL 42, 988-990) ut refert Thomas *I-II* q. 12 a. 1 sed c. 1.

malum, et hanc dispositionum mutationem angeli cognoscunt. Sed tamen ex hoc non cognoscitur cognitatio nisi in generali: ex multis enim diversis cogitationibus eodem modo aliquis meretur vel demeretur, gaudet vel tristatur.

1. Ad primum igitur dicendum quod purgatio illa de qua loquitur Dionysius non est intelligenda ab impuritate peccati sed ab ignorantia.

2. Ad secundum dicendum quod ex una specie quam intellectus penes se habet, in diversas cogitationes prodit, sicut per speciem hominis varia de homine possumus cogitare; unde etsi angelus videat intellectum nostrum figurari secundum speciem hominis, non sequitur quod cogitationem cordis determinate cognoscat.

3. Ad tertium dicendum quod non omnia actu cogitamus quorum species apud nos habemus cum quandoque species sint in nobis in habitu tantum; unde ex hoc quod species nostri intellectus videntur ab angelo, non sequitur quod cogitatio cognoscatur.

4. Ad quartum dicendum quod ex eisdem phantasmatibus ratio nostra in diversa tendit cogitando, et ideo, etiam phantasmatibus cognitis quibus anima intendit, non sequitur quod cogitatio cognoscatur; unde et ibidem Augustinus subdit « si daemones internam virtutum speciem possent in hominibus cernere, non tentarent ».

5. Ad quintum dicendum quod ex actione angeli efficimur potentes ad aliquid cogitandum; sed ad hoc quod in actum cogitationis prodeamus, requiritur intentio voluntatis quae nullo modo ab angelo dependet; unde, quamvis angeli possint cognoscere virtutem intellectus nostri, scilicet qua possumus intelligibilia speculari, non tamen sequitur quod actuales cogitationes cognoscant.

6. Ad sextum dicendum quod motus corporis qui est in passionibus animae, non sequitur quamlibet cogitationem sed tantum practicam: cum enim aliquid speculative consideramus, hoc modo « habemus nos » ad considerata « ac si essemus in picturis considerantes », ut dicitur in II De anima; et tamen quando etiam motus corporales sequuntur, motus illi non indicant cogitationem nisi in generali, ut dictum est.

7. Ad septimum dicendum quod signacula illa nihil sunt aliud quam merita vel demerita per quae cogitatio nonnisi generaliter cognosci potest.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis mens et notitia habitualis cognoscatur ab angelo, non tamen sequitur quod cognitio actualis, quia ex una habituali notitia multae considerationes | actuales progrediuntur. 86rb

Articulus quartus decimus

Quarto decimo quaeritur utrum angeli simul multa cognoscant. Et videtur quod sic quia, ut dicit Augustinus XV De Trinitate, in patria « omnem scientiam nostram simul uno conspectu videbimus »; sed hoc modo vident nunc angeli sicut nos videbimus in patria; ergo et nunc angeli simul multa actu intelligunt.

2. Praeterea, angelus intelligit hominem non esse lapidem; sed quicumque hoc intelligit, simul intelligit hominem et lapidem; ergo simul angelus multa intelligit.

3. Praeterea, intellectus angeli est fortior quam sensus communis; sed sensus communis

A 100 diversis *hic* A] *post* modo pA 105 intelligenda] ina (*et litt. imp.*) *praem.* pA ignorantia *em.* A] *conf.* pA 112 hominis] *idem conf. praem.* pA 115 quod] *litt. imp. add.* pA 120 quod] a *add.* pA cogitatio (*e* cogitatum *ut videtur* pA) *em.* A 122 nostra] *idem conf. praem.* pA 140 tantum] illam *praem.* pA 143 ac *scrips. cum fonte*] hoc (*fort. e lapsu auditus*) A 144 II (secundo A)] *legend.* III 150 per quae] que *praem.* pA

Φ 97 dipositionum] –tionem Φ (-δ) distinctionem δ mutationem] –tionum Φ 111 angelus videat] angeli videant Φ 112 secundum] per Φ 114 cognoscat] –scant Φ 134 possint] possunt Φ 142 nos] *om.* δ^1 *ante* habemus Φ (-δ^1) 143 ac] hoc (*seu* hec) sicut α β δ^2 sicut γ δ^1 148 signacula] singula Φ (-γ) 150 cognosci potest] cognoscitur Φ 8 intelligunt] cognoscunt Φ

104 Cf. supra a. 4 223. 144 *De anima* II (= III) c. 3 (427 b 23) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 282,19).
1 Parall.: *I Pars* q. 58 a. 2; *Cont. Gent.* II c. 101; *Super Sent. II* d. 3 q. 3 a. 4. 4 Cap. 16 (PL 42, 1079).

simul multa apprehendit quia numerus est eius obiectum cuius partes sunt multae unitates; ergo multo fortius angelus potest simul multa cognoscere.

4. Praeterea, illud quod convenit angelo ex virtute suae naturae, convenit ei secundum quodcumque medium intelligat; sed angelis ex virtute suae naturae convenit multa simul intelligere, unde dicit Augustinus IV Super Genesim ad litteram « potentia spiritualis mentis angelicae cuncta quae voluerit simul notitia facillima comprehendit »; ergo sive cognoscat res in Verbo sive per species proprias, potest simul multa cognoscere.

5. Praeterea, intellectus et intelligibile relative ad invicem referuntur; sed unum intelligibile potest simul conspici a diversis intellectibus; ergo et unus intellectus potest simul inspicere diversa intelligibilia.

6. Praeterea, Augustinus dicit X De Trinitate quod ' mens nostra semper meminit sui, intelligit se et vult se ', et eadem ratio est de mente angeli; sed angelus quandoque intelligit alias res; ergo simul tunc plura intelligit.

7. Praeterea, sicut intellectus dicitur ad intelligibile, ita scientia ad scibile; sed sciens potest simul multa scire; ergo intellectus potest simul multa intelligere.

8. Praeterea, mens angeli est multo spiritualior quam sit aer; sed in aere propter sui spiritualitatem possunt esse simul diversae formae, ut albi et nigri, sicut si a diversis videntibus album et nigrum videatur tali dispositione existente quod lineae directae ab oculis ad res visas intersecent se in uno puncto, per quod oportebit simul et semel speciem albi et nigri deferri; ergo multo fortius intellectus angeli potest simul formari diversis formis, et ita potest simul multa intelligere.

9. Praeterea, intellectus reducitur in actum intelligendi per species quas apud se habet; sed in intellectu angeli sunt simul multae species cum « intelligentia sit plena formis », ut dicitur in libro De causis; ergo angelus simul multa intelligit.

10. Praeterea, multa in quantum sunt unum ⟨simul⟩ possunt intelligi; sed omnia intelligibilia sunt unum in quantum sunt intelligibilia; ergo omnia intelligibilia possunt simul intelligi ab angelo.

11. Praeterea, plus distat essentia divina a formis creatis quam una forma creata ab alia; sed angelus simul intelligit per essentiam divinam et per formam creatam: cum enim semper in Verbo res videat, nisi simul posset res per species innatas cognoscere, numquam res per species innatas intelligeret; ergo multo fortius potest simul per diversas formas concreatas intelligere, et sic potest intelligere multa simul.

12. Praeterea, si non intelligit multa simul, in actione eius qua intelligit hoc et illud cadit prius et posterius; sed huiusmodi omnis actio cadit sub tempore; ergo propria operatio angeli cadet sub tempore, quod est ⟨contra⟩ id quod habetur in libro De causis quod intelligentia est res cuius substantia et operatio est supra tempus.

13. Praeterea, propter hoc intellectus noster, ut videtur, non potest simul multa intelligere quia intelligit cum continuo et tempore; sed hoc intellectui angelico non convenit cum non accipiat a sensibus; ergo potest simul multa intelligere.

14. Praeterea, formae intellectus, cum sint perfectiones secundae, sunt formae accidentales; sed plures formae accidentales quae non sunt contrariae, possunt esse in eodem subiecto, ut albedo et dulcedo; ergo et intellectus angeli potest simul informari diversis formis cum non sint contrariae, et ita simul multa intelligere.

15. Praeterea, musica et grammatica sunt

A 15 apprehendit] di *add.* pA 22 naturae] *idem conf. praem.* pA 26 facillima *scrips. cum fonte*] *conf.* (*ad litteram* faculillima) A 41 ergo] et *add.* pA 45 formae] ergo *add.* pA 47 nigrum] *litt. imp. add.* pA 61 ⟨simul⟩ *coni. cum* δ^1] *trans. ad lin. om.* A 70 res] si *praem.* pA 73 intelligere^1] sui *praem.* pA 75 in actione] ergo *praem.* pA hoc et] *idem conf. praem.* pA 78 ⟨contra⟩ id *scrips.*] id *sup. lin.* A *om.* pA 79 habetur] *idem conf. praem.* pA 86 ergo] non *add.* pA 90 quae non] cum no *praem.* pA 93 cum non sint contrariae *in marg.* A] *om.* pA

Φ 33 inspicere] intelligere Φ 61 ⟨simul⟩] *om.* Φ (-δ^1) *post* possunt *suppl.* δ^1 72 diversas *om.* Φ 74 simul] ergo *add.* Φ 78 cadet] cadit Φ (*def.* δ) ⟨contra⟩ *suppl.* Φ 92 dulcedo] nigredo Φ (-δ^1)

24 Cap. 32 (PL 34, 316). 35 Cap. 12 (PL 42, 984). 44 in aere...deferri: cf. Albertus *De sensu et sensato* tr. 1 c. 10. 58 Prop. 10 (9). 79 Comm. 7 (6). 84 cum continuo et tempore: Arist. ut supra q. 1 a. 5 240.

formae in uno genere, et simul per eas informatur anima eius qui utrumque habet habitum; ergo etiam intellectus potest simul formari diversis formis, et sic idem quod prius.

16. Praeterea, intellectus angeli intelligit se intelligere, et sic per consequens intelligit se intelligere aliquid quod est extra ipsum; simul ergo intelligit se et illud aliquid, et ita simul multa intelligit.

17. Praeterea, intellectus angeli, quantum est de se, aequaliter se habet ad omnes formas in ipso existentes; ergo vel simul per omnes intelligit aut per nullam; sed non per nullam; ergo per omnes simul intelligit, et ita simul multa cognoscit.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit quod intelligere est unum tantum, scire vero plura.

2. Praeterea, ad hoc quod aliquid actu consideretur requiritur intentio, ut Augustinus dicit; sed intentio, cum sit motus quidam, non potest simul ferri in diversa quia unius motus non est nisi unus terminus ad quem; ergo angelus non potest simul multa intelligere.

3. Praeterea, sicut corpus figuratur figura, ita intellectus figuratur specie eius quod actu intelligit, ut dicit Algazel; sed unum corpus non potest simul figurari diversis figuris; ergo nec unus intellectus potest simul formari diversis speciebus, et ita nec multa simul intelligere.

86va 4. Praeterea, sicut intelligendo res | in propria natura intelligit eas per formas distinctas, ita intelligendo res in Verbo intelligit eas per distinctas rationes; ergo nec in propria natura nec in Verbo potest simul multa intelligere.

5. Praeterea, virtus rei non excedit substantiam eius; sed substantia angeli non potest simul esse in pluribus locis; ergo nec secundum virtutem intellectivam potest simul multa intelligere.

6. Praeterea, illud quod se extendit ad multa compositionem quandam habet; sed intellectus angeli est simplex; ergo non potest se extendere ad multa simul intelligenda.

RESPONSIO. Dicendum quod intellectus omne quod intelligit intelligit per aliquam formam, et ideo ex ipsis formis intellectus quibus intelligit oportet considerari an simul angelus multa possit intelligere.

Sciendum est igitur quod formarum quaedam sunt unius generis, quaedam autem generum diversorum. Formae quidem quae sunt diversorum generum, diversas potentias respiciunt cum unitas generis ex unitate materiae sive potentiae procedat, secundum Philosophum. Unde possibile est idem subiectum simul perfici diversis formis diversorum generum quia tunc una potentia non terminabitur ad diversos actus sed diverse; sicut si aliquod corpus est simul album et dulce, albedo inest ei secundum quod participat de natura diaphani, dulcedo autem secundum naturam humidi. Formae vero quae sunt unius generis unam potentiam respiciunt, sive sint contrariae, ut albedo et nigredo, sive non, ut triangulus et quadratum. Hae igitur formae in subiecto tripliciter esse dicuntur: uno modo in potentia tantum, et sic sunt simul quia una potentia est contrariorum et diversarum formarum unius generis; alio modo secundum quod sunt in actu imperfecto, ut cum sunt in fieri, et sic etiam simul esse possunt, ut patet cum aliquis dealbatur: tunc enim toto alterationis tempore albedo inest ut in fieri, nigredo vero ut in corrumpi; tertio modo ut in actu perfecto, ut cum iam albedo est in termino dealbationis, et sic impossibile est duas formas unius generis esse simul in eodem subiecto: oporteret enim eandem potentiam ad diversos actus terminari, quod est impossibile, sicut et unam lineam ex una parte terminari ad diversa puncta.

A 158 natura] ratione *praem.* pA 160 unius] *idem conf. praem.* pA 165 et sic *rep.* pA

Φ 102 intelligit *om.* Φ 103 est] sit Φ 109 aut] vel Φ 110 intelligit *om.* Φ 111 multa cognoscit] intelligit multa Φ 134 potest] habet Φ 144 ipsis *om.* Φ 151 cum unitas] communitas Φ (-δ) 152 procedat] procedit Φ 153 idem] *om.* δ^1 unum Φ (-δ^1) 155 terminabitur] determinabitur Φ 170 alterationis] dealbationis Φ

112 *Topic.* II c. 10 (114 b 34) ut refert Thomas *I Pars* q. 58 a. 2 arg. 1. 116 Cf. supra a. 13 71. 123 *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 4 (ed. Muckle, p. 68). 153 *Metaph.* V 7 (1016 a 24) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 3 q. 1. a. 5 arg. 4. 158 de natura diaphani: cf. Arist. *De anima* II 14 (418 b 1). 159 secundum naturam humidi: cf. Arist. *De anima* II 21 (422 a 10).

Sciendum igitur est quod omnes formae intelligibiles sunt unius generis quantumcumque res quorum sunt sint generum diversorum: omnes enim eandem potentiam intellectivam respiciunt. Et ideo in potentia omnes simul esse possunt in intellectu, et similiter in actu incompleto, qui est medius inter potentiam et actum perfectum, et hoc est species esse in habitu, qui est medius inter potentiam et operationem; sed in actu perfecto plurium specierum intellectus simul esse non potest. Ad hoc autem quod actu intelligat, oportet quod sit in actu perfecto illius speciei secundum quam intelligit; et ideo impossibile est quod simul et semel secundum diversas formas actu intelligat: omnia igitur diversa quae diversis formis intelligit, non potest simul intelligere; illa vero quae intelligit per eandem formam, simul intelliget. Unde omnia quae intelligit per unam Verbi essentiam, simul intelligit; ea vero quae intelligit per formas innatas, quae sunt multae, non simul intelligit si diversis formis intelligat. Quilibet enim angelus eadem forma multa intelligit, ad minus omnia singularia unius speciei per unam speciei formam; superiores vero angeli plura possunt una specie intelligere quam inferiores, unde magis possunt simul multa intelligere.

Sciendum tamen quod aliquid est unum quodam modo et multa alio modo, sicut continuum est unum in actu et multa in potentia; et in huiusmodi intellectus vel sensus si feratur ut est unum, simul videtur, si autem ut est multa, quod est considerare unamquamque partem secundum se, sic non potest totum simul videri. Et sic etiam intellectus quando considerat propositionem, considerat multa ut unum; et ideo in quantum sunt unum, simul intelliguntur dum intelligitur una propositio quae ex eis constat; sed in quantum sunt multa, non possunt simul intelligi, ut scilicet intellectus simul se convertat ad rationes singulorum secundum se intuendas. Unde Philosophus dicit in VI Metaphysicae « Dico autem simul et separatim » intelligere affirmationem vel negationem, « quasi non deinde, sed unum quid sit »: non enim simul intelliguntur in quantum habent ordinem distinctionis ad invicem, sed in quantum uniuntur in una propositione.

1. Ad primum igitur dicendum quod Augustinus loquitur de cognitione beata qua cognoscemus omnia in Verbo.

2. Ad secundum dicendum quod angelus cognoscendo hominem non esse lapidem cognoscit multa ut unum, et ex dictis patet.

3. Et similiter dicendum ad tertium.

4. Ad quartum dicendum quod ex natura mentis angelicae est quod per unam formam possit multa intelligere; et sic cum voluerit, convertendo se ad illam speciem, omnia quae per illam speciem cognoscit simul intelligere potest.

5. Ad quintum dicendum quod nihil intellectus est in intelligibili sed aliquid eius quod intelligitur est in intellectu; et sic non est eadem ratio intelligendi simul multa ab uno intellectu et intelligendi unum simul a multis intellectibus.

6. Ad sextum dicendum quod, sicut Augustinus exponit se ipsum in XV De Trinitate, hoc quod dixerat in X libro quod « mens nostra semper sui meminit, semper se intelligit, semper se vult », ad interiorem memoriam est referendum. Unde anima nostra non semper actualiter se intelligit, sed mens angeli semper actualiter se intelligit; quod ideo contingit quia mens angeli intelligit se per essentiam suam qua semper informatur, mens autem nostra forte intelligit quodam modo per intentionem. Nec tamen, cum mens angeli se intelligit et aliquid aliud, | intelligit simul multa nisi ut unum; quod sic patet. Si enim aliqua duo ita se habeant quod unum sit ratio intelligendi 86vb

A 181 quorum A 187 habitu] *idem conf. praem.* pA 189 simul *hic conf.* pA] *clare post* potest, *signis consuetis ordinem dictatorum restituit* A 191 sit] simul *praem.* pA 201 formis] *idem conf. praem.* pA Quilibet *hic conf.* pA] *clare post* angelus *et ordinem restituit* A 210 feratur] *idem conf. praem.* pA 222 Dico autem] quomodo autem (*ex litt. Aristotelis*) *praem.* pA 243 non] *idem conf. praem.* pA 259 intelligit] non (*casu post trans. ad col.*) *praem.* A, *et delevimus*

Φ 181 quorum] quarum Φ 197 intelliget] –git Φ 224 deinde] dum inde β duo γ demum *potius* δ^1 258 angeli] quodam modo *add.* Φ 259 intelligit] non (*induc.* A) *praem.* Φ

222 Cap. 4 (1027 b 24) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 313,73). 248 Rectius XIV c. 6 (PL 42, 1042). 257 forte... intentionem: Averroes *De anima* III comm. 15 (VI^1, 159 F) ut refert Thomas infra q. 10 a. 8 289.

aliud, unum eorum erit quasi formale et aliud quasi materiale; et sic illa duo sunt unum intelligibile cum ex forma et materia unum constituatur; unde intellectus quando intelligit aliquid per alterum, intelligit unum tantum intelligibile, sicut patet in visu; lumen enim est quo videtur color, unde se habet ad colorem ut formale, et sic color et lumen sunt unum tantum visibile et simul a visu videntur. Essentia autem angeli est ei ratio cognoscendi omne quod cognoscit, quamvis non perfecta, propter quod formis superadditis indiget: cognoscit enim omnia per modum substantiae suae, ut dicitur in libro De causis, et secundum propriam virtutem et naturam, ut dicit Dionysius VII cap. De divinis nominibus. Unde cum intelligit se et alia, non intelligit simul multa nisi ut unum.

7. Ad septimum dicendum quod scientia nominat habitum, intelligere vero actum; formae autem possunt esse plures simul in intellectu ut in habitu non autem ut in actu perfecto, ut ex dictis patet; et ideo contingit simul multa scire non autem simul multa intelligere.

8. Ad octavum dicendum quod formae illae non sunt in aere nisi ut in fieri: sunt enim in eo ut in medio deferente.

9. Ad nonum dicendum quod species multae sunt simul in intellectu angeli, sed non ut in actu perfecto.

10. Ad decimum dicendum quod, sicut omnia sunt unum in quantum sunt intelligibilia, ita simul intelliguntur in quantum sunt intelligibilia; et hoc est dum ipsa intelligibilitas intelligitur.

11. Ad undecimum dicendum quod essentia divina est ratio omnium formarum concreatarum angelo cum ex ea velut exemplatae deriventur, non autem una forma est ratio alterius, et ideo non est simile.

12. Ad duodecimum dicendum quod illa operatio per se cadit sub tempore quae exspectat aliquid in futurum ad hoc quod eius species compleatur, sicut patet de motu qui non habet speciem completam quousque ad terminum perducatur: non est enim idem specie motus ad medium et ad terminum; operationes vero quae statim habent suam speciem completam, non mensurantur tempore nisi per accidens, sicut intelligere, sentire et huiusmodi, unde Philosophus dicit in X Ethicorum quod delectari non est in tempore; per accidens autem in tempore possunt esse tales operationes in quantum motui coniunguntur in natura tempori subiecta existentes, quae est natura corporea generabilis et corruptibilis qua ut organo potentiae sensitivae utuntur a quibus etiam noster intellectus accipit. Unde patet quod ipsum intelligere angeli neque per se neque per accidens cadit sub tempore; unde in una eius operatione qua intelligit unum intelligibile, non est prius et posterius; sed hoc non prohibet quin plures operationes possint esse ordinatae secundum prius et posterius.

13. Ad tertium decimum dicendum quod hoc non est tota ratio quare intellectus possibilis noster non possit simul plura intelligere quam obiectio tangit, sed quod supra dictum est.

14. Ad quartum decimum dicendum quod formae accidentales non contrariae possunt simul esse in eodem subiecto si potentias respiciunt diversas; non autem si sint unius generis eandem potentiam respicientes, sicut patet de triangulo et quadrato.

15. Ad quintum decimum dicendum quod musica et grammatica, cum sint habitus, non sunt actus completi, sed formae quaedam mediae inter potentiam et actum.

16. Ad sextum decimum dicendum quod intelligens et intellectum in actu sunt unum quodam modo; unde quando aliquis intelligit se intelligere aliquid, intelligit multa ut unum.

17. Ad septimum decimum dicendum quod intellectus angeli non similiter se habet ad omnes formas quas penes se habet, quia quandoque est in actu perfecto unius formae et non alia-

A 307 specie (*e* specien pA) *em.* A 314 tempore possunt] p *praem.* pA 315 motui] s *et litt. imp. in fine lin. praem.* pA 331 possunt] non *praem.* pA 332 potentias] eandem *praem.* pA 338 completi] *idem conf. et imp. praem.* pA 341 et (*ex* etiam pA) *em.* A

Φ 263 unum *om.* Φ (-δ) 269 ut] quasi Φ 278 alia] illa Φ 285 autem] *om.* Φ (-δ^1) contingit *add.* δ^1 305 de] in Φ (-γ) 306 quousque] donec Φ 318 etiam *om.* Φ 346 quandoque] quando α β δ^2

275 Comm. 8 (7). 277 § 2 (PG 3, 869 C; Dion. 401). 312 *Ethic.* X 5 (1174 b 8).

rum; et hoc est per voluntatem quae reducit intellectum de tali potentia in actum. Unde etiam Augustinus dicit quod cum voluerit intelligit, ut patet in auctoritate prius inducta.

1. Ad primum vero quod in contrarium obicitur dicendum quod unum tantum contingit simul intelligere ut unum et per unam formam; nihil tamen prohibet multa ut unum simul intelligi vel per unam formam.

2. Ad secundum dicendum quod quantitas virtualis attenditur secundum comparationem virtutis ad obiecta; unde sicut corpus per quantitatem dimensivam potest ex diversis suis partibus diversa tangere, ita et virtus potest diversis applicari secundum diversas comparationes ad diversa dummodo sit virtus perfecta in actu, sicut ignis simul undique calefacit diversa corpora. Et ita etiam intellectus perfectus per formam potest simul ferri in diversa ad quae se extendit repraesentatio illius formae; et erunt multae intentiones ex parte eius in quod fertur intellectus, sed una ex unitate intellectus et formae.

3. Ad tertium dicendum quod intellectus non intelligit simul multa ad quae intelligenda requiritur quod diversis formis figuretur.

4. Ad quartum dicendum quod rationes ideales non differunt nisi secundum habitudines diversas; unde omnes sunt unum per essentiam, quod non est de formis concreatis angelo.

5. Ad quintum dicendum quod, cum dicitur quod virtus non excedit substantiam, non est sic intelligendum quod nihil conveniat virtuti quod non convenit substantiae, sed quod efficacia virtutis est secundum modum substantiae, ut, si substantia est materialis, et virtus materialiter agit.

6. Ad sextum dicendum quod quanto aliquid est simplicius, tanto virtute ad plura se extendit, sed quantitate dimensiva ad pauciora; et sic extensio dimensivae quantitatis ad multa indicat compositionem, extensio vero virtutis indicat simplicitatem.

Articulus quintus decimus

Quinto decimo quaeritur utrum angeli cognoscant res discurrendo de uno in aliud. Et videtur quod sic: quicumque enim cognoscit unum per alterum, cognoscit discurrendo; sed angeli cognoscunt unum per aliud dum creaturas in Verbo intuentur; ergo et cognoscunt res discurrendo. *87ra*

2. Praeterea, sicuti nos scimus quaedam et quaedam ignoramus, ita etiam et angeli, ut ex supra dictis patet; sed nos ex notis possumus in ignota devenire; cum igitur angeli sint altioris intellectus quam nos, videtur quod ipsi possint ex his quae sciunt in cognitionem ignotorum devenire; hoc autem est discurrere; ergo ipsi de uno in aliud discurrunt.

3. Praeterea, in operatione intellectus non potest attendi alius motus nisi secundum quod discurrit de uno in aliud; sed angeli in intelligendo moventur, unde dicit Dionysius IV cap. De divinis nominibus quod angeli moventur circa bonum et pulchrum circulariter, oblique et recte, sicut et animae; ergo sicut animae discurrunt intelligendo ita et angeli.

4. Praeterea, sicut dicit Augustinus in libro De divinatione daemonum, daemones cognoscunt cordium cogitationes ex motibus qui in corpore apparent; hoc autem est cognoscere causam per effectum, hoc autem etiam est de uno in alterum discurrere; ergo daemones cognoscunt res discurrendo de uno in aliud, et eadem ratione angeli cum eadem sit cognitio in eisdem naturalis.

5. Praeterea, Maximus dicit in expositione

A 354 simul *in marg.* A] *om.* pA 357 quantitas] hoc modo *praem.* pA 364 in] per *praem.* pA 371 intellectus] multe *in fine lin. praem.* pA 373 requiritur *em.* A] *conf.* pA 390 indicat simplicitatem *in appendice col.* 86^{vb}
2 de uno] et videtur *praem.* pA 10 in ignota *scrips.* (*cf.* ignotorum *lin.* 13)] in no (*trans. ad lin.*) ta A 17 motus] modus *praem.* pA 22 sicut^{1}...ergo] ergo *praem.* pA

Φ 371 intellectus non *om.* Φ
7 et *om.* Φ 9 et *om.* Φ 10 supra dictis] praedictis Σ (-δ^{1}) dictis β δ^{1} 11 angeli *om.* Φ 18 in^{2} *om.* Φ 19 unde] ut Φ 32 eisdem] utrisque Σ utriusque β

351 prius: supra lin. 24. 357 quantitas virtualis...quantitatem dimensivam: August. ut supra a. 2 63 in nota 385 quanto... extendit: cf. supra q. 2 a. 3 176 in nota.
1 Parall.: *I Pars* q. 58 a. 3; ibid. q. 79 a. 8. 10 supra: a. 12 et 13. 20 § 8 (PG 3, 704 D; Dion. 189). 25 Cap. 5 (PL 40, 586).

VII cap. De divinis nominibus quod animae nostrae more angelorum multa in unum convolvunt; sed convolvere multa in unum est per collationem; ergo angeli conferendo cognoscunt.

6. Praeterea, angeli cognoscunt causas et effectus naturales ita perfecte sicut et nos; sed nos in causis videmus effectus et in effectibus videmus causas; ergo et angeli, et ita sicut nos conferimus ita et ipsi.

7. Praeterea, omnis cognitio per experimentum accepta est cognitio collativa quia est in experimento: ' ex singularibus memoriis multis una communis acceptio sumitur ', ut dicitur in I Metaphysicae; sed daemones per experientiam longi temporis multa cognoscunt de naturalibus effectibus, ut dicit Augustinus in libro De divinatione daemonum et in XII Super Genesim ad litteram; ergo in eis est cognitio collativa.

SED CONTRA, omnis discursus vel est ab universali ad particularia vel a particularibus ad universalia quia omnis ratio reducitur ad syllogismum et inductionem; sed, sicut dicit Dionysius VII cap. De divinis nominibus, angeli « neque a divisibilibus aut sensibus congregant divinam cognitionem, neque ab aliquo communi ad ista » particularia simul aguntur; ergo in eis non est aliquis discursus.

2. Praeterea, secundum hoc homo rationalis dicitur quod inquirendo discurrit; sed angelus non dicitur rationalis sed intellectualis, ut patet per Dionysium IV cap. Caelestis hierarchiae; ergo angeli non cognoscunt discurrendo.

3. Praeterea, ut dicitur in libro De spiritu et anima, « ratiocinatio est rationis inquisitio »; sed in angelis non est ratio quia ratio ponitur in diffinitione animae sicut proprium eius, ut patet in eodem libro; ergo angelus non ratiocinatur, et sic non discurrit.

4. Praeterea, in eodem libro dicitur quod « eiusdem est visibilium rationes cognoscere, et invisibilia investigare »; primum autem est hominis in quantum habet sensus, ergo et secundum, et sic non videtur angelo convenire qui sensibus caret.

5. Praeterea, commentator Maximus dicit in VII cap. De divinis nominibus quod ' angeli non circueunt circa existentium varietatem sicut et nostrae animae '; sed secundum hoc animae circuire dicuntur rerum existentium varietatem quod de uno in aliud discurrunt; ergo angeli non discurrunt intelligendo.

RESPONSIO. Dicendum quod discurrere proprie est ex uno in cognitionem alterius devenire. Differt autem cognoscere aliquid in aliquo et aliquid ex aliquo. Quando enim aliquid in aliquo cognoscitur, uno motu fertur cognoscens in utrumque, sicut patet quando aliquid cognoscitur in aliquo ut in forma cognoscibili; et talis cognitio non est discursiva. Nec differt quantum ad hoc utrum aliquid videatur in specie propria vel in specie aliena: visus enim non dicitur conferre neque videndo lapidem per speciem a lapide acceptam, neque videndo lapidem per eius speciem in speculo resultantem. Sed tunc dicitur aliquid ex aliquo cognosci quando non est idem motus in utrumque, sed primo movetur intellectus in unum et ex hoc movetur in aliud; unde hic est quidam discursus, sicut patet in demonstrationibus: primo enim intellectus fertur in principia tantum, et secundario per principia fertur in conclusiones.

Intellectus autem angeli a sua creatione per formas innatas est perfectus respectu totius

A 45 ex] et *e lapsu auditus praem.* pA 50 XII *sic* A] *legend.* II 55 reducitur...et inductionem] induc *praem.* pA 64 rationalis] int *praem.* pA 70 ratio[2] (*e* rationale pA) *em.* A 85 varietatem *scrips. sec. fontem*] veritatem (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 98 a lapide] lap *praem.* pA

Φ 42 ita] conferunt Φ 53 ab universali] ex universalibus Φ 79 sensibus caret] non habet sensus Φ 81 cap. *om.* Φ (-γ) 83-86 sed...intelligendo] ergo etc. α δ 85 varietatem] veritatem (*induc.* A) β γ (*def.* α δ) 106 fertur] *om.* β δ *ante* per α γ

34 *Scholia* in cap. 7 § 2 (PG 4, 345 D) sec. transl. Anastasii Bibliothecarii (ms. Paris B. N. lat. 17341, f. 257[rb]). 47 *Metaph.* I 1 (981 a 5). 50 Cap. 3 (PL 40, 584). 51 Rectius II c. 17 (PL 34, 278). 55 omnis...inductionem: cf. Arist. *Anal. prior.* II c. 23 (68 b 13) et *Anal. post.* I 30 (81 a 39). 57 § 2 (PG 3, 868 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 388). 66 § 1 (PG 3, 177 D; Dion. 803). 69 Cap. 1 (PL 40, 781). 72 eodem libro: cap. 13 (PL 40, 789). 74 eodem libro: cap. 12 (PL 40, 788). 81 *Scholia* in cap. 7 § 2 (PG 4, 345 C).

cognitionis naturalis ad quam se extendit virtus intellectiva sua, sicut et materia caelestium corporum est totaliter terminata per formam ita quod non remanet in potentia ad aliam formam; et propter hoc dicitur in libro De causis quod « intelligentia est plena formis »: non enim esset plena nisi tota sua potentia per formas illas terminaretur; unde nihil eorum quae naturaliter cognoscere potest est ei ignotum. Sed intellectus noster participans defective lumen intellectuale non est completus respectu omnium cognoscibilium quae naturaliter cognoscere potest sed est perfectibilis, nec posset se de potentia in actum reducere nisi quantum ad aliqua esset eius completa cognitio per naturam; unde oportet quod in intellectu nostro sint quaedam quae intellectus naturaliter cognoscit, scilicet prima principia, quamvis etiam ista cognitio in nobis non determinetur nisi per acceptionem a sensibus. Unde sicut intellectus noster se habet ad ista principia, sic se habet angelus ad
87rb omnia quae naturaliter cognoscit. | Et cum cognitio principiorum in nobis sit altissimum nostrae scientiae, patet quod in supremo nostrae naturae attingimus quodam modo infimum naturae angelicae; ut enim dicit Dionysius VII cap. De divinis nominibus « Divina sapientia fines primorum coniungit principiis secundorum ». Unde sicut nos sine discursu principia cognoscimus simplici intuitu, ita et angeli omnia quae cognoscunt; unde et intellectuales dicuntur, et habitus principiorum in nobis dicitur intellectus.

1. Ad primum igitur dicendum quod angeli cognoscunt creaturas in Verbo, sicut cognoscitur res in sua similitudine absque omni discursu.

2. Ad secundum dicendum quod angelis non est ignotum aliquid eorum ad quae possunt per naturalem cognitionem pervenire sed aliqua ignorant quae naturalem cognitionem excedunt, et in horum cognitionem ex se ipsis venire non possunt conferendo sed solum ex revelatione divina. Sed intellectus noster non novit omnia quae naturaliter cognoscere potest; et ideo ex his quae novit potest in ignota devenire, non autem in ignota quae naturalem cognitionem excedunt, sicut ea quae sunt fidei.

3. Ad tertium dicendum quod motus de quo Dionysius loquitur, non accipitur pro transitu de uno in aliud sed illo modo quo omnis operatio motus dicitur, sicut intelligere est quidam motus et sentire. Et sic triplicem motum et in angelis et in animabus distinguit Dionysius quantum ad cognitionem divinam, scilicet circularem, obliquum et rectum, secundum hanc similitudinem: circularis enim motus est totaliter uniformis tum propter aequidistantiam omnium partium circuli a centro, tum propter hoc quod in motu circulari non est assignare magis ex una parte quam ex altera principium et finem; motus autem rectus est difformis tum ex proprietate lineae cum partes non aequaliter distant ab uno puncto signato, tum ex parte motus qui habet principium et finem signatum; obliquus autem motus habet aliquid uniformitatis secundum quod convenit cum motu circulari, et aliquid difformitatis secundum quod convenit cum motu recto. Non est autem idem modus uniformitatis et difformitatis in angelo et anima; unde diversimode hos motus in utroque distinguit. Angelus enim in ipso actu cognitionis divinae non se extendit ad diversa sed in ipso uno Deo figitur, et secundum hoc dicitur circa Deum moveri quasi motu circulari, non deveniens in ipsum sicut in finem cognitionis ex aliquo cognitionis principio, sicut circulus non habet principium neque finem. Et ideo dicit quod angeli moventur « circulariter, unite, sine principiis et interminabilibus illuminationibus pulchri et boni », ut intelligamus ipsas illuminationes divinas in mentes angelicas pervenientes

A 117 nihil] ad o *in fine lin. praem.* pA 158 de quo] qui (*inc.* quidem *ut videtur*) *praem.* pA 163 distinguit] . differenter autem. *add.* pA

Φ 111 sua *om.* Φ 112 terminata] perfecta vel (et δ) *praem.* Φ 162 triplicem] duplicem Φ (-γ) 173 distant] distent Φ 186 cognitionis[2] *om.* Φ

114 Prop. 10 (9). 128 nisi...sensibus: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota. 136 § 3 (PG 3, 872 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 407). 142 dicitur intellectus: Arist. ut supra q. 2 a. 1 28. 188 dicit: Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 8 (PG 3, 704 D) sec. transl. Sarraceni (Dion. 189).

sicut lineas pervenientes a centro ad circumferentiam quibus quodam modo substantia circumferentiae constituitur; ut sic cognitio Dei quam de se ipso habet, comparetur centro; cognitio autem quam angelus habet de ipso, comparetur circulo qui imitatur unitatem centri sed deficit ab ea. Sed difformitas in angelo respectu divinae cognitionis non invenitur quantum ad ipsam cognitionem, sed solum quantum ad cognitionis communicationem secundum quod diversis divinam cognitionem tradit, et quantum ad hoc ponit rectum motum in angelis; unde dicit quod « in directum moventur quando procedunt ad subiectorum providentiam recta omnia transeuntes ». Obliquum vero motum ponit quasi compositum ex utroque, in quantum scilicet ipsi in unitate divinae cognitionis permanentes exeunt per actionem in alios reducendos in Deum; unde dicit quod « oblique moventur quando providentes minus habentibus inegressibiliter manent in identitate circa identitatis causam ».

Sed in anima etiam quantum ad ipsam divinam cognitionem invenitur uniformitas et difformitas. Tribus enim modis anima movetur in Deum: uno modo « invisibilia Dei per ea quae facta sunt » visibilia conspiciens, et iste est motus rectus; unde dicit quod « in directum movetur anima quando ad ea quae sunt circa se ipsam progreditur, et ab exterioribus sicut a quibusdam signis variatis et multiplicatis ad simplices et unitas sursum agitur contemplationes ». Alio modo movetur in Deum ex illuminationibus a Deo receptis, quas tamen recipit secundum modum suum sensibilibus figuris velatas, sicut Isaias vidit « Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum », et hic motus est obliquus, habens aliquid de uniformitate ex parte divinae illuminationis, et aliquid de difformitate ex parte sensibilium figurarum; unde dicit quod « oblique movetur anima in quantum secundum proprietatem suam divinis illuminatur cognitionibus, non intellectualiter et singulariter, sed rationaliter et diffuse ». Tertius modus est quando anima a se omnia sensibilia abicit, supra omnia Deum cogitans et etiam supra se ipsam, et sic ab omni difformitate separatur, unde est motus circularis; unde dicit quod « animae circularis motus est introitus ad se ipsam ab exterioribus et intellectualium virtutum ipsius | convolutio et quod deinde iam uniformis facta unitur unitis virtutibus » et sic manuducitur ad id quod est super omnia. 87va

4. Ad quartum dicendum quod cordis abscondita in motibus corporis intuentur angeli, sicut causae videntur in similitudinibus suorum effectuum absque omni discursu; nec per hoc quod illos motus de novo percipiunt aliqua collatione indigent: statim enim ut res sensibiles fiunt, similes sunt angelorum formis, et sic ab angelis cognoscuntur; et sic sine discursu sensibilia de novo facta cognoscunt.

5. Ad quintum dicendum quod convolutio illa non significat collationem, sed magis quandam circularem unitionem animae et ipsius angeli.

6. Ad sextum dicendum quod vident causas in effectibus et effectus in causis, non quasi discurrendo ex uno in aliud, sed sicut res videtur in sua imagine sine discursu.

7. Ad septimum dicendum quod experimentalis cognitio in daemonibus non fit per collationem, sed secundum quod vident effectus in causis vel causas in effectibus, modo praedicto. Et quanto sunt tempore diuturniores, tanto plures numero effectus alicuius causae cognoverunt; et sic de ipsa causa maiorem cognitionem habent quodam modo, non quidem intensive sed extensive, secundum quod in pluribus effectibus eius virtutem viderunt.

A 202 communicationem] et ideo motum *add.* pA 227 sensibilibus...velatas, sicut] sicut *praem.* pA 236 sed] et *praem.* pA 248 motibus] effectibus *praem.* pA 270 de *sup. lin.* A] *om.* pA causa maiorem] n (*seu* m *imp.*) *praem.* pA

Φ 193 a] de Φ 204 quantum ad hoc ponit] hoc ponit quantum ad Φ 221 sunt *om.* Φ 226 a] ex Φ (-δ^1) 230 de] ex Φ 244 deinde] demum Φ 250 per] propter Σ 257 quandam *om.* Φ 258 unitionem] mutationem Σ imitationem β 260 causas] eas Φ 269 numero] vero α β δ^2 *om.* δ^1 270 causa *om.* Φ 273 viderunt] vident Φ

205 dicit: hic supra. 211 dicit: hic supra (Dion. 190). 218 « invisibilia...: Rom. 1^{20}. 220 dicit: Dionys. hic supra § 9 (PG 3, 705 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 192). 228 Is. VI^1. 233 dicit: Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 9 (PG 3, 705 A-B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 192). 241 dicit: Dionys. hic supra (PG 3, 705 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 190).

Articulus sextus decimus

Sexto decimo quaeritur utrum in angelis distingui debeat cognitio matutina et vespertina. Et videtur quod non: vespere enim et mane diei sunt tenebris admixta; sed in intellectu angeli nullae sunt tenebrae cum sint specula clarissima, ut Dionysius dicit; ergo in angelis non debet distingui cognitio matutina et vespertina.

2. Praeterea, cognitio matutina secundum Augustinum IV Super Genesim ad litteram dicitur qua angeli cognoscunt res fiendas in Verbo, vespertina autem qua cognoscunt res in propria natura; sed non aliter cognoscunt res antequam sint et aliter postquam sunt cum intellectum habeant deiformem et a rebus cognitionem non accipiant; ergo in eis cognitio matutina et vespertina distingui non debet.

3. Praeterea, cognitio vespertina est qua res cognoscuntur in propria natura; sed res in Verbo in propria natura cognoscuntur: Verbum enim expressius propriam naturam rei repraesentat quam etiam ipsae formae; cum ergo cognitio matutina sit cognitio in Verbo, videtur quod vespertina cognitio a matutina in angelis non distinguatur.

4. Praeterea, Gen. 1[5] dicitur quod « Factum est vespere et mane, dies unus »; sed dies accipitur ibi pro ipsa angeli cognitione, ut Augustinus dicit IV Super Genesim ad litteram; ergo una et eadem cognitio est in angelis matutina et vespertina.

5. Praeterea, lux matutina crescit in meridianam; sed cognitio quae est rerum in Verbo non potest crescere in aliam ampliorem cognitionem; ergo cognitio rerum in Verbo non potest dici proprie matutina, et sic non distinguitur in angelis cognitio matutina et vespertina per hoc quod est cognoscere res in Verbo et in propria natura.

6. Praeterea, prius est cognitio rei fiendae quam factae; sed cognitio vespertina praecedit matutinam, ut patet Gen. 1[5] « Factum est vespere et mane, dies unus »; ergo non convenienter distinguitur cognitio matutina a vespertina ut cognitio vespertina sit cognitio rei iam factae, cognitio vero matutina rei fiendae.

7. Praeterea, Augustinus comparat cognitionem rerum in Verbo et in propria natura cognitioni artis et operis, et cognitioni lineae quae intelligitur et quae in pulvere scribitur; sed istud non patitur diversa cognitionis genera; ergo nec cognitio rerum in Verbo et in propria natura sunt duae cognitiones, et sic matutina et vespertina cognitio non distinguuntur.

8. Praeterea, angelus in principio suae creationis cognovit cognitione matutina; non autem cognovit Verbum quia non fuit creatus beatus, videre autem Verbum est actus beatitudinis; ergo cognitio rerum in Verbo non est cognitio matutina, et sic idem quod prius.

9. Sed dicebat quod, quamvis non cognoverit Verbum per essentiam, cognovit tamen per aliquam similitudinem creatam; et sic cognovit res in Verbo. — Sed contra, omnis cognitio quae est per formas creatas est cognitio umbrata quia omnis creatura in se considerata est tenebra; sed cognitio obumbrata est cognitio vespertina; ergo cognoscere res in Verbo vel Verbum modo praedicto esset cognitio non matutina sed vespertina.

10. Praeterea, Augustinus contra Manichaeos dicit quod « mens fortis et vegeta, cum illam primam veritatem conspexerit, cetera oblivi-

A 9 secundum *sup. lin.* A] *conf.* pA 14 res] in verbo *praem.* pA 15 deiformem] *idem conf. praem.* pA 18 vespertina *em.* A] *conf.* pA 23 in Verbo] ver *praem.* pA 42 ut patet] quia *praem.* pA 45 sit *clare in marg.* A] *bis* (*prima vice in textu, secunda vice sup. lin.*) *conf.* pA 51 diversa (*e* diversas pA) *em.* A 57 autem] ves (*inc.* vespertina *?*) *add.* pA 72 contra Manichaeos *in marg.* A] *om.* pA 73 mens] ne *praem.* pA

Φ 19 cognoscuntur] cognoscunt Φ (-δ^1) 30 ergo] et *add.* Φ (-δ) 34 aliam] aliquam (*post* cognitionem β) Φ 43 dies unus *om.* Φ 46 cognitio *om.* Φ 50 quae[1]] qua Φ (-δ^1) 62 cognoverit] cognovit Σ 66 cognitio] *om.* Φ (-γ) cognoscit γ 67 umbrata] obumbrata Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 58 a. 6 et 7. 6 *De div. nom.* cap. 4 § 22 (PG 3, 724 B; Dion. 269) ut supra a. 3 28. 10 Cap. 22 (PL 34, 312). 15 deiformem: Dionys. ut supra a. 8 48. 29 Ut supra lin. 10. 47 *De civ. Dei* XI, c. 29 (PL 41, 343) ut refert Thomas *I Pars* q. 58 a. 6. 58 non...beatus: cf. supra a. 3 7 in nota. 68 est tenebra: Origenes ut supra a. 7 75, vide notam ibid. 72 *De lib. arb.* II c. 13 (PL 32, 1260).

scitur »; ergo videndo Verbum nihil aliud videt in Verbo, et sic matutina cognitio non potest dici in angelis cognitio rerum in Verbo.

11. Praeterea, cognitio matutina est clarior quam vespertina; sed cognitio rerum in Verbo est minus clara quam cognitio rerum in propria natura quia res in Verbo sunt secundum quid, in propria autem natura sunt simpliciter; melius autem cognoscitur aliquid ubi est simpliciter quam ubi est secundum quid; ergo hoc modo distingui non potest ut cognitio rerum in Verbo dicatur matutina, in proprio autem genere dicatur vespertina.

12. Praeterea, cognitio quae est ex propriis et immediatis est perfectior quam quae est ex causa communi; sed Deus est causa communis rerum omnium; imperfectior ergo est illa cognitio qua res cognoscuntur in Verbo quam illa qua cognoscuntur in propria natura.

13. Praeterea, res cognoscuntur in Verbo sicut in quodam speculo; sed perfectius cognoscuntur | res in se ipsis quam in speculo; ergo et perfectius in propria natura cognoscuntur quam in Verbo, et sic idem quod prius.

87vb

IN CONTRARIUM est quod Augustinus IV et V Super Genesim ad litteram has cognitiones distinguit modo praedicto.

RESPONSIO. Dicendum quod hoc quod dicitur de matutina et vespertina angelorum cognitione, introductum est ab Augustino hac necessitate ut posset ponere ea quae in sex primis diebus facta leguntur sine successione temporum esse completa; unde per dies illos non temporum distinctiones vult intelligi, sed angelorum cognitionem: sicut enim praesentatio lucis corporalis super haec inferiora diem facit temporalem, sic praesentatio vel comparatio luminis intellectus angelici ad res creatas diem spiritualem facit. Et secundum hoc multi dies distinguuntur quod intellectus angeli diversis rerum generibus cognoscendis comparatur, ut sic ordo dierum non sit ordo temporis sed ordo naturae, qui in cognitione angeli attenditur secundum ordinem cognitorum ad invicem prout alterum altero est prius natura. Sicut autem in die temporali mane est diei principium, vespere vero finis, ita in cognitione angeli respectu eiusdem rei est considerare principium et finem secundum ordinem rei cognitae: principium autem cuiuslibet rei est in sua causa a qua fluit, terminus autem esse ipsius est in ipsa re ad quam actio causae producentis terminatur; unde primitiva alicuius rei cognitio est secundum quod consideratur in causa sua quae est Verbum aeternum, unde cognitio rerum in Verbo dicitur cognitio matutina; ultima autem rei cognitio est secundum quod cognoscitur in se ipsa, et talis cognitio dicitur vespertina.

Sciendum tamen quod ista distinctio potest dupliciter intelligi: uno modo ex parte rei cognitae, alio modo ex parte medii cognoscendi. Ex parte quidem rei cognitae, ut dicatur res in Verbo cognosci quando cognoscitur esse eius quod habet in Verbo, in propria vero natura secundum quod cognoscitur ipsum esse rei quod habet in se ipsa; et hic non est conveniens intellectus quia esse rei quod habet in Verbo non est aliud ab esse Verbi quia, ut Anselmus dicit, « creatura in Creatore est creatrix essentia »; unde cognoscere hoc modo creaturam in Verbo non esset cognitio creaturae sed magis Creatoris. Et ideo oportet hanc distinctionem intelligi ex parte medii cognoscendi, ut dicatur res cognosci in Verbo quando per Verbum ipsa res in propria natura cognoscitur, in propria vero natura quando cognoscitur per formas aliquas creatas rebus creatis proportionatas, sicut cum cognoscit per formas sibi inditas, vel etiam si per formas acquisitas cognosceret, quantum ad hoc pertinet, nihil differret.

1. Ad primum igitur dicendum quod non accipitur similitudo in cognitione angeli ve-

A 105 ut *in marg. inter columnas* A] *trans. ad lin. om.* pA 106 successione] int *praem.* pA 111 comparatio *scrips.*] comparato A 115 generibus] *idem conf. praem.* pA 120 temporali] materiali *praem.* pA 129 cognitio] ca (*inc.* causa *?*) *praem.* pA 133 quod] cum *add.* pA 134 cognitae] ut scilicet (*?*) *add.* pA 140 et hic] . su *praem.* pA 151 rebus] reb *imp. praem.* pA

Φ 75 videt] videtur Φ 111 comparatio] operatio β δ 112 ad] super Φ

100 *De Gen. ad litt.* IV c. 22 et V c. 18 (PL 34, 311 et 334). 143 Cf. supra q. 4 a. 6 32 in nota. 156 non...termini: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 123 ad obiecta (p. 168).

spere et mane secundum hoc quod vespere et mane diei temporalis sunt cum tenebrarum admixtione, sed magis secundum rationem principii et termini, ut dictum est. — Vel potest dici quod omnis intellectus creatus, in quantum est ex nihilo, tenebrosus est comparatus claritati intellectus divini, habet autem lucis admixtionem in quantum divinum intellectum imitatur.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis per Verbum eodem modo cognoscant angeli res fiendas et factas, tamen alio modo cognoscunt res fiendas per Verbum et alio modo res factas per propriam naturam secundum similitudinem eius quam penes se habet; et secundum hoc matutina cognitio a vespertina distinguitur.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis res expressius repraesententur in Verbo quam in formis intellectus angelici, tamen formae intellectus angelici sunt magis rebus proportionatae et quasi eis adaequatae; et ideo ista cognitio dicitur esse rerum in propria natura et non prima.

4. Ad quartum dicendum quod, sicut una tota scientia comprehendit sub se diversas scientias particulares quibus conclusiones diversae cognoscuntur, ita etiam ipsa una cognitio angeli, quae est quasi quoddam totum, comprehendit sub se cognitionem matutinam et vespertinam quasi partes, sicut mane et vespere sunt partes diei temporalis.

5. Ad quintum dicendum quod non oportet quantum ad omnia spiritualia corporalibus similia esse; non igitur propter hoc cognitio rerum in Verbo dicitur matutina quia in aliquam maiorem cognitionem crescat, sed quia ad aliquam cognitionem inferiorem terminatur, ut dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod cognitio matutina praecedit vespertinam ordine naturae respectu unius et eiusdem rei, sed respectu diversarum rerum vespertina cognitio prioris intelligitur esse prior cognitione matutina posterioris, prout in cognitione attenditur ordo ex parte rerum cognitarum. Et ideo Gen. I vespere ante mane ponitur hac necessitate, quia opus primae diei est lux, quam Augustinus intelligit spiritualem, quae illuminatur per conversionem ad Verbum. Angelus autem se ipsum primo in se ipso cognovit naturali cognitione, et se cognito non in se ipso permansit quasi se ipso fruens et in se finem ponens – sic enim nox factus esset, ut angeli qui peccaverunt – sed cognitionem suam in Dei laudem retulit; et sic ex sui contemplatione conversus est in Verbi contemplationem, in quo est mane sequentis diei secundum quod in Verbo accepit cognitionem sequentis creaturae, scilicet firmamenti. Sicut autem videmus in tempore continuo quod idem nunc est duorum temporum, prout est finis praeteriti et principium futuri, ita matutina cognitio secundae diei est primae diei terminus et secundae diei initium, et sic deinceps usque ad diem septimam.

7. Ad septimum dicendum quod non est eadem cognitio artificiati | secundum quod cognoscitur ex forma artis et secundum quod cognoscitur ex ipsa re iam facta: prima enim cognitio est universalis tantum, secunda autem potest esse etiam particularis, sicut cum intueor aliquam domum factam. Et praeterea non est simile omnino: ars enim creata magis est proportionata et adaequata rebus artificiatis quam ars increata rebus creatis. *88ra*

8. Ad octavum dicendum quod angelus in principio suae creationis non fuit beatus nec Verbum per essentiam vidit; unde nec cognitionem matutinam habuit, sed primo habuit vespertinam et ex vespertina profecit in matutinam. Unde signanter primus dies mane non dicitur habuisse sed primo vespere et de ve-

A 159 mane] m *conf. praem.* pA 170 modo] per *add.* pA res factas *inv.* pA 172 penes] *idem conf. praem.* pA 194 ad *sup. lin.* A] *om.* pA 197 sextum] vj *em.* A vij pA 203 Et ideo] in verbo *add.* pA 206 conversionem *coni. sec. Augustinum* (*cf. lin.* 213, *lin.* 209 *lect.* pA)] cognitionem (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 207 Angelus] *litt. imp. praem.* pA 209 se cognito] ex inde conversus est *praem.* pA 218 duorum temporum] utriusque temporis *praem.* pA 222 septimam] que habet m *add.* pA 239 primo *scrips.*] *conf.* (prima *potius*) A

Φ 203 ex parte] respectu α δ respectu *add.* β 204 ante] autem Φ (-δ^1) *non liquet* δ^1 206 conversionem] cognitionem (*induc.* A) Φ 228 sicut cum] secundum quod Φ 235 Verbum] (deum δ) *post* essentiam Φ 239 et de vespere] *om.* δ^1 quod vespere Φ (-δ^1)

205 Cf. *De Gen. ad litt.* I c. 3 (PL 34, 248), ibid. IV c. 22 et 24 (PL 34, 311 et 313).

spere transiit in mane, quia lux illa spiritualis quae primo die facta dicitur, scilicet substantia angelica, statim facta se ipsam cognovit, quod fuit cognitionis vespertinae, et hanc cognitionem retulit ad laudem Verbi, in quo facta est ei cognitio matutina; et propter hoc dicitur Gen. 1[5] « Factum est vespere et mane, dies unus ».

9. Ad nonum dicendum quod, cum cognitio vespertina a matutina distinguatur ex parte medii cognitionis et non ex parte rei cognitae, cognitio Creatoris per creaturam est vespertina, sicut e contrario cognitio creaturae per Creatorem est matutina; unde quantum ad hoc ratio recte procedit.

10. Ad decimum dicendum quod mens fortis rebus divinis intenta dicitur aliorum oblivisci, non quidem quantum ad scientiam, sed quantum ad rerum aestimationem quia illa quae nobis in creaturis maxima videbantur, divina celsitudine considerata minima iudicamus.

11. Ad undecimum dicendum quod cognitio rerum in Verbo est perfectior quam cognitio earum in propria natura, in quantum Verbum clarius repraesentat unamquamque rem quam creata species. Res autem esse in se ipsis verius quam in Verbo potest intelligi dupliciter: uno modo ut habeant in se esse nobilius quam esse quod habent in Verbo, quod falsum est quia in se ipsis habent esse creatum, in Verbo autem increatum, et ita esse quod habent in se ipsis est secundum quid respectu illius quod habent in Verbo. Alio modo ut res sit perfectius hoc in se ipsa quam in Verbo, et hoc quodam modo verum est: res enim in se ipsa est materialis, quod est de ratione quarundam rerum, in Verbo autem non est materialis sed est ibi similitudinem habens quantum ad formam et materiam. Et tamen, quamvis secundum hoc quod est talis res in Verbo sit secundum quid, tamen perfectius cognoscitur per Verbum quam per se ipsam etiam in quantum est talis, quia perfectius repraesentatur etiam propria rei ratio in Verbo quam in se ipsa, quamvis secundum propriam rationem existendi verius sit in se ipsa; cognitio autem sequitur formae repraesentationem, unde res, cum non sit in anima nisi secundum quid per suam similitudinem, simpliciter tamen cognoscitur.

12. Ad duodecimum dicendum quod ipse Deus est propria et immediata causa uniuscuiusque rei, et quodam modo magis intima unicuique quam ipsum sit intimum sibi, ut Augustinus dicit.

13. Ad tertium decimum dicendum quod formae non transfunduntur a speculo in res sed e converso; a Verbo autem transfunduntur in res, unde non est simile de cognitione rerum in speculo et in Verbo.

Articulus septimus decimus

Septimo decimo quaeritur utrum cognitio angelica sufficienter per matutinam et vespertinam dividatur. Et videtur quod non: ut enim dicit Augustinus IV Super Genesim ad litteram, cognitio vespertina est qua res cognoscitur in se ipsa, matutina vero cum refertur in laudem Creatoris, et sic cognitio matutina videtur a vespertina distingui per relatum et non relatum; sed praeter cognitionem creaturae in se ipsa relatam ad Verbum et non relatam est accipere aliam creaturae cognitionem magis differentem ab eis quam altera istarum differat ab altera, scilicet cognitionem creaturarum in Verbo; ergo matutina et vespertina cognitio non sufficienter dividunt cognitionem angelicam.

2. Praeterea, Augustinus II Super Genesim

A 243 vespertinae (*e* vespertina pA) *em.* A 259 creaturis *coni. cum* Φ] creationis (*mendum fort. tantum e lapsu calami*) A 266 se ipsis (*e* se ipsos *?* pA) *em.* A 271 esse] in se *praem.* pA 278 quantum] materia *praem.* pA 279 Et tamen] . § *praem.* pA 286 sit *ante et post* verius A, *et alterum delevimus* 296 formae] spec *praem.* pA
1 Septimo decimo *al. manu*] *lacuna* pA 10 se ipsa (*e* se ipsam pA) *em.* A relatam] non *praem.* pA 13 scilicet] ergo *praem.* pA

Φ 240 transiit] transivit Φ 246 dies unus] etc. Φ 257 sed] etiam *add.* Φ 285 existendi] sit (*seu* sic) *add.* Φ 286 verius] verum Φ (-δ) vera δ^2 293 unicuique] cuique α β cuique rei δ
3 dividatur] distinguitur vel *praem.* α β distinguatur vel *praem.* γ δ 5 qua] in qua Φ 11 creaturae] creaturam Σ (-δ^1) creaturarum β 12-13 altera...altera] alia...alia Φ

294 Cf. *Confess.* III c. 6 (PL 32, 688) et *Enarr. in Ps.* LXXIV [6-8] n. 9 (PL 36, 952-953).
1 Parall.: *I Pars* q. 58 a. 6 ad 2 et 3; *De pot.* q. 4 a. 2 ad 14 et 15. 5 Cap. 22 (PL 34, 311).

ad litteram ponit triplex esse creaturae: unum quod habet in Verbo, aliud quod habet in propria natura, tertium quod habet in mente angelica; sed penes primum esse et secundum accipitur cognitio matutina et vespertina; ergo penes tertium debet accipi tertia eius cognitio.

3. Praeterea, cognitio matutina et vespertina distinguitur per hoc quod est cognoscere res in Verbo et res in propria natura, et per hoc quod est cognoscere res factas et fiendas; sed haec possunt quadrupliciter diversificari: uno modo ut dicantur cognoscere res fiendas in Verbo, alio modo factas in Verbo, tertio modo factas in propria natura, quarto fiendas in propria natura quae quidem videtur esse inutilis coniugatio quia in propria natura non cognoscitur aliquid antequam sit; ergo saltem oportet tres esse cognitiones angelicas, et sic insufficienter distinguitur per duas.

4. Praeterea, vespere et mane dicuntur in cognitione angelica ad similitudinem diei temporalis; sed in die temporali inter mane et vespere est meridies; ergo et in angelis inter cognitionem matutinam et vespertinam debet poni meridiana.

5. Praeterea, angelus non solum cognoscit creaturas sed etiam ipsum Creatorem; sed cognitio matutina et vespertina in angelis distinguitur quantum ad cognitionem creaturae; ergo praeter cognitionem vespertinam et matutinam est assignare cognitionem tertiam in angelis.

6. Praeterea, cognitio matutina et vespertina non pertinent nisi ad cognitionem gratiae, alias angeli mali haberent cognitionem matutinam vel vespertinam, quod non videtur esse verum cum in daemonibus non sit dies, vespere autem et mane sint diei partes; ergo cum cognitio naturalis sit in angelis praeter gratuitam, videtur quod sit in eis ponere tertiam cognitionem.

SED CONTRA, cognitio matutina et vespertina distinguuntur per creatum et increatum; sed inter haec nihil est medium; | ergo nec inter cognitionem matutinam et vespertinam. 88rb

RESPONSIO. Dicendum quod de cognitione matutina et vespertina dupliciter loqui possumus: uno modo quantum ad id quod cognitionis est, et sic inter utramque cognitionem nihil cadit medium: cognitio enim vespertina a matutina distinguitur, ut supra dictum est, per medium cognoscendi; quod quidem si creatum est, facit cognitionem vespertinam quocumque modo, si vero increatum, facit cognitionem matutinam; non potest autem aliquid esse medium inter creatum et increatum. Si autem considerentur quantum ad rationem matutini et vespertini, sic cadit inter eas aliquod medium duplici ratione: primo quia mane et vespere sunt partes diei; dies autem est in angelis per illustrationem gratiae, secundum Augustinum, unde non se extendit ultra cognitionem gratuitam bonorum angelorum, et sic naturalis cognitio est praeter has duas. Secundo quia vespere in quantum huiusmodi terminatur ad mane et mane ad vespere; unde cognitio rerum in propria natura non quaelibet potest dici vespertina, sed illa tantum quae refertur in laudem Creatoris, sic enim vespere redit ad mane. Et sic cognitio daemonum quam habent de rebus nec est matutina nec vespertina, sed solummodo cognitio gratuita quae est in angelis beatis.

1. Ad primum igitur dicendum quod cognitio rerum in propria natura semper est vespertina, nec relatio eius ad cognitionem in Verbo facit eam matutinam sed facit eam terminari ad matutinam; non ergo dicitur quod ex hoc angelus matutinam cognitionem habeat quod

A 23 tertium] tn (*?*) *praem.* pA 37 et mane] in *praem.* pA 39 mane et vespere *scrips.*] vespere et mane *e lapsu* A 41 matutinam] et *praem.* pA 49 vespertina] ves *conf. praem.* pA 65 inter] quantum *praem.* pA 67 ut supra] *litt. imp. praem.* pA 74 eas (*scil.* cognitiones) *scrips.*] ea (*fortasse* mane et vespere *?*) A 85 Creatoris] *idem conf. praem.* pA sic] *idem conf. praem.* pA

Φ 20 natura] tantum *add.* Φ 26 per hoc] hoc est Σ est *add.* β 31 quarto] modo *add.* Φ 48 cognitionem *om.* Φ 50 nisi] *om.* Φ (-δ) 65 cognitionem *om.* Φ 66 enim] autem Φ 70 vero] autem Φ (*def.* δ^2) 73 considerentur] -deretur Φ 74 eas] ea (*induc.* A) Φ 78 Augustinum] angelum Φ (-δ) extendit] extendunt Φ 95 quod] quia Φ

18 Cap. 8 (PL 34, 270). 37 Praeterea...: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 123 (p. 168). 52 non...verum: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 128 (p. 174). 67 supra: a. 16. 78 Cf. *De Gen. ad litt.* IV c. 24 (PL 34, 313).

cognitionem rerum in propria natura ad Verbum referat, quasi ipsa cognitio relata sit cognitio matutina, sed quia ex hoc quod refert, meretur matutinam cognitionem accipere.

2. Ad secundum dicendum quod ratio illa procederet si matutina cognitio et vespertina distinguerentur ex parte rei cognitae: sic enim esset triplex cognitio secundum triplex esse cognoscibile de rebus; cum autem cognitio matutina distinguatur a vespertina penes medium cognoscendi, quod est creatum vel increatum, per utrumlibet istorum mediorum cognoscitur quodlibet illorum esse, et sic non oportet tertiam cognitionem ponere.

3. Ad tertium dicendum quod omnis cognitio quae est in Verbo vocatur cognitio matutina, sive sit res iam facta sive non sit facta, quia talis cognitio est conformis divinae cognitioni qui cognoscit omnia similiter antequam fiant et postquam facta sunt. Et tamen omnis cognitio rei in Verbo est rei ut fiendae, sive res iam sit facta sive non, ut li fiendum non dicat tempus sed exitum creaturae a Creatore, sicut et cognitio artificiati in arte est eius secundum suum fieri, quamvis etiam ipsum artificiatum iam sit factum.

4. Ad quartum dicendum quod Augustinus nominat matutinam cognitionem quae est in plena luce, unde continet sub se meridianam, unde quandoque nominat eam diurnam quandoque autem matutinam. — Vel potest dici quod omnis cognitio intellectus angelici habet tenebras admixtas ex parte cognoscentis; unde nulla cognitio alicuius intellectus creati potest dici meridiana, sed sola cognitio qua Deus cognoscit omnia in se ipso.

5. Ad quintum dicendum quod eadem cognitione Verbum et res in Verbo ⟨cognoscuntur⟩, unde etiam cognitio Verbi dicitur matutina; et hoc patet quia septimus dies, qui significat quietem Dei in se ipso, habet mane; unde matutina cognitio est secundum quod angelus Deum cognoscit.

6. Ad sextum patet responsio ex dictis.

A 102 distinguerentur *em.* A] *conf.* pA 110-121 Ad tertium...sit factum *hic* A] *post solutionem* ad quartum (*lin.* 122-131) pA; *litteris* b-a *in margine ordo restauratur* 113 divinae] q *praem.* pA 117 fiendum] fien *conf. praem.* pA 120 suum] *idem conf. praem.* pA 122 quartum (iiij A)] q *praem.* pA 129 creati *em.* A] *conf.* pA 133 ⟨cognoscuntur⟩ *suppl.* (*cf.* Φ)] *om.* A

Φ 111 matutina] in qua α in qua *add.* β γ δ^2 in qua cognoscitur res *add.* δ^1 114 similiter] simpliciter Φ 115 et[1]] sicut Σ 129 creati] agentis Φ 130 cognoscit omnia] omnia *praem.* α δ^2 *inv.* γ δ^1 133 ⟨cognoscuntur⟩] cognoscitur *post* Verbum α δ cognoscit angelus *post* Verbum β γ 136 Dei] diei Φ

122 Cf. *De Gen. ad litt.* V c. 18 (PL 34, 334) et *De civ. Dei* XI c. 29 (PL 41, 343).

QUAESTIO NONA

De communicatione scientiae angelicae

1. *Utrum unus angelus alium illuminet.*
2. *Utrum inferior angelus semper illuminetur a superiori.*
3. *Utrum unus angelus alium illuminando eum purget.*
4. *Utrum unus angelus alii loquatur.*
5. *Utrum inferiores angeli superioribus loquantur.*
6. *Utrum requiratur determinata distantia localis ad hoc quod unus angelus alii loquatur.*
7. *Utrum unus angelus possit alii loqui ita quod alii locutionem eius non percipiant.*

Articulus primus

Quaestio est de communicatione scientiae angelicae per illuminationes et locutiones. Et primo quaeritur utrum unus angelus alium illuminet. Et videtur quod non quia, ut dicit Augustinus, solus Deus potest mentem formare; sed illuminatio angeli est quaedam formatio mentis illuminati; ergo solus Deus potest angelum illuminare.

2. Praeterea, in angelis non est aliud lumen nisi gratiae et naturae; sed lumine naturae unus angelus alium non illuminat quia unusquisque habet naturalia sua immediate a Deo, similiter nec lumine gratiae quae immediate a solo Deo est; ergo unus angelus alium non potest illuminare.

3. Praeterea, sicut se habet corpus ad lumen corporale, ita spiritus ad lumen spirituale; sed corpus illuminatum a lumine superexcedenti non illuminatur simul a lumine minori, sicut aer illuminatus a lumine solis non simul illuminatur a luna; ergo cum plus excedat lumen spirituale divinum quodlibet lumen creatum quam lumen solis lumen candelae vel stellae, videtur quod, cum omnes angeli illuminentur a Deo, quod unus ab alio non illuminetur.

4. Praeterea, si unus angelus alium illuminat, aut hoc est per medium aut sine medio; sed non sine medio quia sic oporteret unum angelum alteri illuminato per ipsum esse coniunctum, quod esse non potest cum solus Deus mentibus illabatur; similiter nec per medium quia nec per corporale medium, cum non sit spiritualis luminis receptivum, nec per spirituale quia hoc spirituale medium non potest poni aliud quam angelus; et sic vel esset abire in infinitum in mediis, quod si esset, non posset sequi aliqua illuminatio cum sit impossibile infinita pertransire,vel erit | devenire ad hoc *88va* quod unus angelus alium immediate illuminet, quod ostensum est esse impossibile; ergo impossibile est quod unus angelus alium illuminet.

5. Praeterea, si unus angelus alium illuminet, aut hoc est per hoc quod tradit ei lumen proprium aut per hoc quod dat ei aliquod aliud

A 11 unus] u *praem.* pA 13 lumine] il *praem.* pA quae] quia *praem.* pA 24 videtur quod] *idem conf. praem.* pA 35 potest *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 39 vel erit *ante et post trans. ad col.* 88va A, *et alterum delevimus* 40 angelus] *idem conf. praem.* pA

Φ 1 communicatione] cognitione α δ 7 illuminati] –nate vel *praem.* Φ 18 superexcedenti] –excellenti Φ 33 nec] *om.* Φ (-δ) non δ^1 38 sit impossibile] sit possibile Σ (-δ^1) non sit possibile β 45 aliquod *om.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 106 a. 1; *Super Sent. II* d. 11 q. 2 a. 2; *Comp. theol.* cap. 126. 5 Cf. *De Gen. ad litt.* III c. 20 (PL 34, 292) ut refert Thomas infra q. 11 a. 1 532, *De div. quaest. 83* q. 51 (PL 40, 33) ut refert Thomas *I Pars* q. 106 a. 1 arg. 3, *De Trin.* III c. 8 (PL 42, 876) ut refert Thomas infra q. 11 a. 3 95. 31 solus...illabitur: ps.-August. ut supra q. 8 a. 7 26 in nota. 39 infinita pertransire: Arist. ut supra q. 2 a. 2 56.

lumen; sed non primo modo quia sic unum et idem lumen esset in diversis illuminatis, nec iterum secundo modo quia sic oporteret quod illud lumen esset factum a superiori angelo, ex quo sequeretur quod angelus esset creator illius luminis cum illud lumen non fiat ex materia; ergo videtur quod unus angelus alium non illuminet.

6. Praeterea, si unus angelus ab alio illuminatur, oportet quod angelus illuminatus reducatur de potentia in actum quia illuminari est quoddam fieri; sed quandocumque aliquid reducitur de potentia in actum, oportet in eo aliquid corrumpi; cum igitur in angelis nihil corrumpatur, videtur quod unus ab alio non illuminetur.

7. Praeterea, si unus ab alio illuminatur, lumen quod unus alii tradit aut est substantia aut accidens; sed non potest esse substantia quia forma substantialis superaddita variat speciem, sicut unitas speciem numeri, sicut dicitur in VIII Metaphysicae, et sic sequeretur quod angelus per hoc quod illuminatur, secundum speciem variaretur; similiter non potest esse accidens quia accidens non se extendit ultra subiectum; ergo unus angelus alium non illuminat.

8. Praeterea, ad hoc visus noster et corporalis et intellectualis lumine indiget quia eius obiectum est intelligibile et visibile in potentia, ut per lumen fiat intelligibile et visibile in actu; sed obiectum cognitionis angelicae est intelligibile in actu, quod est ipsa divina essentia vel species concreatae; ergo ad cognoscendum non indigent intelligibili lumine.

9. Praeterea, si unus alium illuminat, aut hoc est respectu cognitionis naturalis aut respectu cognitionis gratiae; sed non respectu cognitionis naturalis quia tam in superioribus quam in inferioribus naturalis cognitio est perfecta per formas innatas; similiter nec quantum ad cognitionem gratiae qua res in Verbo cognoscunt quia omnes angeli Verbum immediate vident; ergo unus alium non illuminat.

10. Praeterea, ad cognitionem intellectus non requiritur nisi forma intelligibilis et lumen intelligibile; sed unus angelus alteri non tradit neque formas intelligibiles quae sunt concreatae, neque lumen intelligibile cum unusquisque a Deo illuminetur, secundum id Iob xxv[3] « Numquid est numerus militum eius et super quem non fulget lumen illius? »; ergo unus alium non illuminat.

11. Praeterea, illuminatio ordinatur ad tenebras pellendas; sed in cognitione angelorum nulla est tenebra vel obscuritas, unde II Cor. xii dicit glosa quod « in regione intelligibilium », quam constat esse regionem angelorum, « sine omni imagine corporis mens videt perspicuam veritatem nullis opinionum falsarum nebulis fuscatam »; ergo angelus ab angelo non illuminatur.

12. Praeterea, intellectus angelicus est nobilior quam intellectus agens animae nostrae; sed intellectus agens nostrae animae numquam illuminatur sed solum illuminat; ergo nec angeli illuminantur.

13. Praeterea, Apoc. xxi[23] dicitur quod « civitas beatorum non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminabit eam », et exponit glosa solem et lunam « doctores maiores et minores »; ergo cum angelus sit iam civis illius civitatis, non illuminatur nisi a solo Deo.

14. Praeterea, si angelus angelum illuminat, aut hoc est per abundantiam naturalis luminis aut per abundantiam gratuiti; sed non

A 51 illius *em.* A] *conf.* pA 61 illuminetur (*ex* illuminentur pA) *em.* A 65 superaddita *clare in marg.* A] *conf.* pA 66 sicut[2]] *litt. imp. praem.* pA 73 visus] in cognitio *praem.* pA 75 et visibile *in marg.* A] *om.* pA 90 ad cognitionem] an con *idem conf. inc. praem.* pA 93 concreatae] *idem conf. praem.* pA 96 Numquid] nm *praem.* pA 104 sine...mens] mens *praem.* pA 111 sed...ergo] ergo *praem.* pA 112 angeli] int *praem.* pA 114 neque] *idem in forma incons. praem.* pA 117 ergo] nullus ibi alium illumi *add.* pA

Φ 63 unus] alius Φ 68 illuminatur] –naretur Φ 71 angelus *om.* Φ 73 et *om.* Φ 80 intelligibili] –tellectuali Φ 85 est] *om.* Φ (-γ) *post* perfecta γ 95 id] *om.* Φ (-δ[1]) illud δ[1] 97 unus] angelus *add.* Φ 104 imagine] imaginatione Φ 112 angeli] umquam *add.* α numquam *add.* Φ (-α) 117 civis] causa civis α β δ[2] causa quis γ causa δ[1]

67 *Metaph.* VIII 3 (1043 b 36). 95 Iob. xxv[3] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 102 *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. xii[2] (PL 192, 81 D) ex August. *De Gen. ad litt.* XII c. 26 (PL 34, 476). 113 Apoc. xxi[23] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 115 *Ordin.* et *interlin.* ibid.

per abundantiam naturalis quia cum angelus qui cecidit fuerit de supremis angelis, habuit naturalia excellentissima quae in eo integra manent, ut dicit Dionysius IV cap. De divinis nominibus, et sic daemon angelum illuminaret, quod est absurdum; similiter nec per abundantiam luminis gratiae quia aliquis homo in statu viae est maioris gratiae quam inferiores angeli cum ex virtute gratiae aliqui homines transferantur ad ordines superiorum angelorum, et sic homo in statu viae existens angelum illuminaret, quod est absurdum; ergo unus angelus alium non illuminat.

15. Praeterea, Dionysius dicit VII cap. Caelestis hierarchiae quod « illuminatio est divinae scientiae assumptio »; sed divina scientia non potest dici nisi quae est de Deo vel quae est de rebus divinis, et utrolibet modo scientiam divinam non assumit angelus nisi a Deo; ergo unus angelus alium non illuminat.

16. Praeterea, cum potentia intellectus angelici sit tota terminata per formas innatas, formae innatae sufficiunt ad omnia cognoscenda quae angelus cognoscere potest; ergo non oportet quod a superiori angelo illuminetur ad aliquid cognoscendum.

17. Praeterea, angeli omnes ad invicem specie differunt, vel saltem illi qui sunt diversorum ordinum; sed nihil illuminatur a lumine alterius speciei, sicut res corporalis non illuminatur lumine spirituali; ergo unus angelus ab alio non illuminatur.

18. Praeterea, lumen intellectus angelici est perfectius quam lumen intellectus agentis nostri; sed lumen intellectus nostri agentis sufficit ad omnes species quas a sensu accipimus; ergo et lumen intellectus angelici sufficit ad omnes species innatas, et sic non oportet quod aliud lumen superaddatur.

SED CONTRA est quod dicit Dionysius III cap. Caelestis hierarchiae quod ordo hierarchiae est « hos quidem illuminari, illos vero illuminare »; ergo etc.

2. Praeterea, sicut est ordo in hominibus ita est ordo in angelis, ut patet per Dionysium; sed in hominibus superiores | illuminant inferiores, ut dicitur Eph. III[8] « Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia haec, illuminare omnes » etc.; ergo et superiores angeli inferiores illuminant. *88*[vb]

3. Praeterea, lumen spirituale est efficacius quam corporale; sed superiora corpora illuminant inferiora; ergo et superiores angeli illuminant inferiores.

RESPONSIO. Dicendum quod de lumine intellectuali oportet nos loqui ad similitudinem corporalis luminis. Lumen autem corporale est medium quo videmus et servit nostro visui in duobus: uno modo in hoc quod per ipsum fit nobis visibile actu quod erat potentia visibile, alio modo in hoc quod visus ipse confortatur ad videndum ex luminis natura, unde et oportet esse lumen in compositione organi. Unde et lumen intellectuale potest dici ipse vigor intellectus ad intelligendum vel etiam id quo aliquid fit nobis notum. Unde secundum duo potest aliquis illuminari ab alio, scilicet secundum hoc quod eius intellectus confortatur ad cognoscendum, et secundum hoc quod intellectus ex aliquo manuducitur in aliquod cognoscendum. Et haec duo coniunguntur in intellectu, sicut patet cum aliquis per aliquod

A 127 nec per] per *praem.* pA 131 ordines (*ex* ordinem pA) *em.* A 132 angelum] alu *praem.* pA 133 ergo] et sic unus *praem.* pA 150 sed nihil] ergo et lumen *praem.* pA 164 ergo] h *praem.* pA 168 ut *conf.* A 173 corporale *scrips. cum* Φ] spirituale (*fort. mendum scribae mere casu*) A 187 secundum duo] dupliciter *praem.* pA 190 hoc] et *add.* pA 191 intellectus] *idem* (*ante trans. ad lin.*) *praem.* pA 192 coniunguntur in] in *praem.* pA

Φ 122 per...naturalis] primo modo Φ 131 ordines] ordinem Σ 133 angelus *om.* Φ 135 VII] iv (*seu* 4) Φ 146 angelo *om.* Φ 161 III] iv (*seu* 4) Φ 167 superiores] superioribus α β δ^2 190 quod] *om.* Φ (-δ) eius *add.* δ 191 aliquod] aliquid Φ

123 supremis angelis: Gregor. *In Evang.* II hom. 34 (PL 76, 1250 B) ut refert Thomas *I Pars* q. 63 a. 7 sed c., cf. etiam Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 6 c. 1 ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 6 q. 1 a. 1 sed c. 2. 126 § 23 (PG 3, 725 C; Dion. 282). 130 homines...angelorum: Gregor. *In Evang.* II hom. 34 (PL 76, 1252 B-C) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 9 a. 8 sed c. 1, cf. etiam Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 9 c. 6. 136 § 3 (PG 3, 209 C) sec. transl. Eriugenae (Dion. 858). 148 ad invicem...differunt: cf. supra q. 8 a. 7 279 in nota. 149 vel saltem illi: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 113 (p. 153). 162 § 2 (PG 3, 165 B; Dion. 792). 166 *De ecclesiast. hier.* cap. 5 pars 1 § 2 (PG 3, 501 D; Dion. 1322). 168 Eph. III[8] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 184 lumen...organi: cf. Thomas *Super Sent. II* d. 9 a. 2 ad 4 et *Super De sensu* lect. 5.

medium quod mente concipit intellectus eius confortatur ad aliqua videnda quae prius videre non poterat. Secundum hoc ergo unus intellectus ab alio illuminari dicitur in quantum traditur ei aliquod medium cognoscendi quo intellectus confortatus potest in aliqua cognoscibilia in quae prius non poterat. Quod quidem dupliciter apud nos contingit: uno modo per sermonem, ut cum docens verbo suo tradit aliquod medium discipulo per quod eius intellectus confortatur ad aliqua intelligenda quae prius intelligere non poterat, et sic magister dicitur illuminare discipulum; alio modo in quantum alicui proponitur aliquod sensibile signum ex quo quis potest manuduci in alicuius intelligibilis cognitionem, et sic sacerdos dicitur illuminare populum, secundum Dionysium, in quantum populo sacramenta ministrat et ostendit quae sunt manuductiones in divina intelligibilia.

Sed angeli neque per sensibilia signa in cognitionem divinorum deveniunt neque intelligibilia media recipiunt cum varietate et discursu, sicut nos recipimus, sed immaterialiter; et hoc est quod Dionysius dicit VII cap. Caelestis hierarchiae, ostendens quomodo superiores angeli illuminentur « Contemplativae », inquit, « sunt primae angelorum essentiae, sensibilium symbolorum aut intellectualium speculativae; non ut varietate sacrae Scripturae in Deum reductae sed sicut immaterialis scientiae altiori lumine repletae ». Nihil ergo est aliud angelum ab angelo illuminari quam confortari intellectum inferioris angeli per aliquid inspectum in superiori ad aliqua cognoscenda, et hoc quidem hoc modo fieri potest: sicut enim in corporibus superiora sunt quasi actus respectu inferiorum, ut ignis respectu aeris, ita et superiores spiritus sunt quasi actus respectu inferiorum; omnis autem potentia confortatur et perficitur ex coniunctione ad actum suum, unde et corpora inferiora conservantur in superioribus quae sunt locus eorum; et ideo etiam inferiores angeli confortantur ex eorum continuatione ad superiores, quae quidem continuatio est per intuitum intellectus, et pro tanto ab eis dicuntur illuminari.

1. Ad primum igitur dicendum quod Augustinus loquitur de formatione ultima qua mens formatur per gratiam quae est immediate a Deo.

2. Ad secundum dicendum quod ab angelo illuminante non fit novum lumen gratiae vel naturae nisi ut participatum: cum enim omne quod intelligitur ex vi intellectualis luminis cognoscatur, ipsum cognitum in quantum huiusmodi includit in se intellectuale lumen ut participatum, ex cuius virtute habet intellectum confortare; sicut patet quando magister tradit discipulo medium alicuius demonstrationis in quo participatur lumen intellectus agentis ut in instrumento: prima enim principia sunt quasi instrumenta intellectus agentis, ut dicit Commentator in III De anima, et similiter etiam omnia principia secunda quae continent propria media demonstrationum. Unde per hoc quod superior angelus suum cognitum alteri angelo demonstrat, eius intellectus confortatur ad aliqua cognoscenda quae prius non cognoscebat; et sic non fit in angelo illuminato novum lumen naturae vel gratiae, sed lumen quod prius inerat confortatur per lumen contentum in cognito percepto a superiori angelo.

3. Ad tertium dicendum quod non est simile de lumine corporali et spirituali. Quodlibet enim corpus potest indifferenter illuminari a quocumque lumine corporali, quod ideo est quia omne lumen corporale aequaliter ad formas visibiles se habet; sed non quilibet spiritus potest aequaliter illuminari quolibet lumine quia quodlibet lumen non aequaliter continet formas intelligibiles: lumen enim su-

A 195 videre] videnda *praem.* pA 199 quo] et *add.* pA 202 verbo] loquendo *praem.* pA 209 sacerdos *hic conf.* pA] *post* dicitur *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus* 217 sed] unde *praem.* pA 224 altiori (*ex* altioris pA) *em.* A 226 quam] aliquod *add.* pA 253 lumen] vis *praem.* pA 270 aequaliter] continet *add.* pA ad *sup. lin.* A] *om.* pA

Φ 195 aliqua] alia Φ 199 aliqua] alia Φ 204 aliqua] alia Φ 222 intellectualium] –telligibilium Φ 223 sacrae *om.* Φ 224 sicut] sunt β γ sunt *add.* δ 225 aliud] *om.* Φ (-δ^1) *ante* est ergo δ^1 228 aliqua] alia Φ (-δ^1) 252 medium] aliquod *praem.* Φ 254 in *om.* Φ 261 aliqua] alia Φ (-δ^1)

210 *De ecclesiast. hier.* cap. 5 pars 1 § 6 (PG 3, 505 D; Dion. 1339). 219 § 2 (PG 3, 208 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 847). 256 Comm. 36 (VI^1, 184 C).

premum continet formas intelligibiles magis universales. Et ideo, cum inferior intellectus sit proportionatus ad accipiendum cognitionem per formas magis particulares, non sufficit ei quod illuminetur a superiori lumine, sed oportet quod illuminetur lumine inferiori ad hoc quod in cognitionem rerum adducatur, sicut patet apud nos: philosophus enim primus habet cognitionem rerum omnium in principiis universalibus; medicus autem considerat res maxime in particulari, unde non accipit immediate principia a primo philosopho sed accipit immediate a naturali qui habet principia magis contracta quam primus philosophus; naturalis autem, cuius consideratio est universalior quam medici, | potest accipere immediate *89ra* principia suae considerationis a primo philosopho. Unde cum in lumine intellectus divini rerum rationes maxime uniantur quasi in uno principio maxime universali, inferiores angeli non sunt proportionati ad hoc quod per illud lumen solum cognitionem accipiant nisi adiungatur lumen angelorum superiorum in quibus formae intelligibiles contrahuntur.

4. Ad quartum dicendum quod angelus quandoque alium angelum illuminat per medium quandoque sine medio: per medium autem, spirituale tamen, sicut cum angelus superior illuminat medium et medius illuminat infimum virtute luminis superioris angeli; sine medio autem, sicut cum angelus superior angelum immediate sub se existentem illuminat; nec oportet quod hoc modo coniungatur illuminans illuminato quasi in eius mentem illabatur, sed quasi continuati ad invicem per hoc quod unus alium intuetur.

5. Ad quintum dicendum quod unum et idem numero medium quod cognoscitur a superiori angelo cognoscitur ab inferiori, sed cognitio superioris angeli de illo est alia a cognitione inferioris, et sic quodam modo idem est lumen et quodam modo aliud. Nec tamen sequitur quod secundum hoc quod est aliud sit creatum a superiori angelo, quia res per se non subsistentes non per se loquendo fiunt sicut nec per se sunt, unde non fit color sed fit coloratum, ut dicitur VII Metaphysicae; unde non fit ipsum lumen angeli sed fit ipsum illuminatum de potentia illuminato actu illuminatum.

6. Ad sextum dicendum quod, sicut in illuminatione corporali non removetur aliqua forma sed sola privatio luminis quae est tenebra, ita etiam est in illuminatione spirituali; unde non oportet quod sit ibi aliqua corruptio, sed solum negationis remotio.

7. Ad septimum dicendum quod illud lumen angeli quo illuminari dicitur, non est perfectio essentialis ipsius angeli sed perfectio secunda quae reducitur ad genus accidentale; nec sequitur quod accidens se extendat ultra subiectum quia illa cognitio qua illuminatur superior angelus, non est in angelo inferiori eadem numero, sed specie et ratione, in quantum est eiusdem; sicut et eadem specie non numero lux est in aere illuminato et sole illuminante.

8. Ad octavum dicendum quod per lumen fit aliquid intelligibile actu quod prius erat intelligibile in potentia. Sed hoc potest esse dupliciter: uno modo ita quod illud quod est in se intelligibile in potentia fiat intelligibile actu, ut in nobis accidit, et sic lumine non indiget intellectus angelicus cum non abstrahat speciem a phantasmatibus; alio modo ita quod illud quod est intelligibile in potentia alicui intelligenti fiat ei intelligibile actu, sicut nobis fiunt substantiae superiores intelligibiles actu per media quibus in eorum cognitionem devenimus: et hoc modo intellectus angeli lumine

A 279 sed *in princ. lin.* A] ad (*primo deletum*) set *in fine lin. praem.* pA 282 philosophus...habet cognitionem rerum omnium] aliquis enim habet multarum rerum cognitionem *praem.* pA 289 naturalis] est *add.* pA 290 accipere *em.* A] *conf.* pA 302 tamen] *idem conf. praem.* pA 312 cognoscitur] est *praem.* pA 322 ipsum illuminatum] ill *praem.* pA 333 perfectio secunda] accidentalis perfecta *praem.* pA 336 illa] eadem *add.* pA 342 per lumen] lumen *praem.* pA 347 non indiget] non (*em. ex* in *primo scriptum*) *praem.* pA 349 ita] un *praem.* pA 350 potentia] fiat intelligibile actu *add.* pA (*cf. lin.* 351)

Φ 283 omnium *om.* Φ 302 cum] *om.* Φ (*def.* δ^1) 318 per se] *om.* α δ *post* non β γ 343 aliquid] aliquod Φ

321 *Metaph.* VII 8 (1034 b 7), cf. etiam ibid. VIII 4 (1044 b 21).

indiget ad hoc ut ducatur in actualem cognitionem eorum ad quae cognoscenda est in potentia.

9. Ad nonum dicendum quod illuminatio qua unus angelus alium illuminat non est de his quae ad naturalem cognitionem angelorum pertinent, quia sic omnes ex principio suae conditionis perfectam habent naturalem cognitionem, nisi forte poneremus quod superiores angeli essent causa inferiorum, quod est contra fidem. Sed cognitio ista est de his quae revelantur angelis, eorum cognitionem naturalem excedentibus, sicut de divinis mysteriis pertinentibus ad Ecclesiam superiorem vel inferiorem; unde et ponitur actio hierarchica a Dionysio. Nec sequitur quod, quamvis omnes Verbum videant, quod quicquid vident in Verbo superiores angeli, videant et inferiores.

10. Ad decimum dicendum quod, quando unus angelus ab alio illuminatur, non infunduntur ei novae species, sed ex eisdem speciebus quas prius habebat intellectus eius confortatus per lumen superius modo praedicto efficitur plurium cognoscitivus, sicut intellectus noster confortatus per lumen divinum vel angelicum ex eisdem phantasmatibus in plurium cognitionem pervenire potest quam per se posset.

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis in angelis non sit aliqua obscuritas erroris, est tamen in eis aliquorum nescientia quae eorum naturalem cognitionem excedunt; et propter hoc illuminatione indigent.

12. Ad duodecimum dicendum quod nulla res quantumcumque materialis recipit aliquid secundum id quod est formale in ipsa, sed solum secundum id quod est materiale in ea, sicuti anima nostra non recipit illuminationem ratione intellectus agentis sed ratione possibilis; velut etiam res corporales non recipiunt aliquam impressionem ex parte formae sed ex parte materiae, et tamen intellectus possibilis noster est simplicior quam aliqua forma materialis. Ita etiam et intellectus angeli illuminatur secundum id quod habet de potentialitate, quamvis ipse sit nobilior intellectu agente nostro qui non illuminatur.

13. Ad tertium decimum dicendum quod auctoritas illa est intelligenda de his quae pertinent ad cognitionem beatitudinis in quibus omnes angeli immediate illuminantur a Deo.

14. Ad quartum decimum dicendum quod ista illuminatio de qua loquimur fit per lumen gratiae perficiens lumen naturae. Nec tamen sequitur quod homo in statu viae possit angelum illuminare: non enim habet maiorem gratiam in actu sed solum in virtute, quia habet gratiam ex qua potest mereri perfectiorem statum, sicut etiam pullus equi statim natus est maior virtute quam asinus, minor autem | actuali quantitate. *89rb*

15. Ad quintum decimum dicendum quod, cum dicitur quod illuminatio est divinae scientiae assumptio, scientia dicitur divina quia ex divina illuminatione originem habet.

16. Ad sextum decimum dicendum quod formae innatae sufficiunt ad omnia cognoscenda quae naturali cognitione ab angelo cognoscuntur; sed ad ea quae sunt supra naturalem cognitionem indigent lumine altiori.

17. Ad septimum decimum dicendum quod in angelis specie differentibus non oportet quod sit lumen intelligibile specie differens, sicut et in corporibus specie differentibus est idem specie color; et hoc praecipue verum est de lumine gratiae quae etiam in hominibus et in angelis est eadem specie.

18. Ad duodevicesimum dicendum quod lumen intellectus agentis in nobis sufficit ad ea quae sunt cognitionis naturalis, sed ad alia requiritur altius lumen, ut fidei vel prophetiae.

A 369 a Dionysio] d *praem.* pA 373 decimum] x. *sup. lin.* A aliud pA quando] non *praem.* pA 385 eorum] *primum signum praeposteri ordinis absque altero praem.* A 391 recipit] ill (*primo deletum*) formas *add.* pA 404 a Deo *scrips.*] ado (*casu om. compl. abbrev.*) A 413 pullus equi] plantula nucis magnus asinus *praem.* pA 414 actuali] virtute *praem.* pA 425 quod in angelis] quod dato *praem.* pA

Φ 362 habent] haberent Φ 378 sicut] et *add.* Φ 379 vel] et Φ 404 immediate *om.* Φ 412 ex qua] per quam vel *praem.* Φ

365 contra fidem: Ioh. Damasc. ut supra q. 5 a. 8 250 in nota. 370 Cf. *De cael. hier.* cap. 3 § 1 (PG 3, 164 D; Dion. 785). 384 aliquorum nescientia: Dionys. ut supra q. 8 a. 4 223.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum inferior angelus semper illuminetur a superiori vel quandoque a Deo immediate. Et videtur quod immediate a Deo: angelus enim inferior est in potentia ad gratiam affectus et ad illuminationem intellectus; sed tantum suscipit de gratia a Deo quantum est capax; ergo tantum suscipit de illuminatione a Deo quantum est capax, et ita immediate a Deo illuminatur, non per angelum intermedium.

2. Praeterea, sicut inter Deum et inferiores angelos sunt medii superiores, ita inter superiores et nos sunt medii inferiores; sed superiores angeli quandoque illuminant nos immediate, sicut seraphim illuminavit Isaiam, ut patet Is. VI[6]; ergo et inferiores angeli quandoque illuminantur immediate a Deo.

3. Praeterea, sicuti est ordo quidam determinatus in substantiis spiritualibus, ita et in substantiis corporalibus; sed quandoque in rebus corporalibus divina virtus operatur praetermissis causis mediis, sicut cum suscitat mortuum non cooperante corpore caelesti; ergo etiam et quandoque illuminat inferiores angelos sine ministerio superiorum.

4. Praeterea, « quicquid potest virtus inferior, potest et superior »; si ergo angelus superior potest illuminare inferiorem angelum, multo fortius Deus potest immediate eum illuminare, et ita non oportet quod illuminationes divinae semper deferantur per superiores ad inferiores.

SED CONTRA est quod dicit Dionysius hanc legem esse divinitatis immobiliter firmatam ut inferiora reducantur in Deum mediantibus superioribus; ergo numquam illuminantur inferiores immediate a Deo.

2. Praeterea, sicuti angeli secundum naturam sunt superiores corporibus, ita superiores angeli inferioribus praeminent; sed nihil fit a Deo in corporalibus rebus nisi ministerio angelorum quantum ad earum gubernationem pertinet, ut patet per Augustinum III De Trinitate; ergo etiam nihil fit a Deo in inferioribus angelis nisi mediantibus superioribus.

3. Praeterea, a corporibus superioribus non moventur inferiora corpora nisi per media, sicut terra a caelo mediante aere; sed ita est ordo in corporibus sicut in spiritibus; ergo et summus spiritus non illuminat inferiores nisi per medios.

RESPONSIO. Dicendum quod ex bonitate divina procedit quod ipse de perfectione sua creaturis communicet secundum earum proportionem; et ideo non solum in tantum communicat eis de sua bonitate quod in se sint bona et perfecta, sed etiam ut aliis perfectionem largiantur, Deo quodam modo cooperando. Et hic est nobilissimus modus divinae imitationis, unde dicit Dionysius III cap. Caelestis hierarchiae quod « omnium divinius est Dei cooperatorem fieri »; et exinde procedit ordo qui est in angelis quod quidam alios illuminant.

Sed circa hunc ordinem diversimode quidam opinantur: quidam enim extimant hunc ordinem ita esse firmiter stabilitum ut numquam praeter ipsum aliquid accidat sed in omnibus et semper hic ordo servetur; alii vero extimant ita hunc ordinem stabilitum ut secundum hunc ordinem eveniat ut frequenter, quandoque tamen ex causis necessariis praetermittatur, sicut etiam et naturalium rerum cursus mutatur divina dispensatione aliqua causa nova suborta, ut patet in miraculis.

Sed prima opinio videtur rationabilior propter tria: primo quia cum hoc sit de dignitate

A 5 affectus et ad] et ad *praem.* pA 15 sicut] g *praem.* pA 20 substantiis] *conf.* (*scil.* stanstantiis) A corporalibus] spiritualibus *praem.* pA 23 cooperate A corpore caelesti] aliqua causa naturali *praem.* pA 25 superiorum] inferiorum *praem.* pA 26 quicquid] *idem conf. praem.* pA 40 inferioribus praeminent] presunt *praem.* pA 48 aere] l *praem.* pA 50 summus] *idem conf. praem.* pA 54 communicet] *idem conf. praem.* pA 62 in angelis] a *praem.* pA

Φ 3 quod] quandoque *add.* Φ 5 ad[2] *om.* Φ 16 et inferiores *om.* Φ 20 substantiis] *om.* α δ *post* corporalibus β 27 et *om.* Φ 40 angeli *om.* Φ (-γ) 42 earum] eorum Φ 69 stabilitum] stabilem vel *praem.* Φ 72 etiam et] etiam Φ (-δ^1) et δ^1

1 Desunt loci parall. 26 « quicquid...: Boetius ut supra q. 2 a. 6 30, vide notam ibid. 33 *De ecclesiast. hier.* cap. 5 pars 1 § 4 (PG 3, 504 C; Dion. 1330) ut infra q. 27 a. 4 arg. 8, cf. etiam *De cael. hier.* cap. 4 § 3 (PG 3, 181 A; Dion. 812). 44 Cap. 4 (PL 42, 873). 61 § 2 (PG 3, 165 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 791). 65 quidam: cf. Bernardus *De consideratione* III c. 4 (PL 182, 769). 68 alii: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 5 q. 6 (f. 48[rb]).

superiorum angelorum ut per eos inferiores illuminentur, eorum dignitati derogaretur si quandoque praeter eos illuminarentur. Secundo quia quanto aliqua sunt Deo qui est summe immobilis propinquiora, tanto debent esse magis immobilia; unde corpora inferiora, quae maxime a Deo distant, | quandoque deficiunt a cursu naturali, corpora vero caelestia semper naturalem motum servant; unde non videtur esse rationabile ut ordo caelestium spirituum, qui sunt Deo propinquissimi, aliquando immutetur. Tertio quia in rebus quae pertinent ad statum naturae non fit aliqua immutatio divina virtute nisi propter aliquid melius, scilicet propter aliquid quod pertineat ad gratiam vel gloriam; sed statu gloriae, in quo ordines angelorum distinguuntur, nullus est altior status; unde non videtur rationabile ut ea quae ad ordines angelorum spectant aliquando immutentur.

89va

1. Ad primum igitur dicendum quod et de gratia et de illuminatione dat Deus angelis secundum eorum capacitatem; differenter tamen quia gratia, quae ad affectum pertinet, immediate a Deo omnibus datur eo quod in voluntatibus eorum non est ordo ut unus in alium imprimere possit, sed illuminatio descendit a Deo in ultimos per primos et medios.

2. Ad secundum dicendum quod Dionysius XIII Caelestis hierarchiae capitulo dupliciter solvit: uno modo quod ille angelus qui ad purgandum prophetae labia missus est, cum de inferioribus fuerit, seraphim tamen aequivoce dictus est eo quod incendendo purgavit, calculo scilicet ignito quem forcipe tulerat de altari: dicitur enim seraphim quasi ardens vel incendens. Alio modo sic: dicit enim quod ille angelus inferioris ordinis qui labia prophetae purgavit, non intendebat reducere in se ipsum sed in Deum et in superiorem angelum quia utriusque virtute agebat; unde ostendit ei Deum et superiorem angelum, sicut et episcopus dicitur absolvere aliquem quando sacerdos auctoritate eius absolvit; et sic non oportet quod seraphim aequivoce dicatur neque quod seraphim prophetam illuminaverit immediate.

3. Ad tertium dicendum quod cursus naturalis habet aliquem statum nobiliorem propter quem dignum est ut quandoque immutetur; sed statu gloriae nihil est nobilius, et ideo non est simile.

4. Ad quartum dicendum quod non est ex impotentia Dei vel superiorum angelorum quod inferiores mediantibus mediis a Deo et primis angelis illuminantur, sed est ad hoc ut servetur dignitas et perfectio omnium, quod est dum plures in eodem Deo cooperantur.

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum unus angelus alium illuminando eum purget. Et videtur quod non: purgatio enim est ab impuritate; sed in angelis non est aliqua impuritas; ergo unus alium purgare non potest.

2. Sed dicebat quod purgatio illa non intelligitur a peccato sed ab ignorantia sive nescientia. — Sed contra, cum illa ignorantia non possit esse in beatis angelis ex peccato quia in eis nullum fuit, non erit nisi ex natura; sed quae sunt naturalia non removentur natura manente; ergo angelus ab ignorantia purgari non potest.

3. Praeterea, illuminatio tenebras pellit; in angelis autem non possunt intelligi aliae tenebrae nisi ignorantiae vel nescientiae; si ergo per purgationem nescientia removetur, purgatio et illuminatio idem erunt nec debent distingui.

4. Sed dicebat quod illuminatio respicit terminum ad quem, purgatio vero terminum a quo. — Sed contra, in nullo modo est invenire tertium terminum praeter terminum a quo et terminum ad quem; si ergo istae duae actiones

A 117 unde] *litt. imp. in fine lin. praem.* pA 118 episcopus] papa *praem.* pA 122 illuminaverit] purgaverit *praem.* pA 11 sunt] *idem conf. praem.* pA 12 angelus] unus *praem.* pA 17 idem] *idem conf. praem.* pA

Φ 81 magis immobilia] immobiliora α δ magis immobiliora β γ 100 affectum] effectum Φ 118 et] etiam Φ

106 § 1 (PG 3, 300 B; Dion. 942). 112 seraphim...incendens: cf. Isid. *Etymol.* VII c. 24 (PL 82, 273 D). 113 Alio modo: § 4 (PG 3, 305 C-D; Dion. 972 sqq.).

1 Parall.: *I Pars* q. 106 a. 2 ad 1; *Super Sent. II* d. 9 a. 2; *Comp. theol.* cap. 126.

hierarchicae, purgatio et illuminatio, distinguantur penes terminos a quo et ad quem, non erit ponere tertiam actionem, quod est contra Dionysium qui tertio loco ponit perfectionem.

5. Praeterea, quandiu aliquid est in statu proficiendi nondum est perfectum; sed cognitio angelorum aliquo modo crescit usque ad diem iudicii, ut Magister dicit in II Sententiarum XI distinctione; ergo nunc unus angelus alium perficere non potest.

6. Praeterea, sicut illuminatio est causa purgationis, ita est causa perfectionis; sed causa est prior causato; ergo sicut illuminatio praecedit perfectionem, ita praecedit purgationem si purgatio sit a nescientia.

SED CONTRA est quod Dionysius huiusmodi actiones hoc modo distinguit et ordinat III cap. Caelestis hierarchiae dicens quod « ordo hierarchiae est hos quidem purgari illos vero purgare, hos illuminari illos vero illuminare, hos quidem perfici illos autem perficere ».

RESPONSIO. Dicendum quod istae tres actiones in angelis nonnisi ad acceptionem cognitionis pertinent; unde dicit Dionysius VII cap. Caelestis hierarchiae quod « purgatio, illuminatio et perfectio est divinae scientiae assumptio ». Distinctio vero earum hoc modo accipienda est: in qualibet enim generatione vel mutatione est duos terminos invenire, scilicet terminum a quo et terminum ad quem. Uterque autem diversimode invenitur in diversis: in quibusdam enim terminus a quo est aliquid contrarium perfectioni acquirendae, sicut nigredo est contraria albedini quae per dealbationem acquiritur; quandoque vero perfectio acquirenda non habet contrarium directe sed praecedunt in subiecto dispositiones quae sunt contrariae dispositionibus ordinantibus ad perfectionem inducendam, sicut patet in corporis animatione; quandoque vero nihil praesupponitur nisi privatio sive negatio introducendae formae, sicut in aere illuminando praecedunt tenebrae quae per lucis praesentiam removentur. Similiter etiam terminus ad quem quandoque est unus tantum, sicut in dealbatione terminus ad quem est albedo; quandoque vero sunt duo termini ad quem quorum unus ad alium ordinatur, sicut patet in alteratione elementorum cuius unus terminus est dispositio quae est necessitas, alius autem est ipsa forma substantialis.

In acceptione igitur cognitionis quantum ad terminum a quo invenitur praedicta diversitas quia quandoque in accipiente scientiam praeextitit error contrarius scientiae acquirendae, quandoque vero dispositiones contrariae, sicut impuritas animae aut immoderata occupatio circa res sensibiles vel aliquid huiusmodi; quandoque vero praeexistit | solummodo cognitionis privatio vel negatio, sicut cum in cognitione de die in diem proficimus, et sic tantummodo est accipere terminum a quo in angelis. Ex parte autem termini ad quem est invenire in acceptione cognitionis duos terminos: primus est id quo intellectus perficitur ad aliquid cognoscendum, sive sit forma intelligibilis aut lumen intelligibile vel quodcumque cognitionis medium; secundus autem terminus est ipsa cognitio quae exinde procedit, quae est ultimus terminus in acceptione cognitionis. 89vb

Sic igitur purgatio est in angelis per remotionem nescientiae, unde dicit Dionysius VII cap. Caelestis hierarchiae quod « divinae scientiae assumptio est purgans ignorantiam ». Illuminatio vero est secundum primum terminum ad quem, unde dicit ibidem quod illuminantur angeli in quantum eis aliquid manifestatur « per altiorem illuminationem ». Sed perfectio

A 49 Caelestis hierarchiae *inv.* pA 61 dispositiones] ad formam *add.* pA 79 praeextitit *clare* A 88 in] angelis *add.* pA

Φ 24 distinguantur] –guuntur Φ 32 II Sententiarum] sententiis Σ 33 angelus *om.* Φ 36 causa[1] *om.* Φ 49 purgatio] et *add.* Φ 52 enim *om.* Φ 63 patet *om.* Σ 67 tenebrae *om.* Σ (-δ[1]) 69 sicut] ut Φ 74 est[2] *om.* Φ 79 praeextitit] preexistit *potius* Φ (*tamen* preextitit O[1] *et* preestitit Kl *ex* α) 94 terminus *om.* Σ 95 purgatio] precognitio Φ 99 secundum] per Φ

27 Cf. infra lin. 42. 33 Cap. 2. 42 § 2 (PG 3, 165 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 792). 49 § 3 (PG 3, 209 C) sec. transl. Eriugenae (Dion. 858). 73 dispositio...necessitas: cf. Thomas *Super Sent. IV* d. 17 q. 1 a. 4 sol. 2 et Bonaventura *Super Sent. II* d. 9 art. unic. q. 3 ad 3. 97 § 3 (PG 3, 209 C) sec. transl. Eriugenae (Dion. 859). 102 « per...: ut hic supra.

est quantum ad ipsum terminum ultimum, unde dicit quod perficiuntur « ipso lumine scientia lucidarum doctrinarum », ut hoc modo intelligatur differre illuminatio et perfectio, sicut formatio visus per speciem visibilis et cognitio ipsius visibilis. Et secundum hoc Dionysius in Ecclesiasticae hierarchiae v cap. dicit quod ordo diaconorum est ad purgandum institutus, sacerdotum ad illuminandum, episcoporum ad perficiendum: quia scilicet diaconi habebant officium super catechumenos et energumenos in quibus sunt dispositiones contrariae illuminationi, quae eorum ministerio removentur; sacerdotum autem officium est populo sacramenta communicare et ostendere, quae sunt quasi quaedam media quibus deducimur in divina; episcoporum autem officium erat populo aperire spiritualia quae erant in sacramentorum significatione velata.

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut dicit Dionysius VI cap. Ecclesiaticae hierarchiae, quod purgatio in angelis non est intelligenda ab aliqua impuritate, sed solummodo a nescientia.

2. Ad secundum dicendum quod aliqua negatio vel defectus dicitur esse ex natura dupliciter: uno modo quasi sit naturae debitum talem negationem habere, sicut non habere rationem est naturale asino, et huiusmodi naturalis defectus numquam removetur manente tali natura; alio modo quia non est naturae debitum talem perfectionem habere, dicitur esse negatio ex natura, et praecipue quando naturae facultas non sufficit ad huiusmodi perfectionem acquirendam, et talis naturalis defectus tollitur, sicut patet de ignorantia quam pueri habent, et de defectu gloriae qui a nobis tollitur per gloriae collationem. Et similiter etiam ab angelis nescientia aufertur.

3. Ad tertium dicendum quod illuminatio et purgatio se habent in acquisitione scientiae angelicae sicut generatio et corruptio in acquisitione formae naturalis; quae quidem sunt unum subiecto, differunt autem ratione.

4. Ad quartum patet responsio ex dictis.

5. Ad quintum dicendum quod perfectio non accipitur in proposito respectu totius cognitionis angelicae, sed respectu unius cognitionis tantum quae perficitur dum in cognitionem alicuius rei perducitur.

6. Ad sextum dicendum quod, sicut forma est quodam modo causa materiae in quantum dat ei esse actu, quodam vero modo materia est causa formae in quantum sustentat ipsam, ita etiam quodam modo ea quae sunt ex parte formae sunt priora his quae sunt ex parte materiae, quodam vero modo e converso. Et quia privatio se tenet ex parte materiae, ideo remotio privationis est prior introductione formae naturaliter secundum ordinem quo materia est prior forma, qui dicitur ordo generationis; sed introductio formae est prior illo ordine quo forma est prior materia, qui est ordo perfectionis. Et eadem ratio est de ordine illuminationis et perfectionis.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum unus angelus alii loquatur. Et videtur quod non quia, ut dicit Gregorius in Moralium XVIII super illud Iob XXVIII[17] « Non adaequabitur ei aurum vel vitrum», ' tunc erit unus conspicabilis alteri sicut nunc non est conspicabilis ipse sibi '; sed nunc non oportet quod aliquis sibi loquatur ad hoc quod conceptum suum cognoscat; ergo nec in patria erit necessarium ut unus alteri loquatur ad suum conceptum de-

A 103 ultimum] il *praem.* pA 105 scientia] secundum habitum (*cum Dionysio*) *praem.* pA 108 secundum hoc] hoc *praem.* pA 111 sacerdotum] *idem conf. et imp. praem.* pA illuminandum] perfi *praem.* pA 122 quod *hic et ante* purgatio[124] A: *repetitio non insolita apud Thomam* 137 tollitur] *litt. imp. praem.* pA 143 acquisitione] *idem conf. praem.* pA 149 respectu totius] pro tota *praem.* pA 151 quae (*e* quem pA) *em.* A
2 non] un *praem.* pA 3 Moralium *scrips.*] moralibus (*casu non emendatum: cf. notatio insequens*) A XVIII *sup. lin.* A] *om.* pA 4 ei *em.* A] es (*ut videtur*) pA 6 alteri sicut] si *praem.* pA 7 aliquis] *idem conf. praem.* pA 8 quod] secundum *add.* pA

Φ 123 VI] vii (*seu* 7) Φ 124 quod *om.* Σ 132 manente] remanente *post* natura Φ 159 quodam] quedam Σ (-δ²)

104 dicit: hic supra. 109 Pars 1 § 7 (PG 3, 508 C; Dion. 1345). 124 Pars 3 § 6 (PG 3, 537 B; Dion. 1404).
1 Parall.: *I Pars* q. 107 a. 1; *Super Sent. II* d. 11 q. 2 a. 3; *Super I Cor.* cap. 13 lect. 1. 3 Cap. 48 (PL 76, 84 B).

monstrandum; ergo nec in angelis, qui sunt beati, necessaria est locutio.

2. Praeterea, Gregorius ibidem dicit « Cum uniuscuiusque vultus attenditur, simul et conscientia penetratur »; ergo non requiritur ibi locutio ad hoc quod unus alterius conceptum sciat.

3. Praeterea, Maximus in commento super Caelestem hierarchiam, II cap., sic dicit de angelis loquens « In incorporalitate consistentes et in alterutrum accedentes et discedentes, omni sermone expressius alterutrorum sensus speculantes, quodam modo mutuo disputant, per silentium verbi communicantes alterutris »; sed silentium locutioni opponitur; ergo angeli cognoscunt invicem sensus suos sine locutione.

4. Praeterea, omnis locutio est per aliquod signum; sed signum non est nisi in sensibilibus quia « signum est quod praeter speciem quam ingerit sensibus facit aliud in cognitionem venire », ut dicitur in I dist. IV Sententiarum; ergo cum angeli non accipiant scientiam a sensibilibus, non accipient cognitionem per aliqua signa, et ita nec per locutionem.

5. Praeterea, signum videtur esse id quod est notius quoad nos minus autem notum secundum naturam, et secundum hoc distinguit Commentator in principio libri Physicorum demonstrationem signi contra demonstrationem simplicem quae est demonstratio propter quid; sed angelus non accipit cognitionem ex his
90ra quae sunt posteriora in natura; | ergo nec per signum, et ita nec per locutionem.

6. Praeterea, in omni locutione oportet esse aliquid quod excitet audientem ad attendendum verbis loquentis, quod apud nos est ipsa vox loquentis; hoc autem non potest poni in angelo; ergo nec locutio.

7. Praeterea, ut Plato dicit, sermo ad hoc datus est nobis ut cognoscamus voluntatis indicia; sed unus angelus cognoscit indicia voluntatis alterius angeli per se ipsum quia sunt spiritualia et omnia spiritualia ab angelo eadem cognitione cognoscuntur; unde cum angelus per se ipsum spiritualem naturam alterius angeli cognoscat, per se ipsum cognoscet voluntatem ipsius, et ita non indigent aliqua locutione.

8. Praeterea, formae intellectus angelici ordinantur ad cognitionem rerum, sicut rationes rerum in Deo ad rerum productionem cum sint similes eis; sed per rationes ideales producitur res et quicquid est in re, vel intus vel extra; ergo et angelus per formam intellectus sui cognoscit angelum et omne id quod est intrinsecum angelo, et ita cognoscit conceptum eius, et sic idem quod prius.

9. Praeterea, duplex est locutio in nobis, interior scilicet et exterior; exterior autem in angelis non ponitur, alias oporteret quod voces formarent dum unus alii loqueretur; locutio autem interior non est nisi cogitatio, ut patet per Anselmum et Augustinum; ergo in angelis non potest poni aliqua locutio praeter cogitationem.

10. Praeterea, Avicenna dicit quod in nobis causa locutionis est multitudo desideriorum, quam constat ex multis defectibus provenire quia desiderium est rei non habitae, ut Augustinus dicit; cum ergo in angelis non sit ponere defectuum multitudinem, non erit in eis ponere locutionem.

11. Praeterea, unus angelus non potest alterius cogitationem cognoscere per essentiam ipsius cogitationis cum non sit per essentiam intellectui eius praesens, ergo oportet quod per aliquam speciem eam cognoscat; sed angelus

A 19 Caelestem *scrips.* (*cf. infra* a. 6 *lin.* 5-8)] ecclesiasticam (*mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 24 silentium] sci *praem.* pA 32 accipiant (*ex* accipiunt *ut videtur* pA) *em.* A 34 nec per] p *imp. praem.* pA 39 demonstrationem signi contra] contra *praem.* pA 47 hoc] ergo *praem.* pA 59 rerum] re *idem conf. inc. praem.* pA 61 similes eis] eis *praem.* pA 67 in nobis *hic* A] *post* exterior[1] *lin.* 68 pA 70 loqueretur] ergo *imp. add.* pA 73 locutio] *idem conf. praem.* pA 75 in...locutionis est] locutio est *praem.* pA

Φ 14 uniuscuiusque] unusquisque Φ (-δ) 19 Caelestem] ecclesiasticam (*induc.* A) Φ 29 quod *om.* Φ 31 dicitur] habetur Φ 31 in *om.* Φ IV *om.* Σ 43 nec] non Φ 60 rerum[2]] earum Φ 63 formam] formas Φ 64 id *om.* Φ 83 cogitationem] cognitionem Φ (-δ[1]) 84 cogitationis] cognitionis Φ (-δ[1])

13 Hic supra. 19 *Scholia* in cap. 2 § 4 (PG 4, 44 C) sec. transl. Anastasii Bibliothecarii (ms. Paris B. N. lat. 17341, f. 38ra). 31 Cap. 3. 38 *Phys.* I comm. 2 (IV, 6 L). 49 *Timaeus* Chalcidio interprete p. 11 (ed. J. H. Waszink, p. 44,25). 72 *Monol.* cap. 63 (PL 158, 208 D) ut supra q. 4 a. 2 13; *De Trin.* XV c. 10 (PL 42, 1071) ut supra q. 4 a. 1 136. 75 *De anima* V c. 1 (f. 22rb A). 79 *De Trin.* IX c. 12 (PL 42,971) ut dicitur infra q. 22 a 1 arg. 4, cf. tamen *Enarr. in Ps.* CXVIII[20] (PL 37, 1522).

per se ipsum sufficit ad cognoscendum omnia quae naturaliter sunt in alio angelo per species innatas; ergo eadem ratione per easdem species cognoscet omnia quae voluntate fiunt in alio angelo, et ita non videtur quod in angelis sit ponenda locutio ad hoc quod conceptus unius alteri innotescat.

12. Praeterea, nutus et signa non fiunt ad auditum sed ad visum, locutio autem fit ad auditum; angeli autem conceptus suos mutuo sibi indicant « nutibus et signis », ut dicitur I Cor. XIII[1] in glosa super id « Si linguis hominum » etc.; ergo non communicat per locutionem.

13. Praeterea, locutio est motus quidam cognitivae virtutis; sed motus cognitivae terminatur ad animam et non ad id quod est extra; ergo per locutionem non ordinatur angelus ad alium ut ei suum conceptum demonstret.

14. Praeterea, in omni locutione oportet manifestari aliquid ignotum per notum, sicut nos manifestamus conceptus nostros per sonos sensibiles; sed hoc in angelis non potest poni quia angeli natura, quae est alteri angelo naturaliter nota, est infigurabilis, ut Dionysius dicit, et sic non potest in ea aliquid fieri quo demonstretur id quod est in ea ignotum; ergo locutio in angelis esse non potest.

15. Praeterea, angeli sunt quaedam spiritualia lumina; sed lux ex hoc ipso quod videtur, se ipsam totaliter manifestat; ergo ex hoc ipso quod angelus videtur, totaliter cognoscitur omne id quod in ipso est, et sic locutio in eis locum non habet.

SED CONTRA est quod dicitur I Cor. XIII[1] « Si linguis hominum loquar et angelorum » etc.; sed frustra esset lingua nisi esset locutio; ergo angeli loquuntur.

2. Praeterea, « quod potest virtus inferior, potest et superior », secundum Boetium; sed homo potest conceptum suum alteri homini revelare; ergo similiter et angelus potest; hoc autem est eum loqui; ergo in eis est locutio.

3. Praeterea, Damascenus dicit quod angeli « sermone prolato sine voce tradunt sibi invicem voluntates et consilia et intelligentias »; sermo autem non est nisi per locutionem; ergo in angelis est locutio.

RESPONSIO. Dicendum quod in angelis aliquem modum locutionis ponere oportet: cum enim angelus secreta cordis non cognoscat specialiter et directe, ut in praecedenti quaestione De cognitione angelorum habitum est, oportet quod unus alteri manifestet suum conceptum; et hoc est locutio angelorum. In nobis enim locutio dicitur ipsa manifestatio interioris verbi quod mente concipimus.

Quomodo autem angeli suos conceptus aliis manifestent, oportet accipere ex similitudine rerum naturalium eo quod formae naturales sunt quasi imagines immaterialium, ut Boetius dicit. Invenimus autem formam aliquam existere in materia tripliciter: uno modo imperfecte, medio scilicet modo inter potentiam et actum, sicut formae quae sunt in fieri; alio modo in actu perfecto, perfectione dico qua habens formam est perfectum in se ipso; tertio modo in actu perfecto secundum quod habens formam potest communicare etiam alteri perfectionem, – aliquid enim est in se lucidum quod alia illuminare non potest –. Similiter etiam intelligibilis forma in intellectu existit tripliciter: primo quasi mediocriter inter potentiam et actum, quando scilicet est ut in habitu; secundo ut in actu perfecto quantum ad ipsum intelligentem, et hoc est quando intelligens

A 89 innatas] *idem conf. praem.* pA 90 voluntate *scrips.*] *imp.* (*scil.* voluntᵉ) A 95 visum] *idem conf. praem.* pA 96 angeli] cum ergo *praem.* pA 99 ergo] unus u *add.* pA 109 angelis] *idem conf. praem.* pA 112 quo] quod *praem.* pA 122 et (*ex* etc. pA) *em.* A 130 Praeterea] . § Responsio.dicendum quod *praem.* pA 138 quaestione De cognitione] cog *praem.* pA 140 quod] si *add.* pA unus] poss *add.* pA 142 interioris verbi] qua verbum *praem.* pA 143 quod] *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 145 ex similitudine] s *praem.* pA 152 perfecto] sicut *add.* pA 154 habens *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA

Φ 90 voluntate] –tarie Φ 95 sed ad] sed α γ et β 98 hominum *om.* Φ 110 alteri *om.* Φ 119 id] illud Φ 123 etc. *om.* Φ nisi] si non Φ 126 et *om.* Φ 157 etiam] et Φ 160 ut *om.* Φ

98 *Ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1658 C). 111 *De div. nom.* cap. 1 § 1 (PG 3, 588 B; Dion. 10). 115 spiritualia lumina: Dionys. ut supra q. 8 a. 7 71. 126 Ut supra q. 2 a. 6 30 in nota. 130 *De fide* II c. 3 (PG 94, 868 B; Bt 70). 139 Art. 13. 147 *De Trin.* cap. 2 (PL 64, 1250 D) ut dicitur infra q. 10 a. 7 111.

actu cogitat secundum formam quam penes se habet; tertio vero in ordine ad alterum. Et transitus quidem de uno modo in alterum est quasi de potentia in actum per voluntatem. Ipsa enim voluntas angeli facit ut actualiter se convertat ad 90rb| formas quas quasi in habitu habebat; et similiter voluntas facit ut intellectus angeli adhuc perfectius fiat in actu formae penes ipsum existentis, ut scilicet non solum secundum se sed etiam in ordine ad alium tali forma perficiatur; et quando sic est, tunc alius angelus eius cognitionem percipit, et secundum hoc dicitur alteri angelo loqui.

Et similiter esset apud nos si intellectus noster posset ferri in intelligibilia immediate; sed quia intellectus noster a sensibilibus naturaliter accipit, oportet quod ad interiores conceptus exprimendos quaedam sensibilia signa aptentur quibus cogitationes cordium nobis manifestentur.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum Gregorii potest intelligi et de corporali visione et de spirituali: in patria enim sanctorum corporibus glorificatis unus corporali oculo poterit videre intima corporis alterius quae nunc non potest etiam inspicere in se ipso quia corpora gloriosa erunt quasi pervia, unde ibidem Gregorius comparat ea vitro; similiter etiam oculo spirituali unusquisque videbit an alius habeat caritatem et mensuram caritatis, quod non potest quis nunc scire de se ipso. Non tamen oportet quod actuales cogitationes ex voluntate dependentes unus in altero cognoscat.

2. Ad secundum dicendum quod conscientia alterius dicitur penetrari quantum ad habitus et non quantum ad actuales cogitationes.

3. Ad tertium dicendum quod silentium ibi privat locutionem vocalem qualis est in nobis, non spiritualem qualis est in angelis.

4. Ad quartum dicendum quod signum proprie loquendo non potest dici nisi aliquid ex quo deveniatur in cognitionem alterius quasi discurrendo, et secundum hoc signum in angelis non est cum eorum scientia non sit discursiva, ut in praecedenti quaestione est habitum; et propter hoc etiam in nobis signa sunt sensibilia quia nostra cognitio, quae discursiva est, a sensibilibus oritur. Sed communiter possumus signum dicere quodcumque notum in quo aliquid cognoscatur; et secundum hoc forma intelligibilis potest dici signum rei quae per ipsam cognoscitur, et sic angeli cognoscunt res per signa, et sic unus angelus per signum alii loquitur, scilicet per speciem in cuius actu intellectus eius perfecte fit in ordine ad alterum.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis in naturalibus, quorum effectus sunt nobis magis noti quam causae, signum sit id quod est posterius in natura, tamen de ratione signi etiam proprie accepti non est quod sit vel prius vel posterius in natura, sed solummodo quod sit nobis praecognitum; unde quandoque accipimus effectus ut signa causarum, sicut pulsum signum sanitatis, quandoque vero causas signa effectuum, sicut dispositiones corporum caelestium signa imbrium et pluviarum.

6. Ad sextum dicendum quod angeli ex hoc ipso quod se ad alios convertunt, dum se in actu aliquarum formarum in ordine ad alios faciunt, quodam modo alios excitant ad eis intendendum.

7. Ad septimum dicendum quod angelus eodem genere cognitionis cognoscit omnia spiritualia, scilicet intellectualiter; sed hoc quod est cognoscere per se vel per alterum non pertinet ad speciem cognitionis sed magis ad mo-

A 163 quam] qua *conf. idem inc. praem.* pA 174 percipit] non *add.* pA 175 loqui] lo *conf. praem.* pA 185 visione] inspectu *praem.* pA 204 non...nisi aliquid ex] est illud ex *praem.* pA 207 non²] *idem conf. praem.* pA 212 quodcumque] aliquid *praem.* pA 221 noti (*e* note pA) *em.* A 235-245 Ad septimum...natura *hic* A] *post* angelis dicatur (*lin.* 256) pA: *litteris* b-a *in margine ordo solutionum restauratur* 235 septimum] vii *sup. lin.* A ix pA

Φ 165 modo *om.* Φ 167 facit *om.* Φ (-δ¹) 172 etiam *om.* Σ 181 cogitationes] cognitiones Φ 193 non...scire] nunc non potest scire aliquis Φ 194 cogitationes] cognitiones Φ (-γ) 195 in altero] taliter Φ 199 cogitationes] cognitiones Σ 208 praecedenti quaestione] precedentibus Φ 218 alterum] alium Φ 222 etiam *om.* Φ 223 accepti] accepta Φ 226 sicut] ut Φ 227 signum *om.* Φ 231 se²] sunt Φ 236 cognitionis *om.* Φ

208 Art. 15. 211 a sensibilibus oritur: Arist. ut refert Thomas infra q. 10 a. 6 89 et a. 13 136. 229 signa...pluviarum: Ioh. Damasc. *De fide* II c. 7 (PG 94, 893 B; Bt 91) ut refert Thomas *I Pars* q. 115 a. 3 arg. 1.

dum accipiendi cognitionem. Unde non oportet quod, si unus angelus cognoscat naturam alterius per se ipsum, quod etiam locutionem alterius per se ipsum cognoscat quia cogitatio angeli non est ita cognoscibilis alteri angelo sicut eius natura.

8. Ad octavum dicendum quod ratio illa procederet si formae intellectus angelici essent ita efficaces ad cognoscendum sicut sunt rationes rerum in Deo efficaces ad producendum; sed hoc non est verum cum nulla sit aequalitas creaturae ad Creatorem.

9. Ad nonum dicendum quod, quamvis in angelis non sit locutio exterior sicut in nobis, scilicet per signa sensibilia, est tamen alio modo, ut ipsa ordinatio cogitationis ad alterum exterior locutio in angelis dicatur.

10. Ad decimum dicendum quod multitudo desideriorum pro tanto dicitur esse causa locutionis quia ex multitudine desideriorum sequitur multitudo conceptuum qui non possent nisi signis valde variis exprimi; animalia autem bruta habent paucos conceptus quos paucis naturalibus signis exprimunt: unde cum in angelis sint multi conceptus, requiritur etiam ibi locutio. Nec multitudo conceptuum alia desideria requirit in angelis quam desiderium communicandi alteri quod ipse mente concepit; quod desiderium imperfectionem in angelis non ponit.

11. Ad undecimum dicendum quod unus angelus cogitationem alterius cognoscit per speciem innatam per quam alium angelum cognoscit quia per eandem cognoscit omne quod cognoscit in alio angelo; unde quam cito angelus se ordinat ad alium angelum secundum actum alicuius formae, ille angelus cognoscit eius cogitationem, et hoc quidem dependet ex voluntate angeli. Sed cognoscibilitas naturae angelicae non dependet ex voluntate angeli; et ideo non requiritur locutio in angelis ad cognoscendam naturam sed ad cognoscendam cogitationem tantum.

12. Ad duodecimum dicendum quod secundum Augustinum, visus et auditus solummodo exterius differunt, interius autem sunt idem in mente quia in mente non est aliud audire et videre, sed in sensu exteriori tantum; unde apud angelum, qui sola mente utitur, non differt audire et videre. Sed tamen dicitur in angelis locutio ad similitudinem | eius quod in nobis fit: nos enim per auditum scientiam ab aliis acquirimus. Nutus autem et signa hoc modo possunt in angelis distingui, ut signum dicatur ipsa species, nutus autem ordinatio ad alium; sed potestas hoc faciendi dicitur lingua. 90va

13. Ad tertium decimum dicendum quod locutio est motus cognitivae, non qui sit ipsa cognitio, sed est cognitionis manifestatio; et ideo oportet quod sit ad alium. Unde etiam Philosophus dicit in III De anima quod « lingua est ut significet alii ».

14. Ad quartum decimum dicendum quod essentia angeli non est figurabilis figura corporali, sed intellectus eius quasi figuratur forma intelligibili.

15. Ad quintum decimum dicendum quod lux corporalis manifestat se ipsam ex necessitate naturae, unde uniformiter se manifestat quantum ad omnia quae in ipsa sunt; sed in angelis est voluntas cuius conceptus manifesti esse non possunt nisi secundum imperium voluntatis, et ideo opus est locutione.

A 243 cogitatio *sup. lin.* A] cognitio pA 244 ita (*ex* inta pA) *em.* A 246 octavum] vii (*e* viii *primo scriptum*) *em.* sA viii *restituit tertius* A 247 formae] for *conf. praem.* pA 252 nonum] ix *primo script. deletur et sup. lin.* viii sA ix *restituit tertius* A 255 modo] scilicet *add.* pA 257 decimum] x *in marg.* A vii pA (*cf. notatio ad lin.* 235) 259 ex *in fine lin.* A] *om.* (*ut videtur*) pA 259 multitudine] multitudo *praem.* pA (*cf. notatio superior*) 264 requiritur (*emendans descriptionem conf. ex* pA) *plene* A 277 cogitationem] con *praem.* pA 292 acquirimus] aq *praem.* pA 304 quasi] qui *idem conf. inc. praem.* pA 307 manifestat] ag *praem.* pA

Φ 241 alterius] angeli *add.* Φ 260 possent] possunt Φ 262 paucos] valde *praem.* γ δ^1 valde *add.* α β δ^2 268 imperfectionem] perfectionem *post* angelis Φ (-δ^1) *post* angelis δ^1 290 angelis] angelo Σ angelos β locutio] *om.* α δ loquendo γ 295 potestas] possibilitas Φ

284 *De Trin.* XV c. 10 (PL 42, 1071). 300 *De anima* III 13 (435 b 24) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 395,13).

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum inferiores angeli superioribus loquantur. Et videtur quod non per glosam quae habetur I Cor. XIII[1] « Si linguis hominum » etc., quae sic dicit « Linguae sunt quibus angeli praepositi significant minoribus quod de Dei voluntate primi sentiunt »; ergo locutio, quae est actus linguae, ad solos superiores angelos pertinet.

2. Praeterea, a quolibet loquente fit aliquid in audiente; sed ab angelis inferioribus nihil potest in superiores fieri quia superiores non sunt in potentia respectu inferiorum, sed magis e converso cum superiores habeant magis de actu et minus de potentia; ergo inferiores angeli non possunt loqui superioribus.

3. Praeterea, locutio supra cogitationem addit scientiae infusionem; sed inferiores angeli non possunt aliquid infundere superioribus quia sic in eos agerent, quod esse non potest; ergo eis non loquuntur.

4. Praeterea, illuminatio nihil est aliud quam manifestatio alicuius ignoti; sed locutio est in angelis ad manifestandum aliquid ignotum; ergo locutio in angelis est illuminatio quaedam; ergo cum angeli inferiores non illuminent superiores, videtur quod inferiores superioribus non loquantur.

5. Praeterea, angelus ad quem fit locutio est in potentia cognoscens id quod locutione exprimitur; per locutionem autem fit actu cognoscens; ergo angelus loquens reducit `illum cui loquitur de potentia in actum; sed hoc non est possibile inferioribus angelis respectu superiorum quia sic essent eis nobiliores; ergo non loquuntur inferiores superioribus.

6. Praeterea, quicumque loquitur alteri de aliquo ei ignoto, docet ipsum; si ergo inferiores angeli loquuntur superioribus de propriis conceptibus quos illi ignorant, videtur quod eos doceant, et sic eos perficiunt cum perficere sit docere secundum Dionysium; et hoc est contra ordinem hierarchiae secundum quem inferiores a superioribus perficiuntur.

SED CONTRA est quod Gregorius dicit in II Moralium quod « Deus loquitur angelis et angeli loquuntur Deo »; ergo eadem ratione et superiores angeli inferioribus et e converso.

RESPONSIO. Dicendum quod ad evidentiam huius quaestionis oportet scire qualiter illuminatio et locutio in angelis differant; quod quidem sic potest accipi. Intellectus aliquis deficit a cognitione alicuius cognoscibilis propter duo: uno modo propter absentiam cognoscibilis, sicut non cognoscimus gesta praeteritorum temporum vel aliorum locorum remotorum quae ad nos non pervenerunt; alio modo propter defectum intellectus qui non est adeo fortis ut possit pertingere ad illa cognoscibilia quae penes se habet, sicut intellectus omnes conclusiones penes se habet in primis principiis naturaliter notis quas tamen non cognoscit nisi roboratus exercitio vel doctrina. Locutio igitur proprie est qua aliquis ducitur in cognitionem ignoti per hoc quod fit sibi praesens quod alias erat ei absens, sicut apud nos patet dum unus alteri refert aliqua quae ille non vidit et sic facit ei quodam modo praesentia per loquelam; sed illuminatio est quando intellectus confortatur ad aliquid cognoscendum supra id quod cognoscebat, ut ex praedictis patet.

Sed tamen sciendum quod locutio potest esse in angelis et in nobis sine illuminatione quia quandoque contingit aliqua nobis manifestari per locutionem ex quibus intellectus

A 2 superioribus] *idem conf. praem.* pA 40 perficiunt] *idem conf. et imp. praem.* pA 51 aliquis] aliquid *praem.* pA 54 sicut] d *add.* pA 59 omnes conclusiones] cog *et litt. imp. praem.* pA 69 cognoscendum supra] altius *praem.* pA 70 ex] *litt. imp. praem.* pA 71 quod] aliquis illo *add.* pA

Φ 3 non] quia *add.* Φ 4 hominum *om.* Φ 16 cogitationem] cognitionem Φ 24 illuminatio] manifestatio Φ 34 eis *om.* Φ 36 alteri] alicui Φ 45 II] v Φ 46 angeli loquuntur] angelus loquitur Φ 47 angeli *om.* Φ 54 non] dum Φ (-δ) nos δ^1 59-60 sicut...se habet *hom. om.* Φ 63 ignoti] ignorati Φ 66 aliqua quae] aliquid quod Φ 70 praedictis] dictis Φ (-δ^2)

1 Parall.: *I Pars* q. 107 a. 2; *Super Sent. II* d. 11 q. 2 a. 3 ad 5; *Super I Cor.* cap. 13 lect. 1. 3 *Ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1658 C). 41 *De cael. hier.* cap. 3 § 3 (PG 3, 168 A; Dion. 797). 45 Cap. 7 (PL 75, 559 B). 70 praedictis: a. 1 et 3.

nullo modo ad intelligendum magis roboratur, sicut cum recitantur mihi aliquae historiae vel cum unus angelus alteri conceptionem suam demonstrat: huiusmodi enim indifferenter possunt cognosci et ignorari ab eo qui habet debilem intellectum et fortem. Sed illuminatio semper habet locutionem adiunctam et in angelis et in nobis: nos enim secundum hoc alium illuminamus quod ei aliquod medium tradimus quo intellectus eius roboratur ad aliquid cognoscendum, quod per locutionem fit; similiter etiam oportet quod et in angelis fiat per locutionem: superior enim angelus habet cognitionem de rebus per formas magis universales, unde inferior angelus non est proportionatus | ad accipiendum cognitionem a superiori angelo nisi superior angelus cognitionem suam quodam modo dividat et distinguat concipiendo in se illud de quo vult illuminare, per modum talem quo sit comprehensibile ab inferiori angelo et talem conceptum suum angelo alteri manifestando cum illum illuminat. Unde dicit Dionysius XV cap. Caelestis hierarchiae « Unaquaeque intellectualis essentia donatam sibi a diviniore uniformem intelligentiam, provida virtute dividit et multiplicat ad inferioris ductricem analogiam »; et est simile de magistro qui videt discipulum non posse capere ea quae ipse cognoscit per illum modum quo ipse cognoscit, et ideo studet distinguere et multiplicare per exempla ut sic possit a discipulo comprehendi.

90vb

Dicendum est igitur quod illa locutione quae illuminationi adiungitur, superiores solum inferioribus loquuntur; sed secundum aliam locutionem indifferenter loquuntur et superiores inferioribus et e converso.

1. Ad primum igitur dicendum quod glosa illa loquitur de locutione adiuncta illuminationi.

2. Ad secundum dicendum quod angelus loquens nihil facit in angelo cui loquitur, sed fit aliquid in angelo ipso loquente, et ex hoc ab alio cognoscitur modo prius dicto; unde etiam non oportet quod loquens aliquid infundat ei cui loquitur.

3. Et sic patet solutio ad tertium.

4. Ad quartum patet responsio ex dictis.

5. Ad quintum dicendum quod angelus cui aliquis loquitur fit actu cognoscens de potentia cognoscente non per hoc quod ipse reducatur de potentia in actum, sed per hoc quod ipse angelus loquens reducit se ipsum de potentia in actum dum facit se in actu perfecto alicuius formae secundum ordinem ad alterum.

6. Ad sextum dicendum quod doctrina est proprie de his quibus perficitur intellectus; hoc autem quod unus angelus cognoscat cogitationem alterius non pertinet ad perfectionem intellectus eius, sicut nec pertinet ad perfectionem intellectus mei quod cognoscam res absentes quae ad me non pertinent.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum requiratur determinata distantia localis ad hoc quod unus angelus alii loquatur. Et videtur quod sic quia ubicumque requiritur accessus et recessus, necessaria est determinata distantia; sed angeli « accedentes in alterutrum et discedentes » sibi suos sensus mutuo conspiciunt, ut Maximus dicit super II cap. Caelestis hierarchiae; ergo etc.

2. Praeterea, secundum Damascenum angelus ubi operatur ibi est; si ergo angelus alteri angelo loquitur, oportet quod sit ubi est ille cui loquitur, et sic requiritur determinata distantia.

3. Praeterea, Is. VI[3] dicitur quod « alter clamabat ad alterum »; sed locutio clamosa non habet locum nisi propter distantiam eius cui loquimur; ergo videtur quod distantia impediat locutionem angeli.

A 88 formas *infra lineam* A] conceptus pA 119 sic] per hoc *praem.* pA 121 angelus] superior *praem.* pA 122 loquitur] d *add.* pA 132 eius] eu *conf. praem.* pA sicut] *idem conf. praem.* pA

Φ 109 loquuntur] dicuntur α β δ^1 dicuntur loqui δ^2 119 sic] per hoc Φ 130 cognoscat cogitationem] cognoscit cognitionem Φ 8 11] vi (*seu* 6) Φ 10 ergo] igitur Φ angelus *om.* Φ

87 superior...universales: Dionys. ut refert Thomas supra q. 8 a. 10 38. 97 § 3 (PG 3, 332 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 1006). 116 prius: a. 4.

1 Parall.: *I Pars* q. 107 a. 4; *Super Sent. II* d. 11 q. 2 a. 3 ad 3 et 4. 8 Ut supra a. 4 19. 9 *De fide* I c. 13 (PG 94, 853 A; Bt 56) et ibid. II c. 3 (869 B; Bt 27).

4. Praeterea, locutio oportet quod deferatur a loquente in audientem; sed hoc non potest esse si sit localis distantia inter loquentem angelum et audientem quia locutio spiritualis per medium corporale non defertur; ergo distantia localis locutionem angeli impedit.

5. Praeterea, anima Petri si esset hic cognosceret ea quae hic aguntur, cum autem est in caelo non cognoscit, unde Is. LXIIII super illud « Abraham nescivit nos » dicit glosa Augustini « nesciunt mortui, etiam sancti, quid agant vivi, etiam eorum filii »; ergo distantia localis impedit animae beatae cognitionem, et eadem ratione angeli, et etiam locutionem.

SED CONTRA est quod maxima distantia est inter paradisum et infernum; sed illi mutuo se inspiciunt, maxime ante diem iudicii, ut patet per id quod habetur Luc. XVI[23] de Lazaro et divite; ergo nulla distantia localis impedit animae separatae cognitionem, et similiter nec angeli, et eadem ratione nec locutionem.

RESPONSIO. Dicendum quod actio sequitur modum agentis; et ideo illa quae corporalia et situalia sunt corporaliter et situaliter agunt, quae vero sunt spiritualia non agunt nisi spiritualiter. Unde cum angelus in quantum est intelligens nullo modo sit situalis, actio intellectus ipsius nullo modo habet proportionem ad situm; et ideo cum locutio sit operatio intellectus ipsius, nihil facit ad eam propinquitas vel distantia loci; et sic aequaliter a propinquo loco vel remoto angelus locutionem angeli percipit illo modo quo angelos in loco esse dicimus.

1. Ad primum igitur dicendum quod accessus ille et recessus non est intelligendus secundum locum, sed secundum conversionem ad alterutrum.

2. Ad secundum dicendum quod cum dicitur ' angelus est ubi operatur ', intelligendum est de operatione qua circa aliquod corpus agit, quae quidem operatio situalis est ex parte eius in quod terminatur; locutio autem angeli non est talis operatio, et ideo non sequitur.

3. Ad tertium dicendum quod clamor ille quo seraphim clamasse dicuntur, designat magnitudinem eorum quae loquebantur, scilicet unitatem essentiae et trinitatem personarum dicentes « Sanctus, sanctus » etc.

4. Ad quartum dicendum quod angelus ad quem fit locutio, ut dictum est, non recipit aliquid a loquente, sed per speciem quam penes se habet et alium angelum et locutionem eius cognoscit; unde non oportet ponere aliquod medium per quod deferatur aliquid ab uno in alterum.

5. Ad quintum dicendum quod Augustinus loquitur de cognitione naturali animarum per quam etiam sancti non possunt cognoscere quae hic aguntur, | sed ex virtute gloriae ea cognoscunt, ut expresse dicit Gregorius in Moralibus exponens illud Iob « Sive fuerint nobiles filii eius sive ignobiles, non intelliget ». Sed angeli habent naturalem cognitionem magis elevatam quam animae, unde non est simile de angelo et anima. 91ra

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum unus angelus possit alii loqui ita quod alii locutionem eius non percipiant. Et videtur quod non: ad locutionem enim nihil aliud requiritur quam species intelligibilis et conversio ad alterum; sed species illa et conversio sicut cognoscuntur ab uno angelo ita et ab alio; ergo aequaliter locutio unius angeli ab omnibus angelis percipitur.

2. Praeterea, eisdem nutibus unus angelus ad omnes angelos loquitur; si igitur aliquis angelus cognoscit locutionem qua aliquis ange-

A 25 si] se (*ut videtur*) *praem.* pA 27 unde] dicitur *add.* pA 40 quod *sup. lin.* A] *anceps* pA 46 proportionem *hic* (*cf. notatio insequens*) A] comparationem pA 47 situm] proportionem *add.* pA, *quod post* habet *lin.* 46 *transpos.* A 59 qua (*e* quam pA) *em.* A 61 angeli non est] non est *praem.* pA
2 locutionem] lonqu *praem.* pA 10 omnes] ali *praem.* pA

Φ 27 LXIIII] lxvii Φ (-γ) xvii γ 32 angeli, et etiam] etiam angeli Φ (-δ^1) angeli δ^1 36 id] illud Φ 50 loco *om.* Φ 59 qua circa] quam circa Φ (-γ) contra γ 67 sanctus[2] *om.* Φ 70 speciem quam] speciem quas α β δ^2 species quas γ δ^1
8 angelis *om.* Φ 10 igitur] ergo Φ

27 Is. LXIIII: rectius LIII[16]. 29 *Interlin.* ibid., cf. August. *De cura pro mort.* cap. 16 (PL 40, 606) ut supra q. 8 a 11 92. 69 dictum est: supra a. 4 et 5. 79 Ut supra q. 8 a. 11 321 in nota. 80 Iob. XIV[21].
1 Parall.: *I Pars* q. 107 a. 5.

lus ei loquitur, eadem ratione cognoscet locutionem qua idem angelus aliis loquitur.

3. Praeterea, quicumque intuetur aliquem angelum percipit speciem eius qua intelligit et loquitur; sed angeli se invicem semper intuentur; ergo unus angelus semper cognoscit locutionem alterius, sive sibi sive alteri loquatur.

4. Praeterea, si aliquis homo loquatur, aequaliter auditur ab omnibus qui ei aequaliter appropinquant nisi sit defectus ex parte audientis, utpote si deficit in auditu; sed quandoque alius angelus est propinquior angelo loquenti quam ille ad quem loquitur secundum ordinem naturae vel etiam secundum locum; ergo non solum auditur ab eo ad quem loquitur.

SED CONTRA, inconveniens videtur dicere quod nos aliquid possimus quod angeli non possint; sed homo potest conceptum cordis sui alteri intimare ita quod alii absconditum remanet; ergo et angelus potest alteri loqui sine hoc quod ab aliquo alio percipiatur.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut ex praedictis patet, ex hoc ipso cogitatio unius angeli in cognitionem alterius venit per modum cuiusdam spiritualis locutionis, quod angelus fit in actu alicuius speciei non solum secundum se ipsum sed etiam in ordine ad alium; et hoc fit per propriam voluntatem angeli loquentis. Ea autem quae sunt voluntatis, non oportet quod eodem modo se habeant ad omnes, sed secundum modum a voluntate praefixum; et ideo locutio praedicta non aequaliter se habebit ad omnes angelos, sed secundum quod voluntas angeli loquentis determinabit. Unde si angelus fiat per propriam voluntatem in actu alicuius speciei secundum intellectum in ordine ad unum tantum angelum, percipietur eius locutio ab illo tantum; si vero in ordine ad plures, percipietur a pluribus.

1. Ad primum igitur dicendum quod in locutione non requiritur conversio vel directio quasi cognita, sed quasi cognitionem faciens; unde ex hoc ipso quod unus angelus ad alium convertitur, illa conversio facit eum cognoscere alterius angeli cogitationem.

2. Ad secundum dicendum quod in generali est unus nutus quo ad omnes unus loquitur, sed in speciali sunt tot nutus quot sunt conversiones ad diversos; unde unusquisque cognoscit secundum nutum ad se factum.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis unus angelus alium intueatur, non tamen oportet quod speciem prout ea actu aliquid cogitat, videat, nisi ille angelus convertatur ad eum.

4. Ad quartum dicendum quod locutio humana movet auditum actione quae est per necessitatem naturae quia impellendo aerem usque ad aurem; sed hoc modo non est in locutione angeli, ut dictum est, sed totum dependet ex voluntate angeli loquentis.

A 19 homo loquatur *inv.* pA 20 ei] ad eum *praem.* pA 58 quo *hic* A] *post* omnes pA 61 ad (*ex* a pA) *em.* A 67 locutio] lon *et litt. imp. praem.* pA (*cf. supra* locutionem *lin.* 2)

Φ 28 nos] non Φ (-δ^1) possimus] possumus Φ 29 possint] possunt Φ 34 cogitatio] cognitio Φ 45 loquentis] *om.* α δ loquentes β 49 ab illo] uno *add.* Φ (-δ^1) ab alio uno δ^1 54 alium] alterum Φ 56 cogitationem] cognitionem Φ 63 alium] alterum Φ

33 praedictis: a. 4. 71 dictum est: supra a. 4.

QUAESTIO DECIMA

De mente

1. *Utrum mens prout in ea ponitur imago Trinitatis sit essentia animae.*
2. *Utrum in mente sit memoria.*
3. *Utrum memoria distinguatur ab intelligentia sicut potentia a potentia.*
4. *Utrum mens cognoscat res materiales.*
5. *Utrum mens nostra possit cognoscere materialia in singulari.*
6. *Utrum mens humana cognitionem accipiat a sensibilibus.*
7. *Utrum in mente sit imago Trinitatis secundum quod materialia cognoscit.*
8. *Utrum mens se ipsam per essentiam cognoscat aut per aliquam speciem.*
9. *Utrum mens nostra cognoscat habitus in anima existentes per essentiam suam.*
10. *Utrum aliquis possit scire se habere caritatem.*
11. *Utrum mens in statu viae possit videre Deum per essentiam.*
12. *Utrum Deum esse sit per se notum menti humanae.*
13. *Utrum per naturalem rationem possit cognosci Trinitas personarum.*

Articulus primus

Quaestio est de mente in qua est imago Trinitatis. Et primo quaeritur utrum mens, prout in ea ponitur imago Trinitatis, sit essentia animae vel aliqua potentia eius. Et videtur quod sit ipsa essentia animae quia Augustinus dicit IX De Trinitate quod « mens et spiritus non relative dicuntur sed essentiam demonstrant », nonnisi essentiam animae; ergo mens est ipsa animae essentia.

2. Praeterea, diversa genera potentiarum animae non uniuntur nisi in essentia; sed appetitivum et intellectivum sunt diversa genera potentiarum animae: ponuntur enim in fine I De anima quinque genera communissima potentiarum animae, scilicet vegetativum, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum et intellectivum; cum ergo mens comprehendat in se intellectivum et appetitivum, quia in mente ponitur ab Augustino intelligentia et voluntas, videtur quod non sit mens aliqua potentia sed ipsa essentia animae.

3. Praeterea, Augustinus XI De civitate Dei dicit quod nos sumus ad imaginem Dei in quantum sumus, novimus nos esse et amamus utrumque; in IX vero De Trinitate assignat imaginem Dei in nobis secundum mentem, notitiam et amorem; cum ergo amare sit actus amoris et nosse sit actus notitiae, videtur quod esse sit actus mentis; sed esse est actus essentiae; ergo mens est ipsa essentia animae.

4. Praeterea, eadem ratione invenitur mens in angelo et in nobis; sed ipsa essentia angeli est mens eius, unde Dionysius frequenter angelos nominat divinas vel intellectuales mentes; ergo etiam et mens nostra est ipsa essentia animae.

A 10 genera *em.* A] *conf.* pA 24 novimus *em.* A] *conf.* pA nos esse et amamus] et amamus *praem.* pA 30 animae]. § Preterea illud quod est per se subsistens est potentia (potentia *primo deletum*) quedam essentia et non potentia essentie inherens *add.* pA

Φ 3 in ea ponitur] est in ea Φ 6 Trinitate] cap. 5 *add.* δ^1 11 uniuntur] inveniuntur Φ 25 Trinitate] cap. 9 *add.* δ^1 35 etiam et] etiam $\beta\ \gamma\ \delta^1$ et δ^2

1 Parall.: *I Pars* q. 79 a. 1; ibid. q. 93 a. 7. 6 Cap. 2 (PL 42, 962). 14 *De anima* I 14 (411 a 26). 19 Ut infra lin. 38. 23 Cap. 26 (PL 41, 339). 25 Cap. 12 (PL 42, 972). 33 Cf. *De div. nom.* cap. 4 § 8 (PG 3, 704 D; Dion. 189), ibid. cap. 5 § 3 (817 B; Dion. 329) et cap. 11 § 2 (949 C; Dion. 503).

5. Praeterea, Augustinus dicit in X De Trinitate quod « memoria, intelligentia et voluntas sunt una mens, una essentia, una vita »; ergo sicut vita ad essentiam animae pertinet, ita et mens.

6. Praeterea, accidens non potest esse principium substantialis distinctionis; sed homo substantialiter distinguitur a brutis in hoc quod habet mentem; ergo mens non est aliquod accidens; sed | potentia animae est proprietas eius, secundum Avicennam, et sic est de genere accidentis; ergo mens non est potentia sed est ipsa essentia animae.

7. Praeterea, ab una potentia non egrediuntur diversi actus secundum speciem; sed a mente egrediuntur diversi actus secundum speciem, scilicet memorari, intelligere et velle, ut patet per Augustinum; ergo mens non est aliqua potentia animae sed ipsa essentia eius.

8. Praeterea, una potentia non est subiectum alterius potentiae; sed mens est imaginis subiectum quae consistit in tribus potentiis; ergo mens non est potentia sed ipsa essentia animae.

9. Praeterea, nulla potentia comprehendit in se plures potentias; sed mens comprehendit intelligentiam et voluntatem; ergo non est potentia sed essentia.

SED CONTRA, anima non habet alias partes nisi suas potentias; sed mens est quaedam pars animae superior, ut Augustinus dicit in libro De Trinitate; ergo mens est potentia animae.

2. Praeterea, essentia animae communis est omnibus potentiis quia omnes in ea radicantur; sed mens non est communis omnibus potentiis quia dividitur contra sensum; ergo mens non est ipsa essentia animae.

3. Praeterea, in essentia animae non est accipere supremum et infimum; sed in mente est supremum et infimum: dividit enim Augustinus mentem in superiorem et inferiorem rationem; ergo mens est potentia animae, non essentia.

4. Praeterea, essentia animae est principium vivendi; sed mens non est principium vivendi sed intelligendi; ergo mens non est ipsa essentia animae sed potentia eius.

5. Praeterea, subiectum non praedicatur de accidente; sed mens praedicatur de memoria, intelligentia et voluntate, quae sunt in essentia animae sicut in subiecto; ergo mens non est essentia animae.

6. Praeterea, secundum Augustinum in libro De Trinitate, anima non est ad imaginem secundum se totam sed secundum aliquid sui; est autem ad imaginem secundum mentem; ergo mens non nominat totam animam sed aliquid animae.

7. Praeterea, nomen mentis ex eo quod meminit sumptum esse videtur; sed memoria designat aliquam potentiam animae; ergo et mens, et non essentiam.

RESPONSIO. Dicendum quod nomen mentis a mensurando est sumptum; res autem uniuscuiusque generis mensurantur per id quod est minimum et principium primum in suo genere, ut patet in X Metaphysicae; et ideo nomen mentis hoc modo dicitur in anima sicut et nomen intellectus: solum enim intellectus accipit cognitionem de rebus quasi mensurando eas ad sua principia. Intellectus autem, cum dicatur per respectum ad actum, potentiam animae designat: virtus enim sive potentia est medium inter essentiam et operationem, ut patet per Dionysium in Caelestis hierarchiae XI capitulo. Quia vero rerum essentiae sunt nobis ignotae, virtutes autem earum innotescunt nobis per actus, utimur frequenter nominibus

91rb

A 37 dicit] quod *add.* pA 40 ita] *idem conf. praem.* pA 45 mens] *idem conf. et imp. praem.* pA 57 mens] in mente *praem.* pA 68 est] non *praem.* pA 76 dividit (*e* dicit pA) *em.* A Augustinus] quod *add.* pA 82 mens] e *imp. add.* pA 91 secundum[1]] set *praem.* pA 106 quasi *hic* A] *post* eas pA 112 essentiae] essentiales differentie *praem.* pA

Φ 38 memoria] et *add.* Φ (-δ) 40 animae *om.* Φ 101 mensuratur Φ 106 quasi] *post* eas Φ (-δ[1]) quo *post* eas δ[1]

38 Cap. 11 (PL 42, 983), cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 3 c. 2. 47 *De anima* V c. 7 (f. 27rb C). 54 Ut supra lin. 38. 68 XII c. 3 (PL 42, 999). 77 Hic supra. 90 XII c. 4 (PL 42, 1000) et ibid. XV c. 7 (PL 42, 1065) ut refert Thomas infra q. 15 a. 1 lin. 159. 95 nomen...videtur: cf. Isid. *Etymol.* XI c. 1 (PL 82, 399 A), ps.-August. *De spiritu et anima* cap. 34 (PL 40, 803). 99 nomen...mensurando: cf. Ioh. Damasc. *De fide* II c. 22 (PG 94, 941 D; Bt 134). 103 *Metaph.* X 2 (1052 b 31). 112 § 2 (PG 3, 284 D; Dion. 930).

virtutum vel potentiarum ad essentias designandas. Sed quia nihil notificatur nisi ex hoc quod est sibi proprium, oportet quod, cum aliqua essentia designatur per suam potentiam, quod designetur per potentiam sibi propriam. In potentiis autem hoc communiter invenitur quod illud quod potest in plus potest in minus sed non convertitur, sicut ' qui potest ferre mille libras potest ferre centum ', ut dicitur in I Caeli et mundi; et ideo si aliqua res per suam potentiam debeat designari, oportet quod designetur per ultimum potentiae suae; anima autem quae est in plantis non habet nisi infimum gradum inter potentias animae, unde ab ea denominatur cum dicitur nutritiva vel vegetabilis; anima autem bruti pertingit ad altiorem gradum, scilicet qui est sensus, unde ipsa anima vocatur sensitiva vel quandoque etiam sensus; sed anima humana pertingit ad altissimum gradum inter potentias animae et ex hoc denominatur, unde dicitur intellectiva et quandoque etiam intellectus, et similiter mens in quantum scilicet ex ipsa nata est effluere talis potentia, quod est sibi proprium prae aliis animabus.

Patet ergo quod mens in anima nostra dicit illud quod est altissimum in virtute ipsius; unde cum secundum id quod est altissimum in nobis divina imago inveniatur in nobis, imago non pertinebit ad essentiam animae nisi secundum mentem prout nominat altissimam potentiam eius: et sic mens, prout in ea est imago, nominat potentiam animae et non essentiam; vel si nominat essentiam, hoc non est nisi in quantum ab ea fluit talis potentia.

1. Ad primum igitur dicendum quod mens non dicitur significare essentiam secundum quod essentia contra potentiam dividitur, sed secundum quod essentia absoluta dividitur contra id quod relative dicitur; et sic mens dividitur contra notitiam sui in quantum per notitiam mens ad se ipsam refertur, ipsa vero mens dicitur absolute. — Vel potest dici quod mens accipitur ab Augustino secundum quod significat essentiam animae simul cum tali potentia.

2. Ad secundum dicendum quod genera potentiarum animae distinguuntur dupliciter: uno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte subiecti sive ex parte modi agendi, quod in idem redit. Si igitur distinguantur ex parte obiecti, sic inveniuntur quinque potentiarum animae genera supra enumerata; si autem distinguantur ex parte subiecti vel modi agendi, sic sunt tria genera potentiarum animae, scilicet vegetativum, sensitivum et intellectivum. Operatio enim animae tripliciter se potest *91va* habere ad materiam: uno modo ita quod per modum materialis actionis exerceatur, et talium actuum principium est potentia nutritiva cuius actus exercentur qualitatibus activis et passivis sicut et aliae actiones materiales; alio modo ita quod operatio animae non pertingat ad ipsam materiam sed solum ad materiae condiciones, sicut est in actibus potentiae sensitivae: in sensu enim recipitur species sine materia sed tamen cum materiae condicionibus; tertio modo ita quod operatio animae excedat et materiam et materiae condiciones, et sic est pars animae intellectiva. Secundum igitur has diversas potentiarum animae partitiones contingit aliquas duas potentias animae ad invicem comparatas in idem vel diversum genus reduci: si enim appetitus sensibilis et intellectualis, qui est voluntas, considerentur se-

A 127 nisi infimum gradum] altiorem gradum inter potentias anime *praem.* pA 141 in] ea *add.* pA 146 mens, prout... nominat] no *praem.* pA 150 Ad primum] § ad primum igitur dicendum quod vivere addit super esse et intelligere super vivere ad hoc autem quod in aliquo sit ymago trinitatis. non sufficit quod habeat esse quocumque modo.set quod habeat esse vivum.s (s *primo deletum*) nec sufficit quod habeat quamcumque vitam *praem.* pA, *quod est cancellatum et deletum per* va-cat (*De hac solutione cf. infra* Ad quintum). 151 non *sup. lin.* A] *om.* pA 159 animae] am *idem. conf. inc. praem.* pA 167 animae genera] g *praem.* pA

Φ 115 designandas] significandas α β signandas γ δ 123 mille] xx α β 200 γ 134 gradum] qui est *add.* Φ 138 quod] quia Φ (-γ) 164 agendi *om.* Σ (-δ¹) 173 materialis] naturalis Φ 185 partitiones] participationes Φ 189 considerentur] –deretur Φ

124 *De caelo* I 25 (281 a 7) sec. transl. arabico-latinam (ed. Averroes V, 78 L). 140 mens...ipsius: cf. August. *De Trin.* XV c. 7 (PL 42, 1065) et Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 3 c. 3. 175 qualitatibus...passivis: Arist. *De gen. et corr.* II c. 2 (329 b 24), cf. Thomas *Super De anima* I lect. 14 et ibid. II lect. 5.

cundum ordinem ad obiectum, sic reducuntur in unum genus quia utriusque obiectum est bonum; si vero considerentur quantum ad modum agendi, sic reducuntur in diversa genera quia appetitus inferior reducetur in genus sensitivi, appetitus vero superior in genus intellectivi: sicut enim sensus apprehendit suum obiectum sub condicionibus materialibus, prout scilicet est hic et nunc, sic et appetitus sensibilis in suum obiectum fertur, in bonum scilicet particulare, appetitus vero superior in suum obiectum tendit per modum quo intellectus apprehendit, et sic quantum ad modum agendi voluntas ad genus intellectivi reducitur. Modus autem actionis provenit ex dispositione agentis quia quanto fuerit perfectius agens, tanto est eius actio perfectior; et ideo si considerentur huiusmodi potentiae secundum quod egrediuntur ab essentia animae quae est quasi subiectum earum, voluntas invenitur in eadem coordinatione cum intellectu; non autem appetitus inferior qui in irascibilem et concupiscibilem dividitur. Et ideo mens potest comprehendere voluntatem et intellectum absque hoc quod sit essentia animae, in quantum scilicet nominat quoddam genus potentiarum animae, ut sub mente intelligantur comprehendi omnes illae potentiae quae in suis actibus omnino a materia et condicionibus materiae recedunt.

3. Ad tertium dicendum quod ab Augustino et aliis sanctis imago Trinitatis in homine multipliciter assignatur; nec oportet ut una illarum assignationum alteri correspondeat, sicut patet quod Augustinus assignat imaginem Trinitatis secundum mentem, notitiam et amorem, et ulterius secundum memoriam, intelligentiam et voluntatem; et quamvis voluntas et amor sibi invicem correspondeant, et notitia et intelligentia, tamen non oportet quod mens correspondeat memoriae cum mens omnia tria contineat quae in alia assignatione dicuntur; similiter etiam illa assignatio Augustini quam obiectio tangit, est alia a duabus praemissis: unde non oportet quod, si amare amori respondeat et nosse notitiae, quod esse respondeat menti sicut proprius actus eius in quantum est mens.

4. Ad quartum dicendum quod angeli dicuntur mentes, non quia ipsa mens sive intellectus angeli sit eius essentia prout mens et intellectus potentiam nominant, sed quia nihil aliud habent de potentiis animae nisi hoc quod sub mente comprehenditur; unde totaliter sunt mens. Animae vero nostrae adiunguntur aliae potentiae quae sub mente non comprehenduntur ex eo quod est actus corporis, scilicet sensitivae et nutritivae potentiae; unde non ita potest dici anima esse mens sicut et angelus.

5. Ad quintum dicendum quod vivere addit supra esse et intelligere super vivere. Ad hoc autem quod in aliquo imago Dei inveniatur oportet quod ad ultimum genus perfectionis perveniat quo creatura tendere potest; unde si habeat esse tantum, sicut lapides, vel esse et vivere, sicut plantae et bruta, non salvatur in hoc ratio imaginis, sed oportet ad perfectam imaginis rationem ut creatura sit, vivat et intelligat: in hoc enim perfectissime secundum genus conformatur essentialibus attributis. Et ideo, quia in assignatione imaginis mens locum divinae essentiae tenet, haec vero tria quae sunt memoria, intelligentia et voluntas, tenent locum trium personarum, ideo Augustinus menti adscribit illa quae requiruntur ad imaginem in creatura cum dicit quod « memoria, intelligentia et voluntas sunt una vita, una mens, una essentia ». Nec tamen oportet quod ex hoc ipso in anima dicatur mens et vita quo et essentia, quia non est idem in nobis esse, vivere et intelligere sicut et in Deo; dicuntur tamen haec tria una essentia in quantum ab una essentia

A 197 condicionibus materialibus] particularibus *praem.* pA 212 mens] ne *et litt. imp. idem conf. inc. praem.* pA 215 nominat] e *praem.* pA 225 mentem] me *conf. praem.* pA 230 memoriae *em.* A] *conf.* pA omnia] ad *praem.* pA 251 Dei] trinitatis *praem.* pA 258 perfectissime] perfectis *conf. praem.* pA

Φ 197 sub] sine α β δ^2 cum δ^1 sine materia sed non sine γ 209 quasi *om.* Σ 214 hoc] eo Φ (-δ) 222 ut] quod Φ 250 super] supra Φ 268 mens] etiam *praem.* Φ (-δ^1) et *praem.* δ^1 271 una^2 *om.* Σ

224 Cf. supra lin. 25. 226 ulterius: *De Trin.* X c. 12 (PL 42, 984) ut refert Thomas *I Pars* q. 93 a. 7 arg. 3. 249 vivere...vivere: cf. supra q. 2 a. 1 7 in nota.

mentis procedunt, una vita in quantum ad unum genus vitae pertinent, una mens in quantum sub una mente comprehenduntur ut partes sub toto, sicut visus et auditus comprehenduntur sub parte animae sensitiva.

6. Ad sextum dicendum quod secundum Philosophum in VIII Metaphysicae, quia substantiales rerum differentiae sunt nobis ignotae, loco earum interdum diffinientes accidentalibus utuntur secundum quod ipsa accidentia designant vel notificant essentiam ut proprii effectus notificant causam; unde sensibile, secundum quod est differentia constitutiva animalis, non sumitur a sensu prout nominat potentiam sed prout nominat ipsam animae essentiam a qua talis potentia fluit; et similiter est de rationali vel de eo quod est habens mentem.

7. Ad septimum dicendum quod, sicut pars animae sensitiva non intelligitur esse una quaedam potentia praeter omnes particulares potentias quae sub ipsa comprehenduntur, sed est quasi | quoddam totum potentiale comprehendens omnes illas potentias quasi partes, ita etiam mens non est una quaedam potentia praeter memoriam, intelligentiam et voluntatem, sed est quoddam totum potentiale comprehendens haec tria; sicut etiam videmus quod sub potentia faciendi domum comprehenditur potentia dolandi lapides et erigendi parietes, et sic de aliis.

8. Ad octavum dicendum quod mens non comparatur ad intelligentiam et voluntatem sicut subiectum sed magis sicut totum ad partes prout mens potentiam ipsam nominat; si vero sumatur mens pro essentia animae secundum quod ab ea nata est progredi talis potentia, sic nominabit subiectum potentiarum.

9. Ad nonum dicendum quod una potentia particularis non comprehendit sub se plures; sed nihil prohibet sub una generali potentia comprehendi plures ut partes, sicut sub una parte corporis plures partes organicae comprehenduntur, ut digiti sub manu.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum in mente sit memoria. Et videtur quod non quia, secundum Augustinum XIII De Trinitate, illud quod est commune nobis et brutis non pertinet ad mentem; memoria autem nobis et brutis communis est, ut patet per Augustinum X Confessionum; ergo memoria non est in mente.

2. Praeterea, Philosophus in cap. De memoria et reminiscentia dicit quod memoria non est intellectivi sed primi sensitivi; cum ergo mens sit idem quod intellectus, ut ex dictis patet, videtur quod memoria non sit in mente.

3. Praeterea, intellectus et omnia quae ad intellectum pertinent abstrahunt ab hic et nunc; memoria vero non abstrahit, concernit namque determinatum tempus, scilicet praeteritum: memoria namque praeteritorum est, ut dicit Tullius; ergo memoria non pertinet ad mentem vel intellectum.

4. Praeterea, cum in memoria conserventur aliqua quae non actu apprehenduntur, ubicumque ponitur memoria oportet quod ibi differat apprehendere et retinere; in intellectu autem non differunt sed solum in sensu: propter hoc enim in sensu differe possunt quia sensus organo corporali utitur, non autem omne quod tenetur in corpore apprehenditur; intellectus autem non utitur organo corporali, unde nihil in eo retinetur nisi intelligibiliter, et sic oportet quod actu intelligatur; ergo memoria non est in intellectu sive in mente.

5. Praeterea, anima non memoratur antequam aliquid apud se retineat; sed antequam

A 290 pars] *idem conf. et imp. praem.* pA 297 praeter] *litt. imp. add.* pA 313 sicut] est *add.* pA 10 sed] *idem conf. praem.* pA cum] s *praem.* pA 17 memoria] ergo *praem.* pA 20 cum...ubicumque] ubicumque *praem.* pA 28 non] *idem conf. et imp. praem.* pA 33 aliquid] aliquas *praem.* pA

Φ 275 et *om.* Φ (-δ^1) 278 quia] quod Σ (-δ^1) quod *praem.* δ^1 288 rationali] ratione Φ 7 memoria...mente] etc. Φ 10 primi] potius Φ 11 dictis] predictis α β iam *praem.* γ 20 conserventur] –vantur Φ 21 actu apprehenduntur] *inv.* Φ (-δ^1) comprehenduntur actu δ^1 24 solum] potius Φ 32 antequam] priusquam Φ

278 *Metaph.* VIII 2 (1042 b 25) sec. interpretationem Averrois ibid. comm. 5 (VIII, 213 A).
1 Parall.: *I Pars* q. 79 a. 6; *Super Sent. I* d. 3 q. 4 a. 1. 3 Rectius XII c. 2 (PL 42, 999) ut refert Thomas *I Pars* q. 79 a. 6 arg. 1. 7 Cap. 25 (PL 32, 794). 9 Cap. 1 (450 a 13) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 300^r). 11 dictis: supra a. 1. 18 *De inventione* II c. 53 n. 160. 25 sensus...organo corporali: cf. Arist. *De anima* III 7 (429 a 26).

aliquas species recipiat a sensibus, a quibus omnis cognitio nostra oritur, quas retinere possit, est ad imaginem; cum ergo memoria sit pars imaginis, non videtur quod memoria possit esse in mente.

6. Praeterea, mens secundum quod est ad imaginem Dei, fertur in Deum; sed memoria non fertur in Deum: est enim memoria eorum quae cadunt sub tempore, Deus autem est omnino supra tempus; ergo memoria non est in mente.

7. Praeterea, si memoria esset pars mentis, species intelligibiles in ipsa mente reservarentur sicut conservantur in mente angeli; sed angelus convertendo se ad species quas penes se habet, potest intelligere; ergo et mens convertendo se ad species retentas, et ita posset intelligere sine hoc quod ad phantasmata converteretur, quod manifeste apparet esse falsum: quantumcumque enim aliquis scientiam in habitu habeat, laeso tamen organo imaginativae virtutis vel memorativae, in actum exire non potest, quod non esset si mens actu intelligere posset non convertendo se ad potentias quae organis utuntur; ergo memoria non est in mente.

Sed contra, Philosophus dicit in III De anima quod anima est « locus specierum praeter quod non tota sed intellectiva »; loci autem est conservare contenta in eo; cum igitur conservare species ad memoriam pertineat, videtur quod in intellectu sit memoria.

2. Praeterea, illud quod se habet aequaliter ad omne tempus non concernit aliquod tempus particulare; sed memoria etiam proprie accepta se habet aequaliter ad omne tempus, ut dicit Augustinus XIV De Trinitate, et probat per dicta Virgilii qui proprie nomine memoriae et oblivionis usus est; ergo memoria non concernit aliquod tempus particulare sed omne; ergo ad intellectum pertinet.

3. Praeterea, memoria proprie accipiendo est praeteritorum; sed intellectus non solum est praesentium sed etiam praeteritorum: intellectus enim compositionem format secundum quodlibet tempus intelligens hominem fuisse, futurum esse et esse, ut patet in III De anima; ergo memoria proprie loquendo ad intellectum potest pertinere.

4. Praeterea, sicut memoria est praeteritorum, ita providentia est futurorum secundum Tullium; sed providentia est in parte intellectiva proprie accipiendo; ergo eadem ratione et memoria.

Responsio. Dicendum quod memoria secundum communem usum loquentium pro notitia praeteritorum accipitur. Cognoscere autem praeteritum ut est praeteritum, est illius cuius est cognoscere nunc ut nunc; hoc autem est sensus. Sicuti enim intellectus non cognoscit singulare ut est hoc sed secundum aliquam communem rationem, ut in quantum est homo vel albus vel etiam particularis, non autem in quantum est hic homo vel particulare hoc, ita etiam intellectus cognoscit praesens et praeteritum, non in quantum est hoc nunc et hoc praeteritum. Unde cum memoria secundum propriam sui acceptionem respiciat ad id quod est praeteritum respectu huius nunc, constat quod memoria proprie loquendo non est in parte intellectiva sed sensitiva tantum, ut Philosophus probat.

Sed quia intellectus non solum intelligit intelligibile sed etiam intelligit se intelligere tale intelligibile, ideo nomen memoriae potest

A 34 species] *idem conf. praem.* pA 39 mens] mentis qui *praem.* pA 50 species] *litt. imp. add.* pA retentas *scrips.*] retentes *casu* A 57 potentias] f *et litt. imp. praem.* pA 58 ergo] igitur *praem.* pA 65 aequaliter ad] indifferenter ad *praem.* pA 76 praeteritorum] per *idem conf. inc. praem.* pA 77 enim] cum *add.* pA format (*e* formet, *cf. nota superior*, pA) *em.* A 88 usum *em.* A] *conf.* pA 96 vel] hic *add.* pA

Φ 35 omnis *om.* Σ 37 memoria *om.* Φ 43 memoria...mente] etc. Φ 46 reservarentur] conservarentur Φ 50 ad] ipsas *add.* Φ 53 quantumcumque] quantumlibet Φ (-δ^1) 56 actu] in actu Φ 58 ergo] unde Φ 59 Sed contra] preterea Φ (-δ^1) contra δ^1 61 quod] quam Φ sed intellectiva] scilicet intelligentia Φ 62 igitur] ergo Φ 69 XIV] xii α β xiii γ xi δ 76 praeteritorum] futurorum α δ^2 futurorum et *praem.* δ^1 78 quodlibet] omne Φ 79 in *om.* Φ (-δ) 83 est *om.* Φ 90 est^1 *om.* Φ illius] eius Φ 91 nunc^1] presens ut presens vel *praem.* Φ 92 Sicuti] sicut Φ 93 aliquam] quandam *post* communem Φ (-δ) quandam δ 94 ut...homo *om.* Φ (-δ) 95 non autem] non α δ^2 vel δ^1

34 a sensibus...oritur: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota. 54 laeso...potest: cf. Avicenna *De anima* IV c. 1 (f. 17^{vb} C). 60 Cap. 4 (429 a 27) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 303,17). 69 Cap. 11 (PL 42, 1047). 79 *De anima* III 11 (430 a 31). 84 Cf. supra lin. 18. 104 Cf. supra lin. 9.

extendi ad notitiam qua, etsi non cognoscatur obiectum ut in praeteritione modo praedicto, cognoscitur tamen obiectum de quo etiam prius est notitia | habita in quantum aliquis scit se eam prius habuisse; et sic omnis notitia non de novo accepta potest dici memoria. Sed hoc contingit dupliciter: uno modo quando consideratio secundum notitiam habitam non est intercisa sed continua; alio vero modo quando est intercisa, et sic habet plus de ratione praeteriti, unde et magis proprie ad rationem memoriae attingit, ut scilicet dicamur illius habere memoriam quod prius habitualiter cognoscebamus non autem in actu. Et sic memoria est in parte intellectiva nostrae animae; et hoc modo videtur Augustinus memoriam accipere ponens eam partem imaginis: vult enim omne illud quod habitualiter in mente tenetur ut in actu non prodeat, ad memoriam pertinere.

92ra

Quomodo autem hoc possit contingere diversimode a diversis ponitur. Avicenna enim in VI De naturalibus ponit quod hoc non contingit – quod anima habitualiter notitiam teneat alicuius rei quam actu non considerat – ex hoc quod aliquae species actu conserventur in parte intellectiva, sed vult quod species actualiter non consideratae non possunt conservari nisi in parte sensitiva, vel quantum ad imaginationem quae est thesaurus formarum a sensu acceptarum, vel quantum ad memoriam quantum ad intentiones particulares non acceptas a sensibus. In intellectu vero non permanet species nisi quando actu consideratur, post considerationem vero in eo esse desinit; unde quando iterum actu vult considerare aliquid, oportet quod species intelligibiles de novo fluant in intellectum possibilem ab intelligentia agente; nec tamen sequitur secundum ipsum quod, quandocumque aliquis de novo debet considerare quae prius scivit, oporteat eum iterum addiscere vel invenire sicut a principio quia relicta est in eo quaedam habilitas per quam facilius se convertit ad intellectum agentem ut ab eo species effluentes recipiat quam prius; et haec habilitas est habitus scientiae in nobis. Et secundum hanc opinionem memoria non esset in mente secundum retentionem aliquarum specierum sed secundum habilitatem ad accipiendum de novo. Sed ista opinio non videtur rationabilis: primo quia, cum intellectus possibilis sit stabilioris naturae quam sensus, oportet quod species in eo recepta stabilius recipiatur; unde magis possunt in eo conservari species quam in parte sensitiva. Secundo quia intelligentia agens aequaliter se habet ad influendum species convenientes omnibus scientiis; unde si in intellectu possibili non conservarentur aliquae species sed sola habilitas ad convertendum se ad intellectum agentem, aequaliter remaneret homo habilis ad quodcumque intelligibile, et ita ex hoc quod homo addisceret unam scientiam, non magis sciret illam quam alias. Et praeterea hoc videtur expresse contrarium sententiae Philosophi in III De anima qui commendat antiquos de hoc quod posuerunt animam esse locum specierum quantum ad intellectivam partem.

Et ideo alii dicunt quod species intelligibiles in intellectu possibili remanent post actualem considerationem, et harum ordinatio est habitus scientiae; et secundum hoc vis qua mens nostra retinere potest huiusmodi intel-

A 111 aliquis...eam] eam *praem.* pA 117 et sic] . Quando *praem.* pA 122 parte intellectiva] i *praem.* pA 126 non] semper *add.* pA 126 memoriam] memo *conf. praem.* pA 140 post] . Quando vero *praem.* pA 157 quia] intellectus agens equaliter se habet *add.* pA (*cf. infra lin.* 162) 159 oportet quod] id quod *add.* pA 160 unde] cum *add.* pA 162 intelligentia] intellectus (*cf. nota ad lin.* 157) pA *post* agens A, *et ordinem dictatorum restituimus*

Φ 119 scilicet] si Φ illius] rei *add.* Φ 129 in *om.* Φ 130 teneat] *om.* δ^2 *ante* notitiam Φ (-δ) habet *ante* habitualiter δ^1 134 actualiter] actu Φ 141 esse] actu *praem.* Φ 142 actu *om.* Φ 143 intelligibiles *om.* Φ 144 intelligentia] intellectu Φ 146 quandocumque] *om.* α β si γ quando anima vel δ 147 oporteat] quod *praem.* Φ 151 quam prius *om.* Σ 161 conservari] servari Σ 162 intelligentia agens] *inv.* Φ (-δ) intellectus intelligentia δ^2 agens vel intelligens intelligentia δ^1 166 ad convertendum] convertendi Φ 170 Et *om.* Φ 171 expresse] esse *praem.* Φ 178 secundum] quod Φ 179 huiusmodi *om.* Φ

123 *De Trin.* XIV c. 7 (PL 42, 1043) ut refert Thomas *I Pars* q. 79 a. 7 ad 1. 129 Sive *De anima* V c. 6 (f. 25^{vb} sqq.). 172 Cap. 4 (429 a 27) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 303,16). 175 alii: cf. Albertus *Summa de homine* q. 57 a. 5 et *De anima* III tr. 3 c. 9-11.

ligibiles species post actualem considerationem, memoria dicetur. Et hoc magis accedit ad propriam significationem memoriae.

1. Ad primum igitur dicendum quod memoria quae communis est nobis et brutis, est illa in qua conservantur particulares intentiones; et haec non est in mente, sed illa tantum in qua conservantur species intelligibiles.

2. Ad secundum dicendum quod Philosophus loquitur de memoria quae est praeteriti prout est relatum ad hoc nunc in quantum est hoc, et sic non est in mente.

3. Unde patet responsio ad tertium.

4. Ad quartum dicendum quod in intellectu possibili differt actu apprehendere et retinere, non ex hoc quod species sit in eo aliquo modo corporaliter, sed intelligibiliter tantum. Nec tamen sequitur quod semper intelligatur secundum illam speciem, sed solum quando intellectus possibilis perfecte fit in actu illius speciei; quandoque vero est imperfecte in actu eius, scilicet quodam modo medio inter puram potentiam et purum actum, et hoc est habitualiter cognoscere, et de hoc modo cognitionis reducitur in actum perfectum per voluntatem quae, secundum Anselmum, est motor omnium virium.

5. Ad quintum dicendum quod mens est ad imaginem praecipue secundum quod fertur in Deum et in se ipsam; ipsa autem est sibi praesens et similiter Deus antequam aliquae species a sensibilibus accipiantur. Et praeterea mens non dicitur habere vim memorativam ex hoc quod actu aliquid teneat sed ex hoc quod est potens tenere.

6. Ad sextum patet responsio ex dictis.

7. Ad septimum dicendum quod nulla potentia potest aliquid cognoscere nisi convertendo se ad obiectum suum, sicut visus nihil cognoscit nisi convertendo ⟨se⟩ ad colorem; unde cum phantasma hoc modo se habeat ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum, ut patet per Philosophum in III De anima, quantumcumque aliquam speciem intelligibilem apud se intellectus habeat, numquam tamen actu aliquid considerat secundum illam speciem nisi convertendo se ad phantasma. Et ideo sicut intellectus noster secundum statum viae indiget phantasmatibus ad actu considerandum antequam accipiat habitum, ita et postquam acceperit; secus autem est de angelis quorum intellectus obiectum non est phantasma.

1. Ad primum vero eorum quae in contrarium obiciuntur dicendum quod ex auctoritate illa haberi non potest quod in mente sit memoria nisi secundum modum praedictum, non autem quod proprie.

2. Ad secundum dicendum quod verbum Augustini est intelligendum quod memoria potest esse de praesentibus obiectis; numquam tamen potest dici memoria nisi consideretur aliquid praeteritum ad minus ex parte ipsius cognitionis; et secundum hoc etiam dicitur aliquis sui oblivisci vel memorari in quantum de se ipso, qui est praesens sibi, non conservat vel conservat praeteritam cognitionem.

3. Ad tertium dicendum quod, in quantum intellectus cognoscit differentias temporum secundum communes rationes, sic formare potest compositiones secundum quamlibet temporis differentiam.

A 181 magis] *idem conf. et imp. praem.* pA 184 communis] *idem conf. praem.* pA 186 non est] pars *add.* pA 191 et sic] . § ad *praem.* pA 201 scilicet *hic* A] *post* modo pA 208 fertur] cog *praem.* pA 212 vim memorativam] memoriam *praem.* pA 216-219 nulla potentia...nisi] nullius potentie operatio se extendit ultra obiectum suum sicut visus nichil potest videre nisi *praem.* pA 219 ⟨se⟩ *suppl.*] *om.* A 231 non est phantasma *in appendice col.* 92ra 233-258 Ad primum...III De anima *in marg. inf. col.* 92ra *ab eadem manu tempore post.* 238-246 Ad secundum...cognitionem *hic* A] *post* temporis differentiam (*lin.* 251) pA; *litteris* b-a *in marg. ordo solutionum restituitur* 246 cognitionem] cogita *praem.* pA 247 Ad tertium] iii *sup. lin.* A secundum pA

Φ 186 et haec] sed hoc Φ (-δ^2) sed δ^2 192 Unde...tertium] Ad tertium patet responsio per idem Φ 194 differt actu] actu α δ *inv.* β 194 et] est Σ 199 fit] *om.* δ^2 sit Φ (-δ^2) actu] respectu *add.* Φ 201 scilicet *om.* Φ 211 sensibilibus] sensibus Φ 217 nisi] non Σ (-δ^1) 219 ⟨se⟩ *suppl.* Φ 220 phantasma] fantasmata Φ habeat] habeant Φ (*cf. nota superior*) 224 intellectus] *om.* Φ (-γ) intelligens γ 228 actu] actum α β δ^1 235 mente] intellectu Φ 236 praedictum] qui dictus est Φ 247 in quantum] *om.* Φ (-δ^1) quia δ^1 249 sic *om.* Φ

205 Ps.-Ans. (Eadmerus) *De similitudinibus* cap. 2 (PL 159, 605 C) ut refert Thomas infra q. 22 a. 12 sed c. 1. 222 *De anima* III 12 (431 a 14).

4. Ad quartum dicendum quod providentia non est in intellectu nisi secundum generales rationes futuri, sed ad particularia applicatur
255 mediante ratione particulari quam oportet mediam intercidere inter rationem universalem moventem et motum qui in particularibus consequitur, ut patet per Philosophum in III De anima.

Articulus tertius

92rb Tertio quaeritur utrum memoria distinguatur ab intelligentia sicut potentia a potentia. Et videtur quod non: diversarum enim potentiarum sunt diversi actus; sed intellectus
5 possibilis et memoriae, prout in mente ponitur, est idem actus qui est species retinere: hoc enim Augustinus memoriae, Philosophus autem intellectui possibili attribuit; ergo memoria non distinguitur ab intelligentia sicut potentia a po-
10 tentia.

2. Praeterea, accipere aliquid non concernendo aliquam temporis differentiam est proprium intellectus qui abstrahit ab hic et nunc; sed memoria non concernit aliquam differen-
15 tiam temporis quia, secundum Augustinum XIV De Trinitate, memoria est communiter praeteritorum, praesentium et futurorum; ergo memoria ab intellectu non distinguitur.

3. Praeterea, intelligentia accipitur dupli-
20 citer secundum Augustinum XIV De Trinitate: uno modo prout dicimur intelligere illud quod actu cogitamus, alio modo prout dicimur intelligere illud quod non actu consideramus; sed intelligentia secundum quam illud tantum
25 dicimur intelligere quod actu cogitamus est intelligere in actu, quod non est potentia sed operatio alicuius potentiae, et sic non distinguitur a memoria sicut potentia a potentia; secundum vero quod intelligimus ea quae non actu cogitamus, nullo modo a memoria distin- 30
guitur sed ad memoriam pertinet, quod patet per Augustinum XIV De Trinitate ubi sic dicit « Si nos referamus ad interiorem mentis memoriam qua sui meminit, et interiorem intel- 35
ligentiam qua se intelligit, et interiorem voluntatem qua se diligit, ubi haec tria simul semper sunt, sive cogitarentur sive non cogitarentur, videbitur quidem imago Trinitatis ad solam memoriam pertinere »; ergo intelligentia nullo modo distinguitur a memoria sicut potentia a 40
potentia.

4. Si dicatur quod intelligentia est quaedam potentia secundum quam anima est potens actu cogitare, et sic etiam intelligentia qua non dicimur intelligere nisi cogitantes, distinguitur 45
a memoria sicut potentia a potentia. — Contra, eiusdem potentiae est habitum habere et uti habitu; sed intelligere non cogitando est intelligere in habitu, intelligere autem cogitando est uti habitu; ergo ad eandem potentiam pertinet 50
intelligere non cogitando et intelligere cogitando, et sic per hoc non diversificatur intelligentia a memoria sicut potentia a potentia.

5. Praeterea, in intellectiva parte animae non invenitur aliqua potentia nisi cognitiva et 55
motiva vel affectiva; sed voluntas est affectiva vel motiva, intelligentia autem est cognitiva; ergo memoria non est alia potentia ab intelligentia.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit XIV 60
De Trinitate, quod secundum hoc anima est ad imaginem Dei quod uti ratione atque intellectu ad intelligendum Deum et conspiciendum

A 5 in] *idem in fine lin. praem.* pA 23 non actu] habi *praem.* pA 24 quam] intelligimus *add.* pA 31 quod...Augustinum] ut Au *praem.* pA 35 interiorem] ito *idem conf. inc. praem.* pA 42 Si dicatur] . § Preterea *praem.* pA 45 distinguitur] non *praem.* pA 50 uti habitu *coni. cum* δ (*cf. lin.* 47)] habere habitum (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 61 anima] ne *praem.* pA

Φ 5 prout] sunt *add.* Φ 6 est[1]] esse Φ species] speciem Φ 7 autem *om.* Σ 18 intellectu] intelligentia Φ 21 illud] id Φ (-δ^1) 22 actu cogitamus] non actu consideramus Φ 23 illud] id Φ non actu consideramus] actu cogitamus Φ (-β) non actu cogitamus β 24 illud] id Φ 34-44 sui meminit...intelligentia qua *om.* δ^2 37 cogitarentur[1]] cogitentur Φ (-δ) cogitantur δ^1 (*def.* δ^2) 37 cogitarentur[2]] cogitentur Φ (-δ) cogitantur δ^1 (*def.* δ^2) 38 videbitur] videtur α β δ^1 (*def.* δ^2) 42 Si dicatur] preterea (*cf.* pA) *praem.* Φ (-δ) *def.* δ^2 intelligentia] in anima α δ^1 in anima *add.* β γ (*def.* δ^2) 45 cogitantes cogitatio Φ 50 uti habitu] habere habitum (*induc.* A) Φ (-δ) 55 aliqua] alia *potius* Φ cognitiva] cognoscitiva Φ (-δ) 57 est *om.* Φ cognitiva] cognoscitiva Φ (-δ^2)

258 *De anima* III 16 (434 a 16).

1 Parall.: *I Pars* q. 79 a. 7. 7 *De Trin.* XIV c. 7 (PL 42, 1043) ut infra lin. 21; *De anima* III 7 (429 a 27) ut refert Thomas supra a. 2 60. 16 Cap. 11 (PL 42, 1047). 21 Cap. 7 (PL 42, 1043). 32 Hic supra. 61 Cap. 8 (PL 42, 1044).

potest; sed potest anima conspicere secundum potentiam; ergo imago in anima attenditur secundum potentias; sed imago in anima attenditur secundum quod haec tria in ea inveniuntur: memoria, intelligentia et voluntas; ergo haec tria sunt tres potentiae distinctae.

2. Praeterea, si ista tria non sunt tres potentiae, oportet aliquid eorum esse actum sive operationem; sed actus non semper est in anima: non enim semper actu intelligit vel vult; ergo ista tria non semper erunt in anima, et sic non semper erit anima ad imaginem Dei, quod est contra Augustinum.

3. Praeterea, inter haec tria invenitur aequalitas per quam aequalitas divinarum personarum repraesentatur; sed inter actum et habitum vel potentiam non invenitur aequalitas quia ad plura se extendit potentia quam habitus et habitus quam actus, quia unius potentiae sunt plures habitus et ab uno habitu plures actus eliciuntur; ergo non potest esse quod aliquod eorum sit habitus et aliud actus.

RESPONSIO. Dicendum quod imago Trinitatis in anima potest assignari dupliciter: uno modo secundum perfectam imitationem Trinitatis, alio modo secundum imperfectam. Anima quidem perfecte Trinitatem imitatur secundum quod meminit, intelligit actu et vult actu; quod ideo est quia in illa Trinitate increata media in Trinitate persona est Verbum, verbum autem esse non potest sine actuali cogitatione. Unde secundum hunc modum perfectae imitationis assignat Augustinus imaginem in his tribus: memoria, intelligentia et voluntate, prout memoria importat habitualem notitiam, intelligentia vero actualem cogitationem ex illa notitia prodeuntem, voluntas vero actualem voluntatis motum ex cogitatione procedentem. Et hoc expresse patet ex hoc quod dicit in XIV De Trinitate sic dicens « Quia ibi », scilicet in mente, « verbum esse sine cogitatione non potest; cogitamus enim omne quod dicimus illo interiori verbo quod ad nullius gentis pertinet linguam, in tribus potius illis imago ista cognoscitur, memoria scilicet, intelligentia, voluntate. Hanc autem nunc dico intelligentiam qua intelligimus cogitantes, et eam voluntatem quae istam prolem parentemque coniungit ».

Imago vero secundum imperfectam imitationem est quando assignatur secundum habitus et potentias, et sic assignat Trinitatis imaginem in anima in IX De Trinitate quantum ad haec tria: mens, notitia et amor, ut mens nominet potentiam, notitia vero et amor habitus in ea existentes. Et sicut posuit notitiam, ita ponere potuisset intelligentiam habitualem: utrumque enim habitualiter accipi potest, ut patet ex hoc quod dicit in XIV De Trinitate « Numquid recte possumus dicere: iste musicus novit quidem musicam, sed nunc | eam non *92va*
intelligit, quia eam non cogitat; intelligit vero nunc geometriam, hanc enim nunc cogitat? Absurda est quantum apparet ista sententia ». Et sic secundum hanc assignationem haec duo, quae sunt notitia et amor habitualiter accepta, ad memoriam tantum pertinent, ut patet per auctoritatem eiusdem in obiciendo inductam. Sed quia actus sunt in potentiis radicaliter

A 65 imago] *idem conf. praem.* pA 66 attenditur] *litt. imp. praem.* pA 67 inveniuntur] g (*inc.* ergo) *add.* pA 71 aliquid] aliquis *imp. praem.* pA 77 haec tria] me *et litt. imp.* (*inc.* memoriam *?*) *praem.* pA 81 ad plura se] s *praem.* pA 86 imago] Augustinus multipliciter (multipliciter *deletum*) dupliciter assignat similitudinem trinitatis in anima et p (anima et p *del.*) mente. primo secundum hec tria mens notitia et amor ut patet in IX de trinitate. secundo quantum ad hec tria que sunt memoria intelligentia et voluntas. § Responsio dicendum quod *inc. primam inscriptionem solutionis et casu non del. praem.* A, *et delevimus* 91 intelligit actu] actu *praem.* pA 93 media in Trinitate persona A 100 ex] et *imp. praem.* pA 102 expresse patet] p *imp. praem.* pA 102 dicit] quia *add.* pA 107 illis] istis *praem.* pA 113 Imago] y *conf. praem.* pA imperfectam] p *praem.* pA 121 utrumque] quia *praem.* pA 123 iste *em.* A] *conf.* pA

Φ 65 potentiam] potentias Φ 75 erit] esset Φ 77 Praeterea] Item Φ 79 et] vel Φ 86-87 imago...dupliciter] augustinus dupliciter assignat ymaginem trinitatis α δ augustinus...et voluntas (*i. e. prima inscriptio ut in nota ad* imago 86 A) *praem.* β in anima potest signari dupliciter similitudinem trinitatis in mente... (*etc. ut* β *usque* et voluntas, *variis lectionibus nullius momenti omissis*) γ 90 quidem] enim Φ 97 et *om.* Φ 100 prodeuntem] procedentem Φ 102 ex] per Φ 103 Trinitate] vii cap. *add.* δ 108 cognoscitur] cogitur (*potius* α) Σ (-δ^1) cogitatur δ^1 intelligentia] et *add.* Φ 116 in^2 *om.* Σ 117 et *om.* Φ 122 dicit in] dicitur Φ 123 recte] item α δ^2 ratione idem γ idem δ^1 124 sed] licet Φ nunc *om.* Σ

66 imago...: August. ut supra a. 1 38. 76 Cf. *De Trin.* XIV c. 3 (PL 42, 1038). 103 Cap. 7 (PL 42, 1043). 116 Cap. 12 (PL 42, 972). 122 Cap. 7 (PL 42, 1043). 131 obiciendo: supra lin. 32.

sicut effectus in causis, ideo etiam perfecta imitatio, quae est secundum memoriam, intelligentiam actualem et voluntatem actualem, potest originaliter inveniri in potentiis secundum quas anima potest meminisse, intelligere actualiter et velle, ut per verba Augustini inducta patet.

Et sic imago attendetur secundum potentias; non tamen hoc modo quod memoria possit esse in mente aliqua potentia praeter intelligentiam, quod sic patet. Potentiae enim non diversificantur ex diversitate obiectorum nisi diversitas obiectorum sit ex his quae per se accidunt obiectis secundum quod sunt talium potentiarum obiecta; unde calidum et frigidum, quae colorato accidunt, in quantum huiusmodi non diversificant potentiam visivam: eiusdem enim visivae potentiae est videre coloratum calidum et frigidum, dulce et amarum. Quamvis autem mens sive intellectus aliquo modo cognoscere possit praeteritum, tamen cum indifferenter se habeat ad cognoscenda praesentia, praeterita et futura, differentia praesentis et praeteriti est accidentalis intelligibili in quantum huiusmodi; unde quamvis in mente aliquo modo possit esse memoria, non tamen potest esse ut potentia quaedam per se distincta ab aliis per modum quo philosophi de distinctione potentiarum loquuntur, sed hoc modo solummodo inveniri potest memoria in parte animae sensitiva quae fertur ad praesens in quantum est praesens; unde si debeat ferri in praeteritum, requiritur aliqua altior virtus quam ipse sensus. Nihilominus tamen, etsi memoria non sit potentia distincta ab intelligentia prout intelligentia sumitur pro potentia, tamen invenitur trinitas in anima etiam considerando ipsas potentias secundum quod una potentia, quae est intellectus, habet habitudinem ad diversa, scilicet ad tenendum notitiam alicuius habitualiter et ad considerandum illud actualiter, sicut etiam Augustinus distinguit rationem inferiorem a superiori secundum habitudinem ad diversa.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis memoria prout est in mente non sit alia potentia ab intellectu possibili distincta, tamen inter intellectum possibilem et memoriam invenitur distinctio secundum habitudinem ad diversa, ut ex dictis patet.

2-5. Et similiter dicendum ad quatuor sequentia.

1. Ad primum vero in contrarium dicendum quod Augustinus ibi loquitur de imagine inventa in anima non secundum perfectam imitationem quae est quando actu imitatur Trinitatem intelligendo eam.

2. Ad secundum dicendum quod semper est in anima imago Trinitatis aliquo modo, sed non secundum perfectam imitationem.

3. Ad tertium dicendum quod inter potentiam et actum et habitum potest esse aequalitas secundum quod comparantur ad unum obiectum, et sic imago Trinitatis invenitur in anima secundum quod fertur in Deum; et tamen etiam communiter loquendo de potentia, habitu et actu invenitur in eis aequalitas, non quidem secundum proprietatem naturae quia alterius modi habet esse operatio, habitus et potentia, sed secundum comparationem ad actum secundum quam consideratur horum trium quantitas; nec oportet quod accipiatur unus actus tantum numero aut unus habitus, sed actus et habitus in genere.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum mens cognoscat res materiales. Et videtur quod non: mens enim non cognoscit aliquid nisi intellectuali cognitione; sed, ut habetur in

A 134 quae est secundum] secundum quam *praem.* pA 138 ut per...Et sic] et si *praem.* pA 144 ex diversitate...nisi] nisi *praem.* pA 148 quae...non] non *praem.* pA colorato] *idem praem.* pA 187 anima *em.* A] *conf.* pA 197 fertur in Deum] intelligit deum vel *praem.* pA 201 alterius modi] *idem conf. et imp. praem.* pA 206 habitus] et *add.* pA

Φ 135 actualem[1] *om.* Φ 140 attendetur] attenditur Φ 142 aliqua] alia Φ (-δ) 161 modo *om.* Φ 162 animae *om.* Φ 168 tamen] unde α β δ[1] 172 tenendum] –dam Φ 174 etiam] et Σ 183 dicendum] est *add.* Φ (-δ[1]) 191 aliquo modo *om.* Σ

174 *De Trin.* XII c. 3 (PL 42, 999).
1 Parall.: *I Pars* q. 84 a. 1.

glosa ⟨II⟩ Cor. XII[2] « illa est intellectualis visio quae eas res continet quae non habent imagines sui similes, quae non sunt quod ipsae »; cum igitur res materiales non possint esse in anima per se ipsas sed solum per ' imagines sui similes quae non sunt quod ipsae ', videtur quod mens materialia non cognoscat.

2. Praeterea, Augustinus XII Super Genesim ad litteram dicit « Mente intelliguntur quae nec corpora sunt nec similitudines corporum »; sed res materiales sunt corpora et similitudines corporum habent; ergo mente non cognoscuntur.

3. Praeterea, mens sive intellectus habet cognoscere quiditatem rerum quia obiectum intellectus est ' quod quid est ', ut dicitur in III De anima; sed quiditas rerum materialium non est ipsa corporeitas, alias oporteret omnia quae quiditatem habent corporea esse; ergo materialia mens non cognoscit.

4. Praeterea, cognitio mentis consequitur formam quae est principium cognoscendi; sed formae intelligibiles quae sunt in mente sunt omnino immateriales; ergo per eas mens non potest res materiales cognoscere.

5. Praeterea, omnis cognitio est per assimilationem; sed non potest esse assimilatio inter mentem et materialia quia similitudinem facit unitas qualitatis, qualitates autem rerum materialium sunt corporalia accidentia quae in mente esse non possunt; ergo mens non potest materialia cognoscere.

6. Praeterea, mens nihil cognoscit nisi abstrahendo a materia et a condicionibus materiae; sed res materiales quae sunt res naturales non possunt etiam secundum intellectum a materia separari quia in eorum diffinitionibus cadit materia; ergo materialia per mentem cognosci non possunt.

SED CONTRA, ea quae ad scientiam naturalem pertinent, mente cognoscuntur; sed scientia naturalis de rebus materialibus est; ergo mens res materiales cognoscit.

2. Praeterea, « unusquisque bene iudicat quae cognoscit et horum est optimus iudex », ut dicitur in I Ethicorum; sed, sicut dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram, per mentem « ista inferiora iudicantur »; | ergo haec inferiora materialia per mentem intelliguntur. 92vb

3. Praeterea, per sensum non cognoscimus nisi materialia; sed cognitio mentis a sensu oritur; ergo et mens materiales res cognoscit.

RESPONSIO. Dicendum quod omnis cognitio est secundum aliquam formam quae est in cognoscente principium cognitionis. Forma autem huiusmodi dupliciter potest considerari: uno modo secundum esse quod habet in cognoscente, alio modo secundum respectum quem habet ad rem cuius est similitudo. Secundum quidem primum respectum facit cognoscentem actu cognoscere, sed secundum respectum secundum determinat cognitionem ad aliquod cognoscibile determinatum; et ideo modus cognoscendi rem aliquam est secundum condicionem cognoscentis in quo forma recipitur secundum modum eius. Non autem oportet quod res cognita sit secundum modum cognoscentis, vel secundum illum modum quo forma, quae est cognoscendi principium, esse habet in cognoscente; unde nihil prohibet per formas quae in mente immaterialiter existunt res materiales cognosci.

A 5 ⟨II⟩ *suppl.*] *om.* A illa est] que non habent ymagines sui similes que non sint quod ipse *praem.* pA (*cf. lin.* 6-7) 6 eas res] non habet ymaginem *praem.* pA 15 sunt] s (*primo deletum*) vel *praem.* pA 25 Praeterea] illud quod est omnino immateriale non potest ducere in cognitionem rei in *inc. primam inscriptionem argum. add.* pA 72 quo] quod *praem.* pA

Φ 5 ⟨II⟩ *suppl.* Φ 6 eas] illas Φ 8 materiales] naturales α δ[2] naturales vel *praem.* γ possint] possunt Φ (-α) 9 ipsas] ipsam α ipsa β γ δ[2] 12 XII] xv (*seu* 15) Φ (-γ) 19 quiditatem] –tates Φ 23 corporea] corpora Φ 24 materialia...cognoscit] etc. Φ 33 qualitates] qualitas Φ 35 mens...cognoscere] etc. Φ 42 materialia...possunt] etc. Φ 47 mens...cognoscit] materialia per mentem cognosci possunt Φ 56 materiales] naturales Φ 60 dupliciter *om.* Σ 65 sed...respectum secundum] sec. sec. respectum α sed sec. respectum β γ sec. respectum δ[2] sec. vero sec. respectum δ[1] 69 quo] qua Φ

5 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 80 D) ex August. *De Gen. ad litt.* XII c. 6 (PL 34, 458). 13 Cap. 24 (PL 34, 474). 21 *De anima* III 11 (430 b 28). 30 omnis cognitio...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 32 similitudinem...qualitatis: Arist. ut supra q. 3 a. 1 74. 50 Cap. 1 (1094 b 27) sec. transl. Novam (ed. Marchesi, p. XXVIII). 51 Cap. 24 (PL 34, 474). 55 cognitio...oritur: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota.

Hoc autem differenter contingit in mente humana quae formas accipit a rebus, et in divina vel angelica quae a rebus non accipiunt. In mente enim accipiente scientiam a rebus, formae existunt per quandam actionem rerum in animam; omnis autem actio est per formam; unde formae quae sunt in mente nostra primo et principaliter respiciunt res extra animam existentes quantum ad formas earum. Quarum est duplex modus: quaedam enim sunt quae nullam sibi materiam determinant, ut linea, superficies et huiusmodi; quaedam autem determinant sibi specialem materiam, sicut omnes formae naturales. Ex cognitione ergo formarum quae nullam sibi materiam determinant non relinquitur aliqua cognitio de materia, sed ex cognitione formarum quae determinant sibi materiam cognoscitur etiam ipsa materia aliquo modo, scilicet secundum habitudinem quam habet ad formam. Et propter hoc dicit Philosophus in I Physicorum quod materia prima est « scibilis secundum analogiam », et sic per similitudinem formae ipsa res materialis cognoscitur, sicut aliquis ex hoc ipso quod cognoscit simitatem, cognosceret nasum simum.

Sed formae rerum in mente divina existentes sunt, ex quibus fluit esse rerum quod est communiter formae et materiae; unde et formae illae respiciunt materiam et formam immediate, non unum per alterum; et similiter formae intellectus angelici quae sunt similes formis mentis divinae, quamvis non sint causae rerum. Et sic mens nostra de rebus materialibus immaterialem cognitionem habet; mens vero divina et angelica materialia immaterialius et tamen perfectius cognoscit.

1. Ad primum igitur dicendum quod auctoritas illa dupliciter potest exponi: uno modo ut referatur ad visionem intellectualem quantum ad omnia quae sub ipsa comprehenduntur, et sic dicitur esse intellectualis visio illarum tantum rerum « quae non habent imagines sui similes quae non sint quod ipsae », non ut hoc intelligatur de imaginibus quibus res intellectuali visione videntur, quae sunt quasi medium cognoscendi, sed quia ipsa cognita per intellectualem visionem sunt res ipsae et non rerum imagines, quod in visione corporali, scilicet sensitiva, et spirituali, scilicet imaginaria, non accidit: obiecta enim imaginationis et sensus sunt quaedam accidentia ex quibus quaedam rei figura vel imago constituitur, sed obiectum intellectus est ipsa rei essentia, quamvis essentiam rei cognoscat per eius similitudinem sicut per medium cognoscendi, non sicut per obiectum in quod primo feratur eius visio. — Vel dicendum quod hoc quod in auctoritate dicitur, pertinet ad visionem intellectualem secundum quod excedit imaginariam et sensitivam: sic enim Augustinus, ex cuius verbis glosa sumitur, intendit assignare differentiam trium visionum, attribuens superiori visioni illud in quo inferiorem excedit; sicut dicit quod spiritualis visio est cum absentia cogitamus per similitudines quasdam, et tamen spiritualis sive imaginaria visio etiam est de his quae praesentialiter videntur; sed in hoc quod etiam absentia videt, imaginatio sensum transcendit, et ideo ponitur hoc quasi proprium eius. Similiter etiam intellectualis visio in hoc transcendit imaginationem et sensum quod ad illa se extendit quae per essentiam suam sunt intelligibilia; et ideo hoc ei attribuit Augustinus quasi eius proprium, quamvis etiam cognoscere possit materialia quae per suas similitudines cognoscibilia sunt; unde dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram quod per mentem « et ista inferiora diiudicantur, et ea cernuntur quae neque sunt corpora neque ullas gerunt formas similes corporum ».

2. Et per hoc patet responsio ad secundum.

A 78 humana *hic* A] *post* rebus pA 79 vel angelica quae] q *praem.* pA 86 sunt] *idem conf. praem.* pA 95 scilicet] in universali *add.* pA 96 formam] et hoc non est cognoscere materiam nisi *add.* pA 109 nostra] nr nostra *conf. praem.* pA 113 auctoritas illa] augustini *add.* pA (*cf. lin.* 136) 128 vel imago constituitur] con *praem.* pA 136 ex cuius verbis] unde *praem.* pA 144 et ideo] quod *praem.* pA 147 ad illa] illa *praem.* pA 149 et] *idem conf. praem.* pA

Φ 78 formas] cognitionem Σ 83 primo] proprie Σ 90 ergo] autem Φ 101 cognosceret] cognoscit Φ 105 respiciunt] et *add.* Φ 108 causae] causa Φ 109 sic] fit (*seu* sit) *add.* Φ (-δ) 117 esse *om.* Φ 119 sint] sunt Φ 125 imaginaria] imaginativa Φ 128 figura vel] figurabilis α γ figuralis δ 132 quod] quo Φ feratur] fertur Φ 139 illud] id Φ 139 dicit] dicitur Φ 143 absentia] absentium Φ 153 et] etiam Φ 154 cernuntur] sciuntur Φ (-δ^2) sequuntur δ^2

97 Cap. 7 (191 a 7) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 12^r). 101 nasum simum: exemplum Arist. *Metaph.* VII 11 (1037 a 31). 136 Cf. supra lin. 5 et in nota. 153 Cap. 24 (PL 34, 474).

3. Ad tertium dicendum quod, si corporeitas sumatur a corpore prout est in genere quantitatis, sic corporeitas non est rei naturalis quiditas sed eius accidens, scilicet trina dimensio; si vero sumatur a corpore prout est in genere substantiae, sic corporeitas nominat rei naturalis essentiam. Nec tamen sequetur quod omnis quiditas sit corporeitas, nisi diceretur quod quiditati, in quantum est quiditas, conveniret esse corporeitatem.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis in mente non sint nisi immateriales formae, possunt tamen esse similitudines materialium rerum: non enim oportet quod eiusmodi esse habeat similitudo et id cuius est similitudo, sed
93ra solum quod in ratione conveniant, sicut | forma hominis in statua aurea, quale esse habet forma hominis in carne et ossibus.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis qualitates corporales non possint esse in mente, possunt tamen ⟨in⟩ ea esse similitudines corporearum qualitatum, et secundum has mens rebus corporeis assimilatur.

6. Ad sextum dicendum quod intellectus cognoscit abstrahendo a materia particulari et condicionibus eius, sicut ab his carnibus et his ossibus, non tamen oportet quod abstrahat a materia universali; unde potest considerare formam naturalem in carnibus et ossibus, licet non in his.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum mens nostra possit cognoscere materialia in singulari. Et videtur quod sic quia sicut singulare habet esse propter materiam, ita et res dicuntur naturales quae in sui diffinitione materiam habent; sed mens, quamvis sit immaterialis, potest cognoscere res naturales; ergo eadem ratione potest cognoscere res singulares.

2. Praeterea, nullus iudicat recte et disponit de aliquibus nisi ea cognoscat; sed sapiens per mentem iudicat et disponit recte de singularibus, sicut de familia sua et de rebus suis; ergo mente singularia cognoscimus.

3. Praeterea, nullus cognoscit compositionem nisi cognoscat compositionis extrema; sed hanc compositionem ' Socrates est homo ' format mens: non enim posset eam formare aliqua sensitiva potentia quae hominem in universali non apprehendit; ergo mens singularia cognoscit.

4. Praeterea, nullus potest imperare actum aliquem nisi cognoscat obiectum illius actus; sed mens sive ratio imperat actum concupiscibilis et irascibilis, ut patet in I Ethicorum; cum ergo illarum obiecta sint singularia, mens singularia cognoscet.

5. Praeterea, « quicquid potest virtus inferior, potest et superior » secundum Boetium; sed potentiae sensitivae, quae sunt inferiores mente, singularia cognoscunt; ergo multo amplius mens singularia cognoscere potest.

6. Praeterea, quanto aliqua mens est altior tanto habet universaliorem cognitionem ut patet per Dionysium XII cap. Caelestis hierarchiae; sed mens angeli est altior quam mens hominis, et tamen angelus cognoscit singularia; ergo multo amplius mens humana.

SED CONTRA, « universale est dum intelligitur, singulare dum sentitur », ut dicit Boetius.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut ex dictis patet, mens humana et angelica diversimode materialia cognoscit. Cognitio enim mentis humanae fertur ad res materiales primo secun-

A 165 nisi] quia non convenit q (q *primo deletum*) corporeitati in quan *praem.* pA 167 corporeitatem] cor *in fine lin. praem.* pA 169 sint *scrips.*] sit *casu om. complem. abbrev.* A 178 ⟨in⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A 181 sextum] vi *em.* A vij pA 181 quod] si *add.* pA 183 sicut...non] no *praem.* pA
3 sicut singulare] principium sicut singu *praem.* pA 26 cognoscet *clare* A 37 mens *sup. lin.* A] res pA

Φ 164 sequetur] sequitur Φ 172 et] *om.* γ cuiusmodi α δ^1 eius δ^2 173 conveniant] –veniat Φ 175 carne] carnibus Φ 178 ⟨in⟩ ea *om.* Φ 183 his carnibus] hac carne Φ 185 universali] naturali α δ naturali *add.* γ 186 licet] sed Φ
4 propter] per Φ 9 iudicat recte] recte *praem.* α β *inv.* γ δ 25 illarum] illorum Φ 26 cognoscet] –scit Φ 28 et *om.* Φ 43 materiales] naturales Φ (-δ^1)

183 his carnibus...ossibus: exemplum Arist. e. g. *Metaph.* VII 7 (1034 a 6), ibid. 9 (1035 a 33) et 11 (1036 b 4).
1 Parall.: supra q. 2 a. 6; *I Pars* q. 86 a. 1; *Quodlib.* XII q. 8. 9 nullus...cognoscat: Arist. ut supra a. 4 50. 24 *Ethic.* I 20 (1102 b 30). 28 Cf. supra q. 2 a. 6 30 in nota. 35 § 2 (PG 3, 292 C; Dion. 936). 39 Cf. supra q. 2 a. 4 4 in nota. 40 dictis: supra a. 4.

dum formam et secundario ad materiam prout habet habitudinem ad formam. Sicut autem omnis forma quantum est de se est universalis, ita habitudo ad formam non facit cognoscere materiam nisi cognitione universali; sic autem considerata materia non est individuationis principium, sed secundum quod consideratur materia in singulari quae est materia signata sub determinatis dimensionibus existens: ex hac enim forma individuatur; unde Philosophus dicit in VII Metaphysicae quod hominis partes sunt forma et materia ut universaliter, Socratis vero forma haec et haec materia. Unde patet quod mens nostra directe singulare cognoscere non potest; sed directe cognoscitur a nobis singulare per virtutes sensitivas quae recipiunt formas a rebus in organo corporali, et sic recipiunt eas sub determinatis dimensionibus et secundum quod ducunt in cognitionem materiae singularis: sicut enim forma universalis ducit in cognitionem materiae universalis, ita forma individualis ducit in cognitionem materiae signatae quae est individuationis principium. Sed tamen mens per accidens singularibus se immiscet in quantum continuatur viribus sensitivis quae circa particularia versantur; quae quidem continuatio est dupliciter: uno modo in quantum motus sensitivae partis terminatur ad mentem, sicut accidit in motu qui est a rebus ad animam; et sic mens singulare cognoscit per quandam reflexionem, prout scilicet mens cognoscendo obiectum suum, quod est aliqua natura universalis, redit in cognitionem sui actus, et ulterius in speciem quae est sui actus principium, et ulterius in phantasma a quo species est abstracta; et sic aliquam cognitionem de singulari accipit. Alio modo secundum quod motus qui est ab anima ad res incipit a mente, et procedit in partem sensitivam prout mens regit inferiores vires, et sic singularibus se immiscet mediante ratione particulari quae est potentia quaedam sensitivae partis componens et dividens intentiones individuales, quae alio nomine dicitur cogitativa, et habet determinatum organum in corpore, scilicet mediam cellulam capitis: universalem enim sententiam quam mens habet de operabilibus non est possibile applicari ad particularem actum nisi per aliquam potentiam mediam apprehendentem singulare, ut sic fiat quidam syllogismus cuius maior sit universalis quae est sententia mentis, minor autem singularis quae est apprehensio particularis rationis, conclusio vero electio singularis operis, ut patet per id quod habetur in III De anima.

Mens vero angeli, quia cognoscit res materiales per formas quae respiciunt immediate materiam sicut et formam, non solum cognoscit materiam in universali directa inspectione, sed etiam in singulari; et similiter etiam mens divina.

1. Ad primum ergo dicendum quod | cognitio qua cognoscitur materia secundum analogiam quam habet ad formam, sufficit ad cognitionem rei naturalis, non autem ad cognitionem singularis, ut ex dictis patet. 93rb

2. Ad secundum dicendum quod dispositio sapientis de singularibus non fit per mentem nisi mediante vi cogitativa cuius est intentiones particulares cognoscere, ut ex dictis patet.

3. Ad tertium dicendum quod secundum hoc intellectus potest ex universali et singulari propositionem componere, quod singulare per reflexionem quandam cognoscit, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod intellectus sive ratio cognoscit in universali finem ad quem ordinat actum concupiscibilis et actum irascibilis imperando eos; hanc autem cognitionem universalem mediante vi cogitativa ad singularia applicat, ut dictum est.

A 47 non] *idem conf. praem.* pA 54 hominis partes] homo diffi *praem.* pA 56 forma] et *praem.* pA 64 ducit] universaliter *add.* pA 67 tamen] *idem conf. et imp. praem.* pA 93 mediam] si *praem.* pA 95 maior] mu *et litt. imp. praem.* pA 100 materiales] m *et litt. imp. praem.* pA 119 intellectus sive ratio] ratio *praem.* pA 120 in universali finem ad] finem ad *praem.* pA

Φ 51 signata] designata Φ 90 enim] vero Φ 104 et *om.* Φ etiam[2]] et Φ 109 cognitionem] rei *add.* Φ 114 particulares] singulares Φ 116 ex] de Φ

54 *Metaph.* VII 10 (1035 b 27). 88 cogitativa: Averroes ut infra q. 14 a. 1 ad 9. 89 mediam...capitis: medici ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 60 e. g. Avicenna *De anima* IV c. 2 (f. 17^{vb} C), Averroes *De anima* III comm. 6 (VI^{1}, 154 A) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 50 q. 1 a. 1 ad 3. 99 *De anima* III 16 (434 a 16).

5. Ad quintum dicendum quod illud quod potest virtus inferior, potest etiam superior, non tamen semper eodem modo sed quandoque alio altiori; et sic intellectus cognoscere potest ea quae cognoscit sensus, altiori tamen modo quam sensus: sensus enim cognoscit ea quantum ad dispositiones materiales et accidentia exteriora, sed intellectus penetrat ad intimam naturam speciei quae est in ipsis individuis.

6. Ad sextum dicendum quod cognitio mentis angelicae est universalior quam cognitio mentis humanae quia ad plura se extendit paucioribus mediis utens; est tamen efficacior ad singularia cognoscenda quam mens humana, ut ex dictis patet.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum mens humana cognitionem accipiat a sensibilibus. Et videtur quod non: eorum enim quae non communicant in materia, non potest esse actio et passio, ut per Boetium in libro De duabus naturis patet et per Philosophum in I De generatione; sed mens nostra non communicat in materia cum rebus sensibilibus; ergo non possunt sensibilia agere in mentem nostram ut ex eis menti nostrae aliqua cognitio imprimatur.

2. Praeterea, obiectum intellectus est quid, ut dicitur in III De anima; sed quiditas rei nullo sensu percipitur; ergo cognitio mentis a sensu non accipitur.

3. Praeterea, Augustinus dicit in X Confessionum loquens de cognitione intelligibilium quomodo a nobis acquiratur « Ibi », inquit, « erant », scilicet intelligibilia in mente nostra, « et antequam ea didicissem, sed in memoria non erant »; ergo videtur quod intelligibiles species non sint in mente a sensibus acceptae.

4. Praeterea, sicut Augustinus probat in X De Trinitate, anima non potest amare nisi cognita; sed aliquis antequam aliquam scientiam addiscat amat eam, quod patet ex hoc quod multo studio eam quaerit; ergo antequam addiscat illam scientiam habet eam in notitia sua, ergo videtur quod non accipiat mens cognitionem a rebus sensibilibus.

5. Praeterea, Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram « Corporis imaginem non corpus in spiritu sed ipse spiritus in se ipso facit celeritate mirabili quae ineffabiliter longe est a corporis tarditate »; ergo videtur quod mens non accipiat species intelligibiles a sensibilibus sed ipsa eas in se formet.

6. Praeterea, Augustinus dicit in XII De Trinitate quod mens nostra « de rebus corporalibus iudicat secundum rationes incorporales et sempiternas »; sed rationes a sensu acceptae non sunt huiusmodi; ergo videtur quod mens humana non accipiat cognitionem a sensibilibus.

7. Praeterea, si mens cognitionem a sensibilibus accipiat, hoc non potest esse nisi in quantum species, quae a sensibilibus accipitur, intellectum possibilem movet; sed talis species non potest movere intellectum possibilem: non enim movet ipsum in phantasia adhuc existens quia ibi existens nondum est actu intelligibilis sed potentia tantum, intellectus autem non movetur nisi ab intelligibili actu, sicut nec visus nisi a visibili in actu; similiter nec movet intellectum possibilem existens in intellectu agente

A 129 ea *sup. lin.* A] singularia pA 138 singularia] sua *praem.* pA
20 quod] notitiam *add.* pA 23 Trinitate] civi *praem.* pA 27 habet] alius *praem.* pA 30 Super Genesim] de *praem.* pA 31 imaginem] *idem praem.* pA 40 rationes] huiusmodi *add.* pA 51 intellectus (*ex* intellectis pA) *em.* A

Φ 126 etiam *om.* Φ 128 altiori] modo *add.* Φ 137 est] et Φ ad] est *praem.* Φ (*cf. nota superior*) 138 quam mens humana *om.* Φ
2 accipiat] *om.* α *post* sensibilibus β habeat *ante* cognitionem *et* accipiat *post* sensibilibus γ accipit *ante* cognitionem δ 3 communicant] conveniunt Φ 4-6 ut per...patet et] sed ut patet per boetium in libro de duabus naturis etiam (et etiam δ) Φ 6 in I] in α *om.* γ in libro δ 15 in *om.* Φ 17 inquit] inquam Φ 19 et *om.* Φ 21 sint in mente] sunt Φ 22 sicut *om.* Φ 22 in *om.* Φ 23 Trinitate] quod *add.* Φ 28 cognitionem] scientiam Σ 32 sed *om.* α β δ^2 35 sensibilibus] sensibus Φ 37 in *om.* Φ 40 a sensu] a sensibus *post* acceptae Σ 41-42 ergo...sensibilibus] et sic idem quod prius Φ 51-53 intellectus...actu *om.* α δ 53 nec] non Φ 54 agente] existens *add.* Φ (-δ)

130 sensus...individuis: cf. supra q. 1 a. 12 26 in nota.
1 Parall.: *I Pars* q. 84 a. 6; *Quodlib.* VIII q. 2 a. 1; *Comp. theol.* cap. 81, 82 et 83. 5 *Contra Eut. et Nest.* cap. 6 (PL 64, 1349 D). 6 Cap. 7 (324 a 34). 12 *De anima* III 11 (430 b 28). 16 Cap. 10 (PL 32, 786). 23 Cap. 1 (PL 42, 971). 31 Cap. 16 (PL 34, 467). 38 Cap. 2 (PL 42, 999).

qui nullius speciei est receptivus, alias non differret ab intellectu possibili; similiter nec existens in ipso possibili intellectu quia forma iam inhaerens subiecto subiectum non movet sed in ipso quodam modo quiescit; nec etiam per se existens cum species intelligibiles non sint substantiae sed de genere accidentium, ut dicit Avicenna in sua Metaphysica; ergo nullo modo esse potest ut mens nostra a sensibilibus accipiat scientiam.

8. Praeterea, agens est nobilius patiente, ut patet per Augustinum XII Super Genesim ad litteram, et per Philosophum in III De anima; sed recipiens se habet ad illud a quo recipit quasi patiens ad agens; cum ergo mens sit multo nobilior sensibilibus et sensibus ipsis, non poterit ab eis cognitionem accipere.

9. Praeterea, Philosophus dicit in VII Physicorum quod « anima in quiescendo | fit sciens et prudens »; sed anima non posset accipere scientiam a sensibilibus nisi moveretur aliquo modo ab eis; ergo anima non accipit scientiam a sensibilibus.

93va

SED CONTRA, sicut dicit Philosophus et experimento probatur, cui deficit unus sensus deest una scientia, sicut caecis deest scientia de coloribus; hoc autem non esset si anima aliunde acciperet scientiam quam per sensus; ergo a sensibilibus per sensus cognitionem accipit.

2. Praeterea, omnis nostra cognitio originaliter consistit in notitia primorum principiorum indemonstrabilium; horum autem cognitio in nobis a sensu oritur, ut patet in fine Posteriorum; ergo scientia nostra omnis a sensu oritur.

3. Praeterea, natura nihil facit frustra nec deficit in necessariis; frustra autem dati essent sensus animae nisi per eos cognitionem de rebus acciperet; ergo mens nostra a sensibilibus cognitionem accipit.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quaestionem multiplex fuit antiquorum opinio. Quidam enim posuerunt ortum scientiae nostrae totaliter a causa exteriori esse quae est a materia separata; quae in duas sectas dividitur: quidam enim, ut Platonici, posuerunt formas rerum sensibilium esse a materia separatas, et sic esse intelligibiles actu, et per earum participationem a materia sensibili effici individua in natura, earum vero participatione humanas mentes scientiam habere; et sic ponebant formas praedictas esse principium generationis et scientiae, ut Philosophus narrat in I Metaphysicae. Sed haec positio a Philosopho sufficienter reprobata est, qui ostendit quod non est ponere formas sensibilium rerum nisi in materia sensibili, cum etiam nec sine materia sensibili in universali formae naturales intelligi possint sicut nec simus sine naso.

Et ideo alii, non ponentes formas sensibilium separatas sed intelligentias tantum quas nos angelos dicimus, posuerunt originem scientiae nostrae totaliter ab huiusmodi substantiis separatis esse. Unde Avicenna voluit quod, sicut formae sensibiles non acquiruntur in materia sensibili nisi ex influentia intelligentiae agentis, ita nec formae intelligibiles humanis mentibus imprimuntur nisi ex intelligentia agente quae non est pars animae sed substantia separata, ut ipse ponit; indiget tamen anima sensibus quasi excitantibus et disponentibus

A 66 ut patet] p *imp. praem.* pA 72 Physicorum] d (*primo deletum*) eth *imp. praem.* pA 100 quae (*scil.* opinio) in duas sectas] et horum est duplex *praem.* pA 103 et sic...et per earum] et (*casu non del., et delevimus*) per eas *praem.* pA 104 effici] perfic (c *imp.*) *praem.* pA 113 in universali *in marg.* A] *om.* pA 114 sicut nec...Et ideo] § Alii vero dixerunt *praem.* pA 123 imprimuntur nisi] non *casu praem.* A, *et delevimus*

Φ 63 sensibilibus] sensibus Φ 68 a quo] quod Φ 74 et prudens *om.* Φ 75 aliquo] quodam Φ 76 anima...sensibilibus] etc. Φ 78 Sed *om.* Φ 80 deest[1]] deficit Φ 83 cognitionem] scientiam Φ 89 omnis] *lac.* (*vel om.*) α γ vel cognitio *praem.* δ 94 mens...accipit] etc. Φ 107 formas praedictas] secundum dictas formas Φ (-δ) *inv.* δ 113 naturales] universales Φ 114 possint] possunt Φ 122 nec] et Φ 123 mentibus] non (*induc.* A) *add.* Φ

62 III c. 8 (f. 82va). 67 Cap. 16 (PL 34, 467). 68 Cap. 5 (430 a 18) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 321,3) 73 Cap. 3 (247 b 23) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 78v). 78 *Anal. post* I 30 (81 a 38) ut refert Thomas *I Pars* q. 78 a. 4 arg. 4. 89 II 20 (100 a 10). 91 natura...necessariis: Arist. *De anima* III c. 9 (432 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 355,2). 109 *Metaph.* I 15 (991 a 8). 110 *Metaph.* VII 9 (1034 b 32 sqq.). 114 simus sine naso: exemplum Arist. ut supra a. 4 101 in nota. 119 *De anima* V c. 5 (f. 25rb) ut refert Thomas infra q. 11 a. 1 211. 125 ipse ponit: hic supra.

ad scientiam, sicut agentia inferiora praeparant materiam ad suscipiendum formam ab intelligentia agente. Sed ista etiam opinio non videtur rationabilis quia secundum hoc non esset necessaria dependentia inter cognitionem mentis humanae et virtutes sensitivas, cuius contrarium manifeste apparet tum ex hoc quod deficiente sensu deficit scientia de suis sensibilibus, tum etiam ex hoc quod mens nostra non potest actu considerare etiam ea quae habitualiter scit nisi formando aliqua phantasmata, unde et laeso organo phantasiae impeditur consideratio. Et praeterea, praedicta positio tollit proxima rerum principia si omnia inferiora ex substantia separata immediate formas consequuntur tam intelligibiles quam sensibiles.

Alia autem opinio fuit ponentium nostrae scientiae originem totaliter a causa interiori esse; quae etiam in duas sectas dividitur. Quidam enim posuerunt humanas animas in se ipsis continere omnium rerum notitiam, sed per coniunctionem ad corpus praedictam notitiam obtenebrari; et ideo dicebant nos indigere sensibus et studio ut impedimenta scientiae tollerentur, dicentes addiscere nihil aliud esse quam reminisci, sicut etiam manifeste apparet quod ex his quae audimus vel videmus reminiscimur ea quae prius sciebamus. Sed haec positio non videtur etiam rationabilis: si enim coniunctio animae ad corpus sit naturalis, non potest esse quod per eam totaliter naturalis scientia impediretur, et ita, si haec opinio vera esset, non pateremur omnimodam ignorantiam eorum quorum sensum non habemus. Esset autem haec opinio consona illi positioni quae ponit animas ante corpora fuisse creatas et postmodum corporibus unitas, quia tunc compositio corporis et animae non esset naturalis sed accidentaliter proveniens ipsi animae; quae quidem opinio et secundum fidem et secundum philosophorum sententias reprobanda iudicatur.

Alii vero dixerunt quod anima sibi ipsi est scientiae causa: non enim a sensibilibus scientiam accipit quasi per actionem sensibilium aliquo modo similitudines rerum ad animam perveniant, sed ipsa anima ad praesentiam sensibilium in se similitudines rerum sensibilium format. Sed haec etiam positio non videtur totaliter rationabilis: nullum enim agens nisi secundum quod est actu agit; unde si anima in se format omnium rerum similitudines, oportet quod ipsa in se actu habeat omnes illas similitudines rerum, et sic redibit in praedictam opinionem quae ponit omnium rerum scientiam animae humanae naturaliter insitam esse.

Et ideo prae omnibus praedictis positionibus rationabilior est sententia Philosophi qui ponit scientiam mentis nostrae partim ab intrinseco et partim ab extrinseco esse, non solum a rebus a materia separatis sed etiam ab ipsis sensibilibus. Cum enim mens nostra comparatur ad res sensibiles quae sunt extra animam, invenitur se habere ad eas in duplici habitudine: uno modo ut actus ad potentiam, in quantum scilicet res quae sunt extra animam sunt intelligibiles in potentia, ipsa vero mens est intelligibilis in actu, et secundum hoc po-

A 140 proxima] immedia *praem.* pA principia] in ei *add.* pA 143 fuit] quod *add.* pA ponentium] causam *add.* pA 144 a causa] c *praem.* pA interiori *ut sensus exposcit* (*cf. lin.* 99, 145-ss, 183-ss) *scrips.*] inferiori (*fort. mendum scribae e lapsu auditus*) A 156 animae...sit] sit *praem.* pA 160 quorum] que per *praem.* pA 175 positio] *litt. imp. add.* pA 180 praedictam] al *praem.* pA 191 actus ad *in marg.* A] ad actum *post* potentiam pA 194 intelligibilis] est *add.* pA

Φ 127 agentia inferiora] ista inferiora agentia Φ 129 etiam *om.* Φ 135 etiam *om.* Φ 138 et] etiam Φ (-δ^1) 143 autem *om.* Φ 144 interiori] inferiori (*induc.* A) Φ 145 quae] quedam α β *om.* δ^2 *non liquet* γ 148 notitiam] cognitionem Φ 152 etiam...quod] *om.* α δ manifeste apparet quod *ante* sicut γ 153 vel] et Φ 155 rationabilis] esse (*ante* etiam δ^2) *praem.* Φ (-δ^1) 158 impediretur] impeditur Φ (-δ) impedietur δ^2 161 haec *om.* Φ 171 per actionem] actione Φ 174 rerum *om.* Φ (*def.* δ^2) 175 etiam *om.* Φ 179 omnes *om.* Φ 182 humanae *om.* Φ 184 est] videtur Φ

127 sicut...agente: Avicenna ut infra q. 11 a. 1 203. 133 deficiente...sensibilibus: cf. Arist. *Anal. post.* I 30 (81 a 38). 138 laeso organo phantasiae: Avicenna ut supra a. 2 54 in nota. 145 Quidam: Platonici ut refert Thomas infra q. 18 a. 7 87, cf. Tullius *Tuscul. disput.* I c. 24 n. 57-59, August. *De Trin.* XII c. 15 (PL 42, 1011) et *De quant. anim.* cap. 20 (PL 32, 1055), Macrobius *Comment. in somn. Scipionis* I c. 12 n. 6-10, Nemesius *De nat. hom.* cap. 2 (PG 40, 552; Bd [33]), Boetius *De consol.* III metr. 11 (PL 63, 777 A). 161 illi positioni: Origenes [*Peri Archon* II c. 9 (PG 11, 230 B-C)] ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 83, cf. August. *De civ. Dei* cap. 23 (PL 41, 336) et Gennadius *De eccles. dogm.* cap. 14 (PL 58, 984 B). 166 secundum fidem: cf. Thomas *Cont. Gent.* II c. 83 versus finem. 167 secundum...iudicatur: cf. Bonaventura *Super Sent. II* d. 18 a. 2 q. 2. 169 Alii: ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* XXX, XXXI et XXXII (ed. Baeumker, pp. 37-39). 177 secundum...actu: cf. supra q. 2 a. 3 237 in nota. 184 *De anima* III 10 (430 a 10 sqq.).

93vb nitur in anima intellectus agens | qui faciat intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu; alio modo ut potentia ad actum, prout scilicet in mente nostra formae rerum determinatae sunt in potentia tantum quae in rebus extra animam sunt in actu, et secundum hoc ponitur in anima nostra intellectus possibilis cuius est recipere formas a rebus sensibilibus abstractas, factas intelligibiles in actu per lumen intellectus agentis, quod quidem lumen intellectus agentis in anima procedit sicut a prima origine a substantiis separatis et praecipue a Deo.

Et secundum hoc verum est quod scientiam mens nostra a sensibilibus accipit; nihilominus tamen ipsa anima in se similitudines rerum format in quantum per lumen intellectus agentis efficiuntur formae a sensibilibus abstractae intelligibiles actu, ut in intellectu possibili recipi possint. Et sic etiam in lumine intellectus agentis nobis est quodam modo originaliter omnis scientia indita mediantibus universalibus conceptionibus quae statim lumine intellectus agentis cognoscuntur, per quas sicut per universalia principia iudicamus de aliis et ea praecognoscimus in ipsis, ut secundum hoc etiam illa opinio veritatem habeat quae ponit nos ea quae addiscimus ante in notitia habuisse.

1. Ad primum igitur dicendum quod formae sensibiles vel a sensibilibus abstractae non possunt agere in mentem nostram nisi quatenus per lumen intellectus agentis immateriales redduntur; et sic efficiuntur quodam modo homogeneae intellectui possibili in quem agunt.

2. Ad secundum dicendum quod circa idem virtus superior et inferior operantur non similiter sed superior sublimius; unde et per formam quae a rebus recipitur, sensus non ita efficaciter rem cognoscit sicut intellectus, sed sensus per eam manuducitur in cognitionem exteriorum accidentium, intellectus vero pervenit ad nudam quiditatem rei secernendo eam ab omnibus materialibus dispositionibus. Unde non pro tanto dicitur cognitio mentis a sensu originem habere quod omne illud quod mens cognoscit sensus apprehendat, sed quia ex his quae sensus apprehendit mens in aliqua ulteriora manuducitur, sicut etiam sensibilia intellecta manuducunt in intelligibilia divinorum.

3. Ad tertium dicendum quod verbum Augustini est referendum ad praecognitionem qua particularia in principiis universalibus praecognoscuntur; sic enim verum est quod ea quae addiscimus, prius in anima nostra erant.

4. Ad quartum dicendum quod aliquis, antequam aliquam scientiam acquirat, amare eam potest in quantum eam cognoscit quadam cognitione universali, cognoscendo utilitatem illius scientiae vel visu vel quocumque alio modo.

5. Ad quintum dicendum quod secundum hoc intelligenda est anima se ipsam formare quod per actionem intellectus agentis formae intelligibiles factae intellectum possibilem formant, ut dictum est, et secundum quod etiam vis imaginativa potest formare diversorum sensibilium formas; quod praecipue apparet dum imaginamur ea quae numquam sensu percepimus.

6. Ad sextum dicendum quod prima principia quorum cognitio est nobis innata sunt quaedam similitudo increatae veritatis; unde secundum quod per ea de aliis iudicamus, dicimur iudicare de rebus per rationes incommutabiles vel per veritatem increatam. Hoc tamen quod Augustinus ibi dicit referendum est ad rationem superiorem quae aeternis contemplandis inhaeret; quae quidem, quamvis sit digni-

A 219 iudicamus de aliis] alia *praem.* pA 220 in (*ex* inde *ut videtur* pA) *em.* A 229 intellectui *em.* A] *conf.* pA 231 operantur non similiter] diversimode *praem.* pA 233 a rebus recipitur] proceditur (*ut videtur*) *praem.* pA 239 non pro] p *imp. praem.* pA 243 sensibilia intellecta *inv.* pA 246 referendum] intelligendum *praem.* pA 251 acquirat (*ex* acquirit pA) *em.* A 261 imaginativa] im *praem.* pA 268 ea (*ex* eas pA) *em.* A

Φ 195 anima] ea Φ 196 esse *om.* Φ in² *om.* Φ 203 in *om.* Φ 206 et *om.* Φ 222 quae²] nos *add.* Φ 233 recipitur] accipitur Φ 238 dispositionibus] conditionibus Φ 239 non] *om.* α γ pδ² *post* habere sδ² 242 ulteriora] inferiora Σ 252 eam² *om.* Φ quadam] quedam α β *non liquet* γ δ² 260 quod] hoc Φ 268 ea] eas (*induc.* pA) Φ

204 lumen...Deo: cf. Thomas *I Pars* q. 79 a. 4. 272 quae...inhaeret: August. *De Trin.* XII c. 7 (PL 42, 1005) ut dicitur infra q. 15 a. 2 lin. 25.

tate prior, est tamen eius operatio tempore posterior quia « invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur », Rom. 1[20].

7. Ad septimum dicendum quod in receptione qua intellectus possibilis species rerum accipit a phantasmatibus, se habent phantasmata ut agens instrumentale vel secundarium, intellectus vero agens ut agens principale et primum; et ideo effectus actionis relinquitur in intellectu possibili secundum condicionem utriusque et non secundum condicionem alterius tantum; et ideo intellectus possibilis recipit formas ut intelligibiles actu ex virtute intellectus agentis, sed ut similitudines determinatarum rerum ex cognitione phantasmatum, et sic formae intelligibiles in actu non sunt per se existentes neque in phantasia neque in intellectu agente, sed solum in intellectu possibili.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis intellectus possibilis sit simpliciter nobilior quam phantasma, tamen secundum quid nihil prohibet phantasma nobilius esse, in quantum scilicet phantasma est actu similitudo talis rei quod intellectui possibili non convenit nisi in potentia; et sic quodam modo potest agere in intellectum possibilem virtute luminis intellectus agentis, sicut et color potest agere in visum virtute luminis corporalis.

9. Ad nonum dicendum quod quies in qua perficitur scientia, excludit motum materialium passionum, non autem motum et passionem communiter accepta secundum quod quodlibet recipere pati dicitur et moveri; sic enim Philosophus dicit in III De anima quod « intelligere quoddam pati est ».

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum in mente sit imago Trinitatis secundum quod materialia cognoscit, an solum secundum quod cognoscit aeterna. Et videtur quod non solum secundum quod cognoscit aeterna quia, ut dicit Augustinus XII De Trinitate, « cum quaerimus trinitatem in anima, in tota quaerimus, | non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione aeternorum »; sed mens non est ad imaginem nisi secundum quod in ea trinitas invenitur; ergo mens est ad imaginem non solum secundum quod inhaeret aeternis contemplandis, sed etiam secundum quod inhaeret temporalibus agendis. *94ra*

2. Praeterea, imago Trinitatis consideratur in anima in quantum in ea repraesentatur aequalitas personarum et earum origo; sed magis aequalitas personarum repraesentatur in mente secundum quod cognoscit temporalia quam secundum quod cognoscit aeterna cum aeterna in infinitum excedant mentem, mens autem non in infinitum temporalia excedit; origo etiam personarum repraesentatur in cognitione temporalium sicut et in cognitione aeternorum quia utrobique ex mente procedit notitia et ex notitia procedit amor; ergo imago Trinitatis non solum est in mente secundum quod cognoscit aeterna, sed etiam secundum quod cognoscit temporalia.

3. Praeterea, similitudo est in potentia diligendi, sed imago in potentia cognoscendi, ut habetur in II Sententiarum XVI distinctione; sed mens nostra per prius cognoscit materialia quam aeterna cum ex materialibus in aeterna perveniat, et etiam perfectius cum materialia comprehendat non autem aeterna; ergo imago magis est in mente secundum quod comparatur ad temporalia quam secundum quod comparatur ad aeterna.

4. Praeterea, imago Trinitatis invenitur in anima quodam modo secundum potentias, ut supra dictum est; sed potentiae indifferenter se habent ad omnia obiecta ad quae potentiae determinantur; ergo imago Dei invenitur in mente respectu quorumlibet obiectorum.

A 289 et sic...non sunt] non op *praem.* pA 293 quod] nichil *add.* pA 301 in] *bis* pA *primum del.* A 16 repraesentatur] consideratur *praem.* pA 18 magis *em.* A] *conf.* pA 19 secundum quod] q *praem.* pA 30 similitudo] ymago *praem.* pA

Φ 274 tempore *om.* Φ 280 vel] et Φ 307 sic enim] sicut etiam Φ 3 an] non Φ 12 inhaeret] rationibus *add.* Φ 23 repraesentatur] manifestatur Φ 26 procedit *om.* Φ 27-29 est in... temporalia] etc. Φ 32 ut] sicut Φ in *om.* Φ XVI] XIII (*seu* 13) Φ 35 materialia] temporalia Σ 38 quam...aeterna] etc. Φ

308 Cap. 4 (429 b 24) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 304,20).
1 Parall.: *I Pars* q. 93 a. 8; *Super Sent. I* d. 3 q. 4 a. 4. 6 Cap. 4 (PL 42, 1000). 32 Cap. 3. 42 supra: a. 1 et 3.

5. Praeterea, perfectius videtur illud quod in se ipso videtur quam quod videtur in sui similitudine; sed anima videt se ipsam in se, Deum autem nonnisi in similitudine in statu viae; ergo perfectius cognoscit se ipsam quam Deum; et ita magis est attendenda imago Trinitatis in anima secundum quod anima cognoscit se ipsam quam secundum quod cognoscit Deum cum in nobis secundum id imago Trinitatis inveniatur quod perfectissimum in natura nostra habemus, ut Augustinus dicit.

6. Praeterea, secundum hoc personarum aequalitas in mente nostra repraesentatur quod memoria, intelligentia et voluntas tota invicem se capiunt, ut patet per Augustinum in X De Trinitate; sed ista mutua comprehensio non ostenderet earum aequalitatem nisi quantum ad omnia obiecta se comprehenderent; ergo ratione omnium obiectorum imago Trinitatis invenitur in potentiis mentis.

7. Praeterea, sicut imago est in potentia cognoscendi, ita caritas in potentia diligendi; sed caritas non solum respicit Deum sed etiam proximum, unde et duplex ponitur actus caritatis, scilicet dilectio Dei et proximi; ergo et imago non solum est in mente secundum quod cognoscit Deum sed etiam secundum quod cognoscit creaturas.

8. Praeterea, potentiae mentis in quibus consistit imago, aliquibus habitibus perficiuntur secundum quos imago deformata dicitur reformari et perfici; sed potentiae mentis non indigent habitibus secundum quod comparantur ad aeterna sed solum secundum quod comparantur ad temporalia quia habitus ad hoc sunt ut secundum eos potentiae regulentur; in aeternis autem error non potest accidere, ut ibi regula opus sit, sed solum in temporalibus; ergo imago magis consistit in mente secundum quod cognoscit temporalia quam secundum quod cognoscit aeterna.

9. Praeterea, Trinitas increata repraesentatur in imagine mentis nostrae praecipue quantum ad consubstantialitatem et coaequalitatem; sed haec duo inveniuntur etiam in potentia sensitiva quia sensibile et sensus in actu efficiuntur unum et species sensibilis non recipitur in sensu nisi secundum suam capacitatem; ergo etiam in potentia sensitiva imago Trinitatis invenitur, multo igitur magis in mente secundum quod temporalia cognoscit.

10. Praeterea, metaphoricae locutiones secundum aliquas similitudines attenduntur quia, secundum Philosophum, « omnes transferentes secundum aliquam similitudinem transferunt »; sed a quibusdam creaturis sensibilibus magis fit transumptio in divina per metaphoricas locutiones quam etiam ab ipsa mente, sicut patet de radio solari, ut dicit Dionysius IV cap. De divinis nominibus; ergo creaturae sensibiles aliquae magis possunt dici ad imaginem quam etiam ipsa mens, et ita non videtur aliquid impedire quin mens secundum quod temporalia cognoscit, ad imaginem sit.

11. Praeterea, Boetius dicit in libro De Trinitate quod formae quae sunt in materia sunt imagines illarum rerum quae sunt sine materia; formae autem in materia existentes sunt formae sensibiles; ergo formae sensibiles sunt imagines ipsius Dei, et ita mens secundum quod ea cognoscit videtur ad imaginem Dei esse.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit in XV De Trinitate quod trinitas quae in inferiori scientia invenitur, « licet ad interiorem hominem iam pertineat, nondum tamen imago Dei appellanda est vel putanda »; inferior autem

A 53 quod *sup. lin.* A] *om.* pA 64 ratione *hic* A] respectu pA (*cf. nota insequens*) obiectorum] ratione *add.* pA, *quod loco suo restituit* A 70 et² *sup. lin.* A] *om.* pA 81 secundum] per *praem.* pA 95 mente (*e* mentem pA) *em.* A 104 dicit] pat *praem.* pA 115 ita] a *et litt. imp. add.* pA

Φ 46-56 Praeterea...dicit (*scil. arg.* 5) *om.* α 66-73 Praeterea...creaturas (*scil. arg.* 7) *om.* α 76 quos] quas Φ 84-86 imago...aeterna] etc. Φ 88 nostrae *om.* Σ 89 coaequalitatem] aequalitatem Φ 104 ut dicit Dionysius] per dionysium Φ

56 *De Trin.* XIV c. 8 (PL 42, 1044) ut refert Thomas infra q. 15 a. 1 sed c. 3. 61 Cap. 11 (PL 42, 983). 66 sicut...diligendi: Petrus Lomb. ut supra lin. 32. 76 imago deformata: cf. August. *De Trin.* XIV c. 26 (PL 42, 1053). 99 *Topic.* VI c. 2 (140 a 10) sec. transl. communem (ms. Arch. di S. Pietro H. 5, f. 105ᵛ) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 34 q. 3 a. 1 arg. 2. 105 § 4 (PG 3, 697 B; Dion. 161). 111 Cap. 2 (PL 64, 1250 D). 119 Cap. 3 (PL 42, 1060).

scientia est secundum quam mens temporalia contemplatur: sic enim a sapientia aeternorum distinguitur; ergo imago Trinitatis non attenditur in mente secundum quod temporalia cognoscit.

2. Praeterea, partes imaginis secundum ordinem debent tribus personis respondere; sed ordo personarum non invenitur in mente secundum quod temporalia cognoscit: in cognitione enim temporalium intelligentia non procedit | ex memoria ut Verbum a Patre, sed magis memoria ab intelligentia quia ea quae prius intelleximus memoramur; ergo imago non consistit in mente secundum quod temporalia cognoscit.

3. Praeterea, Augustinus dicit in XII De Trinitate « facta ista distributione » mentis qua scilicet dividitur in contemplationem aeternorum et actionem temporalium, « in eo solo quod ad contemplationem pertinet aeternorum, non solum trinitas sed etiam imago Dei, in hoc autem quod derivatum est in actione temporalium, etiamsi trinitas possit, non tamen imago Dei potest inveniri », et sic idem quod prius.

4. Praeterea, imago Trinitatis semper existit in anima, non autem cognitio rerum temporalium cum per acquisitionem habeatur; ergo imago Trinitatis non invenitur in anima secundum quod temporalia cognoscit.

RESPONSIO. Dicendum quod rationem imaginis similitudo perficit; non tamen quaelibet similitudo ad rationem imaginis sufficiens invenitur, sed expressissima similitudo per quam aliquid repraesentatur secundum rationem suae speciei; et ideo in corporalibus imagines rerum attenduntur magis secundum figuras quae sunt specierum propria signa, quam secundum colores et alia accidentia. Invenitur autem in anima nostra aliqua similitudo Trinitatis increatae secundum quamlibet sui cognitionem, non solum mentis, sed etiam sensus, ut patet per Augustinum in XI De Trinitate; sed in illa tantum cognitione mentis imago Dei reperitur secundum quam in mente nostra expressior Dei similitudo invenitur.

Ut igitur cognitionem mentis secundum obiecta distinguamus, triplex cognitio in mente nostra invenitur, cognitio scilicet qua mens cognoscit Deum, et qua cognoscit se ipsam, et qua cognoscit temporalia. In illa igitur cognitione qua mens temporalia cognoscit, non invenitur expressa similitudo Trinitatis increatae, neque secundum conformationem quia res materiales magis sunt Deo dissimiles quam ipsa mens, unde per hoc quod mens earum scientia informatur non efficitur Deo maxime conformis; similiter etiam neque secundum analogiam eo quod res temporalis quae sui notitiam parit in anima vel intelligentiam actualem, non est eiusdem substantiae cum ipsa mente sed extraneum a natura eius, et sic non potest per hoc increatae Trinitatis consubstantialitas repraesentari. Sed in cognitione qua mens nostra cognoscit se ipsam est repraesentatio Trinitatis increatae secundum analogiam, in quantum hoc modo mens cognoscens se ipsam verbum sui gignit et ex utroque procedit amor, sicut Pater se ipsum dicens Verbum suum genuit ab aeterno et ex utroque Spiritus Sanctus procedit. Sed in cognitione illa qua mens ipsum Deum cognoscit, mens ipsa Deo conformatur, sicut omne cognoscens in quantum huiusmodi assimilatur cognito.

Maior est autem similitudo quae est per conformitatem, ut visus ad colorem, quam quae est per analogiam, ut visus ad intellectum qui

94rb

A 140 contemplationem] *idem conf. praem.* pA 143 etiam] *idem conf. et imp. praem.* pA 150 cum *sup. lin. tertius* A] *bis conf.* (*secunda vice sup. lin.*) pA 153 rationem] in *praem.* pA 181 temporalis *in marg.* A] *om.* pA 186 qua *scrips.*] quas *casu* A 190 gingnit A 193 ipsum] *idem conf. praem.* pA 194 cognoscit *em.* A] *conf.* pA 196 cognito *scrips. cum* Φ] cognoscenti (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 198 ut...quam] quam *praem.* pA

Φ 123 quam] quod Φ 138 in *om.* Σ 140 dividitur] ducimur Φ (-δ^2) ducimus δ^2 143 etiam] est *praem.* α γ est *add.* β δ 165 in^1 *om.* Φ 169 igitur] ergo Φ 172 ipsam] ipsum Φ (-γ) *non liquet* γ 173 igitur] *om.* Φ (-δ^1) enim δ^1 175 increatae] in creatis α β in creaturis δ^2 177 Deo] *om.* Φ (-δ) *post* dissimiles δ quam] etiam *add.* Φ (-δ) 178 earum] ea Φ (-δ^1) a δ^1 179 maxime] magis Φ 182 actualem] scilicet *add.* Φ 183 ipsa *om.* Σ 184 eius *om.* Σ 186 nostra *om.* Σ 193 illa] ipsa Φ

139 Cap. 4 (PL 42, 1000). 153 rationem...speciei: August. *De div. quaest. 83* q. 74 (PL 40, 85) ut refert Thomas *I Pars* q. 93 a. 1. 165 Cap. 2-5 (PL 42, 985-992). 186 in cognitione...amor: cf. August. *De Trin.* IX c. 12 (PL 42, 970).

similiter ad sua obiecta comparatur; unde expressior similitudo Trinitatis est in mente secundum quod cognoscit Deum quam secundum quod cognoscit se ipsam. Et ideo proprie imago Trinitatis in mente est secundum quod cognoscit Deum primo et principaliter, sed quodam modo et secundario etiam secundum quod cognoscit se ipsam, et praecipue prout se ipsam considerat ut est imago Dei, ut sic eius consideratio non sistat in se sed procedat usque ad Deum. In consideratione vero rerum temporalium non invenitur imago, sed similitudo quaedam Trinitatis quae magis potest ad vestigium pertinere sicut et similitudo quam Augustinus assignat in potentiis sensitivis.

1. Ad primum igitur dicendum quod trinitas quidem aliqua invenitur in mente secundum quod se extendit ad actionem temporalium, sed tamen illa trinitas non dicitur imago increatae Trinitatis, ut patet per ea quae ibidem Augustinus subiungit.

2. Ad secundum dicendum quod aequalitas divinarum personarum magis repraesentatur in cognitione aeternorum quam temporalium; non enim est attendenda aequalitas inter obiectum et potentiam, sed inter unam potentiam et aliam. Quamvis autem maior sit inaequalitas inter mentem nostram et Deum quam inter mentem nostram et rem temporalem, tamen inter memoriam quam mens nostra habet de Deo et actualem intelligentiam eius et amorem maior invenitur aequalitas quam inter memoriam quam habet de rebus temporalibus et earum intelligentiam et amorem: ipse enim Deus per se ipsum cognoscibilis est et diligibilis, | et ita tantum a mente uniuscuiusque *94va* intelligitur et amatur quantum menti praesens est, cuius praesentia in mente ipsius memoria in mente est; et sic memoriae quae de ipso habetur intelligentia, et huic voluntas sive amor adaequatur. Res autem materiales non sunt secundum se intelligibiles et diligibiles; et ideo respectu earum talis aequalitas in mente non invenitur, nec etiam idem ordo originis cum ex hoc nostrae memoriae praesentes sint quod a nobis intellectae fuerunt, et sic memoria ex intelligentia oritur potius quam e converso. Cuius contrarium in mente creata accidit respectu ipsius Dei, ex cuius praesentia mens intellectuale participat lumen ut intelligere possit.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis cognitio quam de rebus materialibus habemus sit prior tempore illa notitia quam habemus de Deo, tamen haec est prior dignitate. Nec obstat quod materialia a nobis perfectius cognoscuntur quam Deus quia minima cognitio quae de Deo haberi potest superat omnem cognitionem quae de creatura habetur: nobilitas enim scientiae ex nobilitate sciti dependet, ut patet in principio I De anima; unde et in XI De animalibus Philosophus praeponit modicam scientiam quam habemus de rebus caelestibus omni scientiae quam de rebus inferioribus habemus.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis potentiae se extendant ad omnia sua obiecta, tamen earum virtus pensatur ex ultimo in quod possunt, ut patet in I Caeli et mundi; et ideo id quod ad maximam perfectionem potentiarum mentis pertinet, scilicet esse ad imaginem Dei, attribuitur eis respectu nobilissimi obiecti quod Deus est.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis mens perfectius se ipsam cognoscat quam Deum, tamen cognitio quam habet de Deo est nobilior et per eam magis Deo conformatur, ut dictum est; et ideo secundum ipsam magis est ad Dei imaginem.

A 203 Et...secundum quod cognoscit] secundum autem quod cog *praem.* pA 217 temporalium *em.* A] *conf.* (*e vitio pergameni*) pA 224 obiectum] rem que (que *e forma conf. primo em.*) est extra animam et eius intelligentiam *praem.* pA 227 quam] tamen *praem.* pA (*cf. lin.* 228) 229 memoriam *clare in marg.* A] *conf.* pA 231 memoriam] notiti *praem.* pA 233 et amorem] am (m *imp.*) *praem.* pA 235 a *em* A] *conf.* pA 240 Res autem] alie vero *praem.* pA 259 De animalibus *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 260 praeponit] dicit *praem.* pA scientiam] *idem conf. et imp. praem.* pA 267 id quod ad maximum] maxima *praem.* pA

Φ 203-207 Et ideo...se ipsam] *hom. om.* α δ *hic et post* imaginem[276] β 216 quidem aliqua] quedam Φ 233 earum] aliarum Φ 239 huic] hec Σ hoc β sive] sit α γ sic *potius* δ 257 enim] etiam Φ (-δ) 264 extendant] -dunt Φ 269 eis] ei Φ 276 imaginem] et ideo propria ymago...quod cognoscit se ipsam (*ut supra lin.* 203-207) *add.* β

214 Ut supra lin. 165. 259 *De anima* I 1 (402 a 1). 260 *De part. animal.* I c. 5 (644 b 31) sec. transl. Scoti, vide Albertum *De animal.* XI tr. 2 c. 3 n. 83. (St I, 792). 266 Cap. 11 (281 a 14) sec. transl. arabico-latinam (ed. Averroes V, 78 L) ut refert Thomas *Super De caelo* I lect. 25.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis aequalitas ad imaginem pertineat quae in mente nostra invenitur, non tamen oportet quod respectu omnium imago attendatur respectu quorum aliqua aequalitas invenitur in ipsa, eo quod plura alia ad imaginem requiruntur, unde ratio non sequitur.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis caritas quae imaginem perficit respiciat proximum, non tamen sicut principale obiectum cum eius principale obiectum sit solus Deus: in proximo enim nihil diligit caritas nisi Deum.

8. Ad octavum dicendum quod potentiae imaginis aliquibus habitibus perficiuntur etiam secundum quod comparantur in Deum, sicut fide, spe et caritate, sapientia et aliis huiusmodi; quamvis enim in ipsis aeternis error non inveniatur ex parte ipsorum, potest tamen accidere error nostro intellectui in cognitione eorum: difficultas enim in eis cognoscendis accidit nobis non ex eis sed ex parte nostra, ut dicitur in II Metaphysicae.

9. Ad nonum dicendum quod inter sensibile et sensum non invenitur consubstantialitas eo quod ipsum sensibile est extraneum a sensus essentia, nec etiam invenitur aequalitas cum quandoque non semper tantum videatur visibile quantum visibile est.

10. Ad decimum dicendum quod creaturae aliquae irrationales possunt quadam similitudine magis Deo assimilari quam etiam rationales quantum ad causandi efficaciam, sicut patet de radio solari quo omnia in inferioribus causantur et renovantur, et ex hoc convenit cum divina bonitate quae omnia causat, ut Dionysius dicit; tamen secundum proprietates sibi inhaerentes magis creatura ⟨rationalis⟩ Deo est similis quam quaecumque irrationalis. Hoc tamen quod a creaturis irrationalibus frequentius metaphoricae locutiones transferuntur in Deum, contingit ex ratione dissimilitudinis quia, ut Dionysius dicit in II cap. Caelestis hierarchiae, ea quae sunt in vilioribus creaturis ideo frequentius transferuntur in divina ut omnis errandi tollatur occasio: translatio enim a creaturis nobilioribus facta existimationem posset inducere quod ea quae metaphorice dicerentur essent secundum proprietatem intelligenda, quod opinari nullus potest de ipsis vilioribus creaturis.

11. Ad undecimum dicendum quod Boetius formas materiales ponit esse imagines non Dei, sed formarum immaterialium, idest rationum idealium in mente divina existentium a quibus secundum perfectam similitudinem oriuntur.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum mens se ipsam per essentiam cognoscat aut per aliquam speciem. Et videtur quod per aliquam speciem quia, ut Philosophus dicit in III De anima, « intellectus noster nihil intelligit sine phantasmate »; sed ipsius essentiae animae non potest accipi aliquod phantasma; ergo oportet quod per aliquam aliam speciem a phantasmatibus abstractam mens nostra se ipsam intelligat.

2. Praeterea, ea quae per sui essentiam videntur, certissime cognoscuntur sine errore; sed de mente humana multi erraverunt cum quidam dicerent eam esse aerem, quidam ignem,

A 280 omnium *in marg.* A] *om.* pA 287 cum (*e* cuius pA) *em.* A 288 diligit] diili *praem.* pA 293 aeternis] en *praem.* pA 294 tamen accidere] ac *praem.* pA 301 sensus essentia] natura *praem.* pA 303 non] ita visibile *add.* pA 308 sicut *em.* A] *conf.* pA 313 ⟨rationalis⟩ *suppl. cum* Φ] *trans. ad lin. om.* A
1 se ipsam *scrips.*] se ipsa (*casu om. compl. abbrev.*) A

Φ 281 aliqua] alia Φ (-δ^1) aequalitas] qualitas Φ 284-288 Ad septimum...Deum *om.* α 294 accidere] incidere Φ 297 nobis *om.* Φ 298 in *om.* Σ (-δ^1) 306 irrationales] rationales Φ (-δ^1) 307 assimilari] similari Φ 313 ⟨rationalis⟩ *suppl.* Φ 314 quam] creatura *add.* Φ 318 in *om.* Φ 322 nobilioribus] nobilibus Φ existimationem] estimatione Σ (-δ^1) estimationem β δ^1
5 noster *om.* Φ 12 sine] et sciuntur *praem.* Σ

298 *Metaph.* II 1 (993 b 7). 312 *De div. nom.* cap. 4 § 4 (PG 3, 697 C; Dion. 162). 319 § 3 (PG 3, 141 B; Dion. 762).
1 Parall.: *I Pars* q. 87 a. 1; *Cont. Gent.* III c. 46; *Super De anima* III lect. 9. 4 Cap. 7 (431 a 16) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 344,8). 14 quidam: Democritus et Leucippus ut refert Arist. *De anima* I 3 (403 b 31); quidam^2: Diogenes sec. Arist. *De anima* I 5 (405 a 21), vide etiam August. *De Trin.* X c. 7 (PL 42, 978).

et multa alia de ea inepta sentirent; ergo mens non videt se per essentiam suam.

3. Sed dicebat quod mens per essentiam suam videt se esse, errare tamen potest in inquirendo quid sit. — Sed contra, scire aliquid per essentiam suam est scire de eo quid est cum essentia rei sit idem quod quiditas eius; si igitur anima videret se ipsam per essentiam, quilibet sine errore sciret de anima sua quid est, quod manifeste patet falsum esse.

4. Praeterea, anima nostra est forma coniuncta materiae; sed omnis huiusmodi | forma 94vb cognoscitur per abstractionem speciei a materia et materialibus condicionibus; ergo anima cognoscitur per aliquam speciem abstractam.

5. Praeterea, intelligere non est actus animae tantum sed actus coniuncti, ut dicitur in I De anima; sed omnis talis actus est communis animae et corpori; ergo oportet quod in intelligendo semper sit aliquid ex parte corporis; sed hoc non esset si mens se ipsam per essentiam suam videret sine aliqua specie a corporeis sensibus abstracta; ergo mens non videt se ipsam per essentiam.

6. Praeterea, Philosophus dicit in III De anima quod intellectus intelligit se sicut et alia; sed alia intelligit non per essentiam suam sed per aliquas species; ergo nec se ipsam mens intelligit per suam essentiam.

7. Praeterea, potentiae cognoscuntur per actus et actus per obiecta; sed essentia animae non potest cognosci nisi potentiis eius cognitis cum virtus rei cognoscere faciat rem ipsam; ergo oportet quod essentiam suam per actus suos et per species obiectorum suorum cognoscat.

8. Praeterea, sicut se habet sensus ad sensibile, ita intellectus ad intelligibile; sed inter sensum et sensibile requiritur quaedam distantia ex quo provenit quod oculus se ipsum videre non possit; ergo et in intellectuali cognitione requiritur quaedam distantia ut numquam se per essentiam suam intelligere possit.

9. Praeterea, secundum Philosophum in Posterioribus non est circulo demonstrare quia sequeretur quod aliquid per se ipsum notum fieret, et sic sequeretur quod aliquid esset prius et notius se ipso, quod est impossibile; sed si mens se ipsam per essentiam suam videt, erit idem quod cognoscitur et per quod cognoscitur; ergo sequitur idem inconveniens ut aliquid sit prius et notius se ipso.

10. Praeterea, Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus quod anima circulo quodam cognoscit existentium veritatem; circularis autem motus est ab eodem in idem; ergo videtur quod anima a se ipsa egrediens intelligendo per res exteriores ad sui ipsius cognitionem redeat, et sic non intelliget se per essentiam suam.

11. Praeterea, manente causa manet eius effectus; si igitur mens se per essentiam suam videret propter hoc quod essentia sua sibi est praesens, cum semper ei sit praesens semper ipsam videret; ergo cum impossibile sit simul plura intelligere, numquam aliud intelligeret.

12. Praeterea, posteriora sunt magis composita prioribus; sed intelligere est posterius quam esse; ergo in intelligentia animae invenitur maior compositio quam in eius esse; sed in anima non est idem quod est et quo est; ergo nec in ea est idem quod intelligitur et quo intelligitur, et sic mens non se videt per suam essentiam.

13. Praeterea, non potest idem ⟨esse⟩ forma et formatum respectu eiusdem; sed intellectus, cum sit quaedam potentia animae, est quasi quaedam forma essentiae ipsius; ergo non po-

A 36 videret] *litt. imp. praem.* pA 43 suam essentiam] essentiam *praem.* pA 46 cognitis *em.* A] *conf.* pA 55 ut] . § (*sign. novae parag. imp.*) *praem.* pA 61 notius] posterius *praem.* pA 81 in *sup. lin.* A] *om.* pA 84 quo] quod *praem.* pA 87 ⟨esse⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 88 eiusdem *em.* A] *conf.* pA

Φ 18 in *om.* Φ 22 videret] videt Φ ipsam *om.* Σ 27 speciei] forme Φ 28 et] a *add.* Φ 29 aliquam] *post* abstractam Φ (-δ) a materia *post* abstractam δ 32 actus *om.* Φ 33 in *om.* Φ 36 suam *om.* Φ 37-38 mens...essentiam] etc. Φ 42-43 nec...essentiam] etc. Φ 49 per *om.* Φ 51 ita] sic Φ 54 possit] potest Φ cognitione] visione Φ 61-65 quod...se ipso *hom. om.* α δ 68 circularis] circulus Σ 71 redeat] redit Φ 72 intelliget] –ligit Φ 74 se *om.* Φ (-δ^1) 77 ipsam] eam Φ 83 in *om.* Φ (-δ^1) 84 quod...quo intelligitur] quo intelligit et quod intelligitur Σ quod intelligitur et quo modo intelligitur β 85 et sic...essentiam] ergo etc. Σ 87 ⟨esse⟩ *suppl.* Φ 89 est *om.* α β δ^2 90 ipsius] eius Φ

32 *De anima* I 10 (408 b 11). 40 *De anima* III 9 (430 a 2). 44 potentiae...obiecta: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 58 *Anal. post.* I 8 (72 b 25). 67 § 2 (PG 3, 868 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 390).

test esse quod essentia animae sit forma intellectus, sed id quo aliquid intelligitur est forma intellectus; ergo mens non videt se ipsam per essentiam suam.

14. Praeterea, anima est quaedam substantia per se subsistens; formae autem intelligibiles non sunt per se subsistentes, alias scientia, quae ex huiusmodi formis intelligibilibus consistit, non esset de genere accidentis; ergo essentia animae non potest esse ut forma intelligibilis qua mens se ipsam videat.

15. Praeterea, cum actus et motus penes terminos distinguantur, intelligibilia quae sunt unius speciei, eodem modo secundum speciem intelliguntur; sed anima Petri est unius speciei cum anima Pauli; ergo anima Petri eodem modo intelligit se ipsam sicut intelligit animam Pauli: sed animam Pauli non intelligit per eius essentiam cum ab ea sit absens; ergo nec se intelligit per essentiam suam.

16. Praeterea, forma est simplicior eo quod per formam informatur; sed mens non est simplicior se ipsa; ergo non informatur se ipsa; cum igitur informetur eo per quod cognoscit, non cognoscet se ipsam per se ipsam.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit in IX De Trinitate « Mens se ipsam per se ipsam novit quoniam est incorporea; nam si non se ipsam novit, non se ipsam amat ».

2. Praeterea, II Cor. XII[2] super illud « Scio hominem » etc. dicit glosa « Hac visione quae dicitur intellectualis ea cernuntur quae non sunt corpora nec ullas gerunt formas similes corporum, velut ipsa mens et omnis animae affectio »; sed, ut in eadem glosa dicitur, « intellectualis visio eas res continet quae non habent imagines sui similes quae non sunt quod ipsae »; ergo mens non cognoscit se ipsam per aliquid quod non sit idem quod ipsa,

3. Praeterea, sicut dicitur in III De anima, « in his quae sunt separata a materia idem est quod intelligitur et quo intelligitur »; sed mens est res quaedam immaterialis; ergo per essentiam suam intelligitur.

4. Praeterea, omne quod est praesens intellectui ut intelligibile ab intellectu intelligitur; sed ipsa essentia animae est praesens intellectui per modum intelligibilis: est enim ei praesens per suam veritatem, veritas autem est ratio intelligendi sicut bonitas ratio diligendi; ergo mens per essentiam suam se intelligit.

5. Praeterea, species per quam aliquid intelligitur est simplicior eo quod per eam intelligitur; sed anima non habet aliquam speciem se simpliciorem quae ab ea abstrahi possit; ergo anima non intelligit se per aliquam speciem sed per essentiam suam. *94a^ra*

6. Praeterea, omnis scientia est per assimilationem scientis ad scitum; sed nihil aliud est animae similius quam sua essentia; ergo per nihil aliud se intelligit quam per essentiam suam.

7. Praeterea, illud quod est causa cognoscibilitatis aliis, non cognoscitur per aliquid aliud quam per se ipsum; sed anima est aliis rebus materialibus causa cognoscibilitatis: sunt enim intelligibilia in quantum nos ea intelligibilia facimus, ut Commentator dicit in II Metaphysicae; ergo anima per se ipsam solum intelligitur.

8. Praeterea, scientia de anima est certissima, secundum Philosophum in I De anima; sed magis certum non cognoscitur per minus certum; ergo de anima non habetur scientia per aliud a se ipsa.

9. Praeterea, omnis species per quam anima

A 92 intelligitur (*ex* intellectus pA) *em.* A 97 per se] sp *praem.* pA 103 intelligibilia...unius] unum *praem.* pA 108 eius *em.* A] *conf.* pA 126 continet *em.* A] *conf.* pA 128 non *sup. lin.* A] *om.* pA 130 sicut...in his] in his *praem.* pA 132 quod intelligitur] intellectus et *praem.* pA 141 intelligit] § Preterea omne quod intelligitur (*transitus ad fol.* 94[a]ra) per *princ. novi arg. non perfecti et casu non del. add.* A, *et delevimus* 163 de *sup. lin.* A] *om.* pA 165 omnis] omnis (*primo deletum*) omne quod *praem.* pA

Φ 93 mens...suam] etc. Φ 96 subsistens] existens Φ 104 unius] eiusdem Φ 107 sicut intelligit] et Φ 109 ab ea] sibi (*post* sit δ) Σ 109 nec...suam] etc. Φ 113 ergo...se ipsa *hom. om.* αβδ[1] (*def.* δ[2]) 114 igitur] ergo Φ (*def.* δ[2]) 116 in *om.* Φ 132 intelligitur[1]] intelligit Φ 134 intelligitur] intelligit Σ 135 omne] id *add.* Φ 138 ei *om.* Φ 139 suam] sui Φ 139 veritas autem] ergo veritas Φ (-δ[1]) sed veritas δ[1] 140 ratio diligendi] diligendi est ratio Φ (-δ[1]) est *praem.* δ[1] 142 aliquid *om.* Σ 159 intelligitur] intelligit Φ 164 aliud] aliquid *praem.* Φ

117 Cap. 3 (PL 42, 963). 121 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 81 C) ex August. *De Gen. ad litt.* XII c. 24 (PL 34, 474). 125 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 80 D) ex August. *De Gen.* ad *litt.* XII c. 6 (PL 34, 458). 130 Cap. 4 (430 a 3) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,4). 148 per assimilationem: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 158 Comm. 1 (VIII, 29 B). 161 *De anima* I 1 (402 a 1).

nostra intelligit est a sensibilibus abstracta; sed nullum sensibile est a quo anima possit suam quiditatem abstrahere; ergo anima non cognoscit se ipsam per aliquam similitudinem.

10. Praeterea, sicut lux corporalis facit omnia esse visibilia in actu, ita anima per suam lucem facit omnia materialia esse intelligibilia in actu, ut patet in III De anima; sed lux corporalis per se ipsam videtur non per aliquam similitudinem sui; ergo et anima per suam essentiam intelligitur, non per aliquam similitudinem.

11. Praeterea, sicut Philosophus dicit in III De anima, intellectus agens « non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non », sed semper intelligit; sed non intelligit semper nisi se ipsum, nec hoc etiam posset si per speciem a sensibus abstractam se intelligeret quia sic ante abstractionem non se intelligeret; ergo mens nostra intelligit se per suam essentiam.

Responsio. Dicendum quod, cum quaeritur utrum aliquid per suam essentiam cognoscatur, quaestio ista dupliciter potest intelligi: uno modo ut hoc quod dicitur per essentiam referatur ad ipsam rem cognitam, ut illud intelligatur per essentiam cognosci cuius essentia cognoscitur, illud autem non cuius essentia non cognoscitur sed accidentia quaedam eius; alio modo ut referatur ad id quo aliquid cognoscitur, ut sic intelligatur aliquid per suam essentiam cognosci quia ipsa essentia est quo cognoscitur, et hoc modo ad praesens quaeritur utrum anima per suam essentiam intelligat se.

Ad cuius quaestionis evidentiam sciendum est quod de anima duplex cognitio haberi potest ab unoquoque, ut Augustinus dicit in IX De Trinitate: una quidem qua cuiusque anima se tantum cognoscit quantum ad id quod est ei proprium, alia qua cognoscitur anima quantum ad id quod est omnibus animabus commune. Illa igitur cognitio quae communiter de omni anima habetur, est qua cognoscitur animae natura; cognitio vero quam quis habet de anima quantum ad id quod est sibi proprium, est cognitio de anima secundum quod esse habet in tali individuo. Unde per hanc cognitionem cognoscitur an est anima, sicut cum aliquis percipit se animam habere; per aliam vero cognitionem scitur quid est anima et quae sunt per se accidentia eius.

Quantum igitur ad primam cognitionem pertinet, distinguendum est quia cognoscere aliquid est habitu et actu. Quantum igitur ad actualem cognitionem qua aliquis se in actu considerat animam habere, sic dico quod anima cognoscitur per actus suos: in hoc enim aliquis se percipit animam habere et vivere et esse quod percipit se sentire et intelligere et alia huiusmodi vitae opera exercere; unde dicit Philosophus in IX Ethicorum « Sentimus autem quoniam sentimus, et intelligimus quoniam intelligimus, et quia hoc sentimus intelligimus quoniam sumus ». Nullus autem percipit se intelligere nisi ex hoc quod aliquid intelligit, quia prius est intelligere aliquid quam intelligere se intelligere; et ideo anima pervenit ad actualiter percipiendum se esse per illud quod intelligit vel sentit. Sed quantum ad habitualem cognitionem sic dico quod anima per essentiam suam se videt, id est, ex hoc ipso quod essentia sua est sibi praesens, est potens exire in actum cognitionis sui ipsius; sicut aliquis ex hoc quod habet habitum alicuius scientiae, ex ipsa praesentia habitus est potens percipere illa quae subsunt illi habitui. Ad hoc autem quod percipiat anima se esse et quid in se ipsa agatur attendat, non requiritur aliquis habitus, sed ad hoc sufficit sola essentia animae

A 168 anima non] non *praem.* pA 195 aliquid] aliud *praem.* pA 196 cognosci *em.* A] *conf.* pA 210 id quod] q *imp. praem.* pA 213 sicut] *litt. imp. add.* pA 220 actualem *in marg.* A] habitualem pA 232 ideo] o *praem.* pA 236 ipso *in marg.* A] *om.* pA 243 requiritur *em.* A] *conf.* pA

Φ 167 possit] potest Φ 168 quiditatem] vel speciem *add.* Φ 173 in[1] *om.* Φ 184 non se] non Σ (-δ^2) *om.* δ^2 187 cognoscatur] –scitur Φ 189 ut] per *add.* Σ per β essentiam] suam *add.* Φ 194 aliquid *om.* Σ 200 sciendum] notandum Φ 203 cuiusque] uniuscuiusque Φ 204 tantum *om.* Φ 206 est] *om.* α γ *post* animabus β 207 igitur] enim Φ 232 et ideo...pervenit] non pervenit anima Φ (-δ^1) unde non pervenit anima δ^1

173 *De anima* III 10 (430 a 15). 179 Cap. 5 (430 a 22) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 321,6). 203 Cap. 6 (PL 42, 965). 226 Cap. 9 (1170 a 31) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 182^v).

quae menti est praesens: ex ea enim actus progrediuntur in quibus actualiter ipsa percipitur.

Sed si loquamur de cognitione animae, cum mens humana speciali aut generali cognitione diffinitur, sic iterum distinguendum videtur: ad cognitionem enim duo concurrere oportet, scilicet apprehensionem et iudicium de re apprehensa; et ideo cognitio qua natura animae cognoscitur potest considerari et quantum ad apprehensionem et quantum ad iudicium. Si igitur consideretur quantum ad apprehensionem, sic dico quod natura animae a nobis cognoscitur per species quas a sensibus abstrahimus. Anima enim nostra in genere intellectualium tenet ultimum locum, sicut materia prima in genere sensibilium, ut patet per Commentatorem in III De anima: sicut enim materia prima est in potentia ad omnes formas sensibiles, ita et intellectus possibilis noster ad omnes formas intelligibiles, unde in ordine intelligibilium est sicut potentia pura ut materia in ordine sensibilium; et ideo, sicut materia non est sensibilis nisi per formam supervenientem, ita intellectus possibilis non est intelligibilis nisi per speciem superinductam. Unde mens nostra non potest se intelligere ita quod se ipsam immediate apprehendat, sed ex hoc quod apprehendit alia devenit in suam cognitionem, sicut et natura materiae primae cognoscitur ex hoc ipso quod est talium formarum receptiva. Quod patet intuendo modum quo philosophi naturam animae investigaverunt: ex hoc enim quod anima humana universales rerum naturas cognoscit, perceperunt quod species qua intelligimus est immaterialis, alias esset individuata et sic non duceret in cognitionem universalis; ex hoc autem
$94_a{}^{rb}$ quod | species intelligibilis est immaterialis, perceperunt quod intellectus est res quaedam non dependens a materia, et ex hoc ad alias proprietates cognoscendas intellectivae animae processerunt. Et hoc est quod Philosophus dicit in III De anima quod intellectus « est intelligibilis sicut alia intelligibilia »; quod exponens Commentator dicit quod « intellectus intelligitur per intentionem in eo, sicut alia intelligibilia », quae quidem intentio nihil aliud est quam species intelligibilis. Sed haec intentio est in intellectu ut intelligibilis actu, in aliis autem rebus non, sed ut intelligibilis in potentia.

Si vero consideretur cognitio quam de natura animae habemus quantum ad iudicium quo sententiamus ita esse ut deductione praedicta apprehenderamus, sic notitia animae habetur in quantum « intuemur inviolabilem veritatem ex qua perfecte quantum possumus diffinimus, non qualis sit uniuscuiusque hominis mens sed qualis esse sempiternis rationibus debeat », ut Augustinus dicit IX De Trinitate. Hanc autem inviolabilem veritatem ⟨intuemur⟩ in sui similitudine, quae est menti nostrae impressa, in quantum aliqua naturaliter cognoscimus ut per se nota, ad quae omnia alia examinamus, secundum ea de omnibus iudicantes.

Sic ergo patet quod mens nostra cognoscit se ipsam quodam modo per essentiam suam, ut Augustinus dicit, quodam vero modo per intentionem sive per speciem, ut Philosophus et Commentator dicunt, quodam vero intuendo inviolabilem veritatem, ut item Augustinus dicit. Unde et sic ad utrasque rationes respondendum est.

1. Ad primum igitur dicendum quod intellectus noster nihil actu potest intelligere antequam a phantasmatibus abstrahat, nec etiam

A 250 cognitionem enim] e *praem.* pA 258-275 Anima...receptiva *in marg. inf.* A] *om.* pA 269 nisi *em.* A] no pA 276 naturam...investigaverunt] adinve *praem.* pA 305 inviolabilem] invo *praem.* pA ⟨intuemur⟩ *suppl.*] *om.* A 306 menti nostrae] nobis (*casu non del., et delevimus*) menti *conf. praem.* pA 314 speciem] qu *add.* pA 320 noster *sup. lin.* A] *om.* pA

Φ 249 videtur] est Φ 256 a nobis] *post* cognoscitur Φ (-δ) a rebus *post* cognoscitur δ 263 et *om.* Φ 270 se] ipsam *add.* Φ 278 perceperunt] percipit Φ 282 perceperunt] intellexerunt Φ 285 animae] potentie Σ potentie *add.* β 289 intelligitur] intelligit Φ (-δ) *def.* δ^2 294 in *om.* Φ 298 ita *om.* Φ (-δ) praedicta] –dictas Φ (-δ) 299 apprehenderamus] apprehendamus Σ (-δ^1) apprehendimus β δ^1 304 debeat] habeat Φ (-γ) habet γ 305 ⟨intuemur⟩] *post* impressa *suppl.* δ *om.* Φ (-δ) 306 menti] nobis (*cf.* A) *praem.* Σ 311 ergo] igitur Φ 315 vero] modo *add.* Φ 316 item *om.* Φ

261 Comm. 5 et 17 (VI¹, 139 B et 160 F). 287 Cap. 4 (430 a 2) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,4). 289 Comm. 15 (VI¹, 159 F). 304 Cap. 6 (PL 42, 966). 313 Ut supra lin. 117. 314 Ut supra lin. 287. 315 Ut supra lin. 289. 316 Ut supra lin. 304.

potest habere habitualem notitiam aliorum a se, quae scilicet in ipso non sunt, ante abstractionem praedictam eo quod species aliorum intelligibilium non sunt ei innatae. Sed essentia sua sibi innata est ut non eam necesse habeat a phantasmatibus acquirere, sicut nec materiae essentia acquiritur ab agente naturali sed solum eius forma quae ita comparatur ad materiam naturalem sicut forma intelligibilis ad materiam sensibilem, ut Commentator dicit in III De anima; et ideo mens, antequam a phantasmatibus abstrahat, sui notitiam habitualem habet qua possit percipere se esse.

2. Ad secundum dicendum quod nullus umquam erravit in hoc quod non perciperet se vivere, quod pertinet ad cognitionem qua aliquis singulariter cognoscit quid in anima sua agatur; secundum quam cognitionem dictum est quod anima per essentiam suam cognoscitur in habitu. Sed error apud multos accidit circa cognitionem naturae ipsius animae in specie, et quantum ad hoc haec pars obiectionum verum concludit.

3. Et per hoc patet responsio ad tertium.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis anima materiae coniungatur ut forma eius, non tamen materiae subditur ut materialis reddatur; ac per hoc non sit intelligibilis in actu, sed in potentia tantum per abstractionem a materia.

5. Ad quintum dicendum quod obiectio illa procedit de notitia actuali secundum quam anima non percipit se esse nisi percipiendo actum suum et obiectum, ut dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod illud verbum Philosophi est intelligendum secundum quod intellectus intelligit de se quid est et non secundum quod habitualiter habet notitiam de se an sit.

7. Et similiter dicendum ad septimum.

8. Ad octavum dicendum quod operatio sensitiva perficitur per actionem sensibilis in sensum quae est actio situalis, et ideo requirit determinatam distantiam; sed operatio intellectus non determinatur ad aliquem situm, et ideo non est simile.

9. Ad nonum dicendum quod dupliciter dicitur aliquid alio cognosci: uno modo sicut ex cuius cognitione deveniatur in cognitionem ipsius, et sic dicuntur conclusiones principiis cognosci, et hoc modo non potest aliquid cognosci se ipso; alio modo dicitur aliquid alio cognosci sicut in quo cognoscitur, et sic non oportet ut id quo cognoscitur alia cognitione cognoscatur quam id quod eo cognoscitur. Unde sic nihil prohibet quod aliquid cognoscatur se ipso, sicut Deus se ipso se ipsum cognoscit; et sic etiam anima quodam ⟨modo⟩ se ipsam per essentiam suam cognoscit.

10. Ad decimum dicendum quod circulus quidam in cognitione animae attenditur secundum quod ratiocinando inquirit existentium veritatem; unde hoc dicit Dionysius ut ostendat in quo animae cognitio deficiat a cognitione angeli. Haec autem circulatio attenditur in hoc quod ratio ex principiis secundum viam inveniendi in conclusiones pervenit, et conclusiones inventas in principia resolvendo examinat secundum viam iudicandi; et secundum hoc non est ad propositum.

11. Ad undecimum dicendum quod, sicut non oportet ut semper intelligatur | in actu cuius notitia habitualiter habetur per aliquas species in intellectu existentes, ita etiam non oportet quod semper intelligatur actualiter ipsa mens cuius cognitio inest nobis habitualiter ex hoc quod ipsa eius essentia intellectui nostro est praesens. *94a^va*

12. Ad duodecimum dicendum quod quo intelligitur et quod intelligitur non hoc modo

A 326 ut non] nec *praem.* pA 327 materiae *scrips.*] materia A 349 ac] h *praem.* pA 350 tantum] in quantum *add.* pA 355 ut] et *imp. praem.* pA 357 secundum *restituim. ex* de secundum pA 363 sensibilis] materialem *praem.* pA 376 eo] quod *add.* pA 377 sic nihil] sic *add.* pA 379 ⟨modo⟩ *suppl.*] *om.* A 383 ratiocinando] ratioci *in fine lin. conf. praem.* pA 389 inventas] *idem conf. praem.* pA 392 sicut] secundum *praem.* pA

Φ 338 cognoscit] percipit α δ cognoscitur percipit γ 349 sit] fit Φ 357 secundum *om.* Σ (-δ^1) 366 ad] per Φ 371 ipsius] illius Σ 372 aliquid] aliquis Σ 377 quod] quin Σ 379 etiam *om.* Φ 379 quodam ⟨modo⟩] *om.* Σ *ante* per essentiam suam β 390 et secundum] unde Φ 393 non] ratio Φ (-δ) 394 species] *lac.* α *om.* β rationes δ^2 rationes vel *praem.* δ^1 401 quod] quo Φ (-γ)

332 Comm. 18 (VI[1], 161 C). 335 nullus...vivere: cf. August. *De Trin.* X c. 10 (PL 42, 981).

se habent ad invicem sicut quo est et quod est: esse enim est actus entis, sed intelligere non est actus eius quod intelligitur sed intelligentis; unde quo intelligitur comparatur ad intelligentem sicut quo est ad quod est. Et ideo sicut in anima est aliud quo est et quod est, ita aliud est quo intelligit, id est potentia intellectiva, quae est principium actus intelligendi, a sua essentia. Non autem ex hoc oportet quod species qua intelligitur sit aliud ab eo quod intelligitur.

13. Ad tertium decimum dicendum quod intellectiva potentia est forma ipsius animae quantum ad actum essendi eo quod habet esse in anima sicut proprietas in subiecto; sed quantum ad actum intelligendi nihil prohibet esse e converso.

14. Ad quartum decimum dicendum quod notitia qua anima se ipsam novit non est in genere accidentis quantum ad id quo habitualiter cognoscitur, sed solum quantum ad actum cognitionis qui est accidens quoddam; unde etiam Augustinus dicit quod notitia substantialiter inest menti, in IX De Trinitate, secundum quod mens novit se ipsam.

15. Ad quintum decimum dicendum quod illa obiectio procedit de notitia animae prout cognoscitur quantum ad naturam speciei in qua omnes animae communicant.

16. Ad sextum decimum dicendum quod, cum mens intelligit se ipsam, ipsa mens non est forma mentis quia nihil est forma sui ipsius, sed se habet per modum formae in quantum ad se sua actio terminatur qua se ipsam cognoscit; unde non oportet quod sit se ipsa simplicior, nisi forte secundum modum intelligendi in quantum id quod intelligitur accipitur ut simplicius ipso intellectu intelligente, sicut accipitur ut perfectio eius.

1. Ad primum autem in contrarium dicendum quod verbum Augustini est intelligendum quod mens se ipsam per se ipsam cognoscit quia ex ipsa mente est ei unde possit in actum prodire quo se actualiter cognoscat percipiendo se esse; sicut etiam ex specie habitualiter in mente retenta inest menti ut possit actualiter rem illam considerare. Sed qualis est natura ipsius mentis, mens non potest percipere nisi ex consideratione obiecti sui, ut dictum est.

2. Ad secundum dicendum quod verbum glosae quod dicit quod « intellectualis visio eas res continet » etc., magis est referendum ad obiectum cognitionis quam ad id quo intelligitur; et hoc patet considerando ea quae de aliis visionibus dicuntur. Dicitur enim in glosa eadem quod per visionem corporalem videntur corpora, per visionem vero spiritualem, id est imaginariam, similitudines corporum, per intellectualem autem ea quae neque sunt corpora neque similitudines corporum. Si enim hoc referretur ad id quo intelligitur, tunc quantum ad hoc nulla esset differentia inter visionem corporalem et spiritualem sive imaginariam quia etiam corporalis visio fit per similitudinem corporis: non enim lapis est in oculo sed similitudo lapidis. Sed in hoc est dictarum visionum differentia quod visio corporalis terminatur ad ipsum corpus, imaginaria vero terminatur ad imaginem corporis sicut ad obiectum. Et sic etiam, cum dicitur quod « visio intellectualis eas res continet quae non habent sui similitudines quae non sunt quod ipsae », non intelligitur quod visio intellectualis non fiat per aliquas species, quae non sunt idem quod res intellectae, sed quod visio intellectualis non terminatur ad aliquam rei similitudinem sed ad ipsam essentiam rei. Sicut enim visione corporali aliquis intuetur ipsum corpus, non ita quod inspiciat aliquam corporis similitudinem, quamvis per aliquam similitudinem corporis inspiciat, ita in visione intellectuali aliquis inspicit ipsam essentiam rei sine hoc quod inspiciat aliquam

A 403 esse...intelligere] int *praem.* pA 405 quo] quod *praem.* pA 407 anima] mente *praem.* pA 408 quae] et quod *praem* pA 413 intellectiva potentia] intellectus id est *praem.* pA 444 percipiendo se esse *in marg.* A] *om.* pA 446 inest (*ex* est pA) *em.* A 449 consideratione *scrips.*] considerare A 462 inter] *idem conf. praem.* pA

Φ 402 quod] quo Φ 406 quo] quod Φ ad] et Φ quod] quo Φ 410 qua] que Φ 427 prout] qua Σ 429 animae *om.* Φ 445 etiam] et Φ (*def.* δ^2) 446 retenta] recepta Φ (*def.* δ^2) inest menti] est in mente Φ (*def.* δ^2) 461 referretur] referatur quantum Φ 466 lapidis] *posthac codex* P *a stirpe* Φ *secessit* 468 terminatur *om.* Φ 470 etiam] est P 473 intellectualis] spiritualis Φ 473 non *om.* Φ 475 terminatur] –netur Φ 477 enim] in *add.* Φ 482 quod] aliquis *add.* Φ 482 aliquam] ipsam Φ

424 Cap. 4 (PL 42, 964). 455 *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. XII^2 (PL 192, 80 B-C) ex August. *De Gen. ad litt.* XII c. 24 (PL 34, 474). 465 lapis...lapidis: Arist. ut supra q. 2 a. 3 21 in nota.

similitudinem illius rei, quamvis quandoque per aliquam similitudinem illam essentiam inspiciat; quod etiam experimento patet: cum enim intelligimus animam, non confingimus nobis aliquod animae simulacrum quod intueamur, sicut in visione imaginaria accidebat, sed ipsam essentiam animae consideramus; non tamen ex hoc excluditur quin ista visio sit per aliquam speciem.

3. Ad tertium dicendum quod verbum Philosophi est intelligendum de intellectu qui est omnino a materia separatus, ut Commentator ibidem exponit, sicut sunt intellectus angelorum, non autem de intellectu humano; alias sequeretur quod scientia speculativa esset idem quod res scita, quod est impossibile, ut Commentator etiam ibidem deducit.

4. Ad quartum dicendum quod anima est sibi ipsi praesens ut intelligibilis, id est ut intelligi possit, non autem ut per se ipsam intelligatur sed ex obiecto suo, ut dictum est.

5. Ad quintum dicendum quod anima non cognoscitur per aliquam speciem abstractam a se, sed per speciem obiecti sui quae etiam fit forma eius secundum quod est intelligens actu, unde ratio non sequitur.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis anima nostra | *94a vb* sit sibi ipsi simillima, non tamen potest esse principium cognoscendi se ipsam ut species intelligibilis, sicut nec materia prima, eo quod hoc modo se habet intellectus noster in ordine intelligibilium sicut materia prima in ordine sensibilium, ut Commentator dicit in III De anima.

7. Ad septimum dicendum quod anima est causa cognoscibilitatis aliis non sicut medium cognoscendi, sed in quantum per actum animae intelligibiles efficiuntur res materiales.

8. Ad octavum dicendum quod secundum hoc scientia de anima est certissima quod unusquisque in se ipso experitur se animam habere et actus animae sibi inesse; sed cognoscere quid sit anima difficillimum est. Unde Philosophus ibidem subiungit quod « omnino difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa ».

9. Ad nonum dicendum quod anima non cognoscitur per speciem a sensibilibus abstractam quasi intelligatur species illa esse animae similitudo; sed quia, considerando naturam speciei quae a sensibilibus abstrahitur, invenitur natura animae in qua huiusmodi species recipitur, sicut ex forma cognoscitur materia.

10. Ad decimum dicendum quod lux corporalis non videtur per se ipsam nisi quatenus fit ratio visibilitatis visibilium et forma quaedam dans esse eis visibile actu; ipsa vero lux quae est in sole, non videtur a nobis nisi per eius similitudinem in visu nostro existentem. Sicut enim species lapidis non est in oculo sed similitudo eius, ita non potest esse quod forma lucis quae est in sole ipsa eadem sit in oculo; et similiter etiam lumen intellectus agentis per se ipsum a nobis intelligitur in quantum est ratio specierum intelligibilium faciens eas intelligibiles actu.

11. Ad undecimum dicendum quod verbum illud Philosophi potest dupliciter exponi secundum duas opiniones de intellectu agente: quidam enim posuerunt intellectum agentem esse substantiam separatam, unam de aliis intelligentiis, et secundum hoc semper actu intelligit sicut aliae intelligentiae; quidam vero ponunt intellectum agentem esse potentiam animae, et secundum hoc dicitur quod intellectus agens ' non quandoque intelligit et quandoque non ' quia causa quandoque intelligendi et quandoque non non est ex parte eius sed ex parte intellectus possibilis: in omni enim actu quo homo intelligit concurrit operatio intellectus agentis et intellectus possibilis. Intel-

A 500 Ad] *idem in fine lin. praem.* pA 520 efficiuntur] *idem conf. et imp. praem.* pA 530 animae] anima *imp. praem.* pA 533 natura *scrips.*] naturam A 554 quidam] alio modo *praem.* pA 560 omni *em.* A] *conf.* pA

Φ 483 illius *om.* Φ 484 inspiciat] aspiciat Φ (-δ[1]) 485 enim] non *add.* P 489 essentiam *om.* P 490 excluditur quin] concluditur quod Φ 490 sit] non (*cf. nota superior*) *praem.* Φ 499 deducit] dicit Φ 505 aliquam] aliam Φ 506 etiam *om.* Σ 507 est intelligens] intelligit Φ 518 causa] ratio Φ cognoscibilitatis] cognoscentis P (P *seclusus demum non signatur*) 544 etiam *om.* Φ 552 esse *om.* Φ

495 *De anima* III comm. 15 (VI[1], 160 A). 516 Comm. 5 et 17 (VI[1], 139 B et 160 F). 526 *De anima* I c. 1 (402 a 10) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 89,11). 551 quidam: Avicenna ut supra a. 6 125 et Alexander Aphrodis. ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 76 ex Averrois *De anima* III comm. 36 (VI[1], 177 C). 554 quidam: e. g. Albertus *Summa de homine* q. 55 a. 3 et Bonaventura *Super Sent. II* d. 24 p. 1 a. 2 q. 4.

lectus autem agens non recipit aliquid ab extrinseco, sed solum intellectus possibilis; unde, quantum ad id quod requiritur ad nostram considerationem, ex parte intellectus agentis non deest quin semper intelligamus sed quantum ad id quod requiritur ex parte intellectus possibilis qui non completur nisi per species intelligibiles a sensibus abstractas.

Articulus nonus

Nono quaeritur utrum mens nostra cognoscat habitus in anima existentes per essentiam suam vel per aliquam similitudinem. Et videtur quod per essentiam suam quia II Cor. XII[2] super illud « Scio hominem » etc. dicit glosa « Dilectio non aliter videtur praesens in specie per quam est et aliter absens in aliqua imagine sui simili; sed quantum mente cerni potest ab alio minus, ab alio magis ipsa cernitur »; ergo dilectio per essentiam suam, non per aliquam sui similitudinem a mente cernitur, et eadem ratione quilibet alius habitus.

2. Praeterea, Augustinus dicit in X De Trinitate « Quid enim tam cognitioni adest quam id quod menti adest? »; sed habitus animae per sui essentiam menti adsunt; ergo per sui essentiam cognoscuntur a mente.

3. Praeterea, « propter quod unumquodque, illud magis »; sed habitus mentis sunt causa quare alia cognoscantur quae habitibus subsunt; ergo ipsi habitus per essentiam suam maxime cognoscuntur a mente.

4. Praeterea, omne quod cognoscitur a mente per sui similitudinem prius fit in sensu quam fiat in mente; sed habitus mentis numquam fit in sensu; ergo a mente non cognoscuntur per aliquam similitudinem.

5. Praeterea, quanto aliquid est propinquius menti tanto a mente magis cognoscitur; sed habitus est propinquior potentiae intellectivae mentis quam actus et actus quam obiectum; ergo mens magis cognoscit habitum quam actum vel obiectum, et ita habitum cognoscit per essentiam suam et non per actus vel obiecta.

6. Praeterea, Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram quod eodem genere visionis cognoscitur mens et ars; sed mens cognoscitur per essentiam suam a mente; ergo et ars per essentiam suam cognoscitur, et similiter alii habitus mentis.

7. Praeterea, sicut se habet bonum ad affectum, sic verum habet se ad intellectum; sed bonum non est in affectu per aliquam sui similitudinem; ergo nec verum cognoscitur ab intellectu per aliquam similitudinem; ergo quicquid intellectus cognoscit, cognoscit per essentiam et non per similitudinem.

8. Praeterea, Augustinus dicit in libro De Trinitate XIII « Non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est », sicut scilicet anima alterius hominis ex motibus corporis videtur, « sed eam tenet certissima scientia clamatque conscientia », ergo secundum hoc scientia mentis tenet fidem secundum quod conscientia clamat; sed conscientia clamat fidem secundum quod praesentialiter inest ei; ergo et secundum hoc scitur fides a mente quod per essentiam suam praesentialiter menti inest.

9. Praeterea, forma est maxime proportionalis ei | cuius est forma; sed habitus in mente existentes sunt quaedam formae mentis, ergo sunt menti maxime proportionales; ergo mens nostra eos immediate cognoscit per essentiam. *95ra*

A 566 ex parte] hoc (*vel* homo: *anceps*) m *praem.* pA 569 qui *in forma inconsueta* A (*cf.* P Φ) 7 per *sup. lin.* A] *om.* pA 11 cernitur] . § Preterea *add.* pA 26 sensu *coni.*] mente (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 36 dicit] quod *add.* pA 43 affectum *in marg.* A] intellectum pA intellectum] affectum. set bonum non est in *praem.* pA 51 cuius] q *praem.* pA 55 secundum] ita *praem.* pA 61 habitus] licet *praem.* pA 64 eos] eas pA *post* immediate A, *et ordinem dictatorum restituimus*

Φ 569 qui] quod (*induc.* A) Φ P non completur] numquam impletur Φ 4 II] i Φ 13 in *om.* Φ P 15 id *om.* Φ 17 sui] suam Σ (-δ^1) 20 cognoscantur] –cuntur Φ P 24 fit] fuit Φ 41 mentis *om.* Φ 49 in *om.* Φ P libro *om.* Φ 50 XIII] (xii δ^1) *ante* De Trinitate Φ 51 in...ab eo] *om.* δ^1 ab eo Φ (-δ^1) 51 scilicet *om.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 87 a. 2; *Quodlib.* VIII q. 2 a. 2; *Super Sent. III* d. 23 q. 1 a. 2. 5 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 81 A) ex August. *De Gen. ad litt.* XII c. 6 (PL 34, 459). 14 Cap. 7 (PL 42, 979). 18 « propter...: Arist. ut supra q. 2 a. 3 183. 37 Cap. 24 (PL 34, 474). 50 Cap. 1 (PL 42, 1014).

10. Praeterea, intellectus cognoscit speciem intelligibilem quae in ipso est; non autem cognoscit eam per aliam speciem sed per essentiam suam quia sic esset abire in infinitum: hoc autem non est nisi quia species ipsae intellectum informant; cum igitur similiter intellectus per habitus informetur, videtur quod eos per essentiam mens cognoscat.

11. Praeterea, habitus a mente non cognoscuntur nisi visione intellectuali; sed visio intellectualis est eorum quae per suam essentiam videntur; igitur habitus videntur a mente per suam essentiam.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit X Confessionum «Ecce in memoriae meae campis et antris et cavernis innumerabilibus atque innumerabiliter plenis innumerabilium generibus rerum, sive per imagines, sicut omnium corporum, sive per praesentiam, sicut artium, sive per nescio quas notiones, sicut affectionum animi quas et cum animus non patitur, memoria tenet»: ex quo videtur quod affectiones animi cognoscantur non per sui essentiam sed per aliquas sui notiones; et eadem ratione habitus virtutum qui circa huiusmodi affectiones consistunt.

2. Praeterea, Augustinus dicit XI De civitate Dei «Habemus alium sensum interioris hominis sensu isto, scilicet corporali, praestantiorem quo iusta et iniusta sentimus, iusta per intelligibilem speciem, iniusta per eius privationem»; iusta autem et iniusta appellat habitus virtutum et vitiorum; ergo habitus animae per speciem et non per suam essentiam cognoscuntur.

3. Praeterea, nihil cognoscitur ab intellectu per essentiam nisi quod praesentialiter est in intellectu; habitus autem virtutum non sunt praesentialiter in intellectu sed in affectu; ergo non cognoscuntur per sui essentiam ab intellectu.

4. Praeterea, visio intellectualis est praestantior quam corporalis, ergo est cum maiori discretione; sed in visione corporali species qua aliquid videtur semper est aliud a re quae per ipsam videtur; ergo et habitus qui per intellectualem visionem videntur non videntur a mente per essentiam sed per aliquas species alias.

5. Praeterea, nihil appetitur nisi quod cognoscitur, ut Augustinus probat in libro De Trinitate; sed habitus animae appetuntur ab aliquibus qui ipsos non habent; ergo habitus illi cognoscuntur ab eis: non autem per sui essentiam cum eos non habeant, ergo per sui speciem.

6. Praeterea, Hugo de Sancto Victore distinguit in homine triplicem oculum, scilicet oculum rationis, oculum intelligentiae et oculum carnis: oculus intelligentiae est quo Deus inspicitur, et hunc dicit erutum post peccatum; oculus carnis est quo ista corporalia videntur, et hic post peccatum integer mansit; oculus rationis est quo intelligibilia creata cognoscuntur, et hic post peccatum factus est lippus quia in parte, non totaliter, intelligibilia cognoscimus; sed omne quod videtur tantum in parte non cognoscitur per essentiam; ergo cum habitus mentis sint intelligibiles, videtur quod mens non videat eos per essentiam.

7. Praeterea, multo praesentior est Deus per essentiam suam menti quam habitus cum ipse sit cuilibet rei intimus; sed praesentia Dei in mente non facit quod mens nostra Deum per essentiam videat; ergo nec habitus per essentiam videntur a mente quamvis sint in ea praesentes.

8. Praeterea, intellectus qui est potentia intelligens, ad hoc quod actu intelligat, requiritur quod per aliquid reducatur in actum, et id est quo intellectus intelligit actu; sed habitus essentia, in quantum praesens menti est, non

A 87 ex quo] ergo affectio *praem.* pA 97 appellat habitus] apph *praem.* pA 114 appetitur *em.* A] *conf.* pA 131 videtur] per essentiam sui *add.* pA 134 mens non] non *praem.* A, *et delevimus* 138 non facit quod] quod *praem.* pA 145 habitus essentia] essentia *praem.* pA 146 in quantum *hic* A] *post* menti pA

Φ 71 informant] formant Φ 77 igitur...essentiam] ergo etc. Φ 82 plenis] et *add.* Φ 89 essentiam] presentiam Σ (-δ^1) 99 animae] virtutum Σ suam *om.* Φ 105 non...intellectu] etc. Φ 107 maiori] maiore Φ 118 sui essentiam] essentiam suam Φ 119 eos] eas Φ 123 oculum$^{1\text{-}2\text{-}3}$ *om.* Φ 126 est *om.* Φ corporalia] temporalia Σ temporalia vel *praem.* β 133-134 cum...essentiam] etc. Φ (-δ) 140 in ea *om.* Σ

80 Cap. 17 (PL 32, 790). 93 Cap. 27 (PL 41, 341). 106 visio...corporalis: cf. August. *De Gen. ad litt.* XII c. 24 (PL 34, 474). 116 Ut supra a. 6 23. 121 *De sacramentis* I p. x c. 2 (PL 176, 329 C).

reducit intellectum de potentia in actum quia sic oporteret quod quamdiu habitus sunt praesentes in anima, actu intelligerentur; ergo habituum essentia non est id quo habitus intelliguntur.

Responsio. Dicendum quod sicut animae ita et habitus est duplex cognitio: una qua quis cognoscit an habitus sibi insit, alia qua cognoscitur quid sit habitus. Hae tamen duae cognitiones circa habitus aliter ordinantur quam circa animam. Cognitio enim qua quis novit se habere aliquem habitum praesupponit notitiam qua cognoscat quid est habitus ille: non enim possum scire me habere castitatem nisi sciam quid est castitas; sed ex parte animae non est sic: multi enim sciunt se animam habere qui nesciunt quid est anima. Cuius diversitatis haec est ratio, quia tam habitus quam animam non percipimus in nobis esse nisi percipiendo actus quorum anima et habitus sunt principia: habitus autem per essentiam suam est principium talis actus, unde si cognoscitur habitus prout est principium talis actus, cognoscitur de eo quid est, ut si sciam quod castitas est per quam quis se cohibet ab illicitis delectationibus in venereis existentibus, scio de castitate quid est; sed anima non est principium actuum per essentiam suam sed per suas vires, unde perceptis actibus animae percipitur inesse principium talium actuum, utpote motus et sensus, non tamen ex hoc natura animae scitur.

Loquendo igitur de habitibus prout de eis scimus quid sunt, duo in eorum cognitione oportet attendere, scilicet apprehensionem et iudicium. Secundum apprehensionem quidem eorum notitia oportet quod obiectis et actibus capiatur, nec ipsi possunt per essentiam suam apprehendi. Cuius ratio est quia cuiuslibet potentiae animae virtus est determinata ad obiectum suum; unde et eius actio primo et principaliter in obiectum tendit. In ea vero quibus in obiectum dirigitur non potest nisi per quandam reditionem, sicut videmus quod visus primo dirigitur in colorem, sed in actum visionis suae non dirigitur nisi per quandam reditionem dum videndo colorem videt se videre. Sed ista reditio incomplete | quidem est *95ʳb* in sensu, complete autem in intellectu qui reditione completa redit ad sciendum essentiam suam. Intellectus autem noster in statu viae hoc modo comparatur ad phantasmata sicut visus ad colores, ut dicitur in III De anima, non quidem ut cognoscat ipsa phantasmata ut visus cognoscit colores, sed ut cognoscat ea quorum sunt phantasmata; unde actio intellectus nostri primo tendit in ea quae per phantasmata apprehenduntur et deinde redit ad actum suum cognoscendum, et ulterius in species et habitus et potentias et essentiam ipsius mentis: non enim comparantur ad intellectum ut obiecta prima, sed ut ea quibus in obiectum feratur.

Iudicium autem de unoquoque habetur secundum id quod est mensura illius. Cuiuslibet autem habitus mensura quaedam est id ad quod habitus ordinatur; quod quidem ad nostram cognitionem se habet tripliciter: quandoque enim est a sensu acceptum, vel visu vel auditu, sicut cum videmus utilitatem grammaticae vel medicinae, aut eam ab aliis audimus, et ex hac utilitate scimus quid est grammatica vel medicina; quandoque vero est naturali cognitioni inditum, quod maxime patet in habitibus virtutum quarum fines naturalis ratio dictat; quandoque vero est divinitus infusum, sicut patet in fide et spe et aliis huiusmodi habitibus infusis. Et quia etiam naturalis cognitio in nobis ex illustratione divina oritur, in utroque

A 152 Responsio] . § Preterea intellectus humanus *inc. novum argument. praem.* pA 181 apprehensionem et *hic* A] *post* iudicium pA 183 notitia] *idem praem.* pA 194 Sed] Unde *praem.* pA 197 Intellectus] Unde *praem.* pA 200 ipsa] ipsos *praem.* pA 206 et habitus et potentias] et potentias *praem.* pA 210 Iudicium] J *et litt. imp. praem.* pA 222 vero] harum *add.* pA 225 in²] q *praem.* pA

Φ 148 habitus *om.* Σ 154 an] aut α β pγ 156 aliter] alio modo Φ 159 cognoscat] –scit Φ 160 castitatem] caritatem Φ (-γ) 161 castitas] caritas Φ (-γ) 172 delectationibus] cogitationibus α δ cogitationibus vel *praem.* β 196 sciendum] cognoscendum Φ 211 id] illud Φ 217 aut] vel Φ audimus] audivimus *ante* eam Φ 223 aliis *om.* Σ

195 reditione completa: *Liber de causis* ut supra q. 8 a. 6 100. 199 *De anima* III 12 (431 a 14), cf. etiam Averroes *De anima* III comm. 5 (VI¹, 146 D).

veritas increata consulitur; unde iudicium in quo completur cognitio de natura habitus vel est secundum id quod sensu accepimus vel secundum quod increatam consulimus veritatem.

In cognitione vero qua cognoscimus an habitus nobis insint, duo sunt consideranda, scilicet habitualis cognitio et actualis. Actualiter quidem percipimus habitus nos habere ex actibus habituum quos in nobis sentimus, unde etiam Philosophus dicit in II Ethicorum quod « signum oportet accipere habituum fientem in opere delectationem ». Sed quantum ad habitualem cognitionem, habitus mentis per se ipsos cognosci dicuntur: illud enim facit habitualiter cognosci aliquid ex quo aliquis efficitur potens progredi in actum cognitionis eius rei quae habitualiter cognosci dicitur; ex hoc autem ipso quod habitus per essentiam suam sunt in mente, mens potest progredi ad actualiter percipiendum habitus in se esse in quantum per habitus quos habet potest prodire in actus in quibus habitus actualiter percipiuntur. Sed quantum ad hoc differentia est inter habitus cognitivae partis et affectivae: habitus enim cognitivae partis est principium et ipsius actus quo percipitur habitus, et etiam cognitionis qua percipitur quia ipsa actualis cognitio ex habitu cognitivo procedit; sed habitus affectivae partis est quidem principium illius actus ex quo potest habitus percipi, non tamen cognitionis qua percipitur. Et sic patet quod habitus cognitivae, ex hoc quod per essentiam suam in mente existit, est proximum principium suae cognitionis; habitus autem affectivae partis est principium quasi remotum in quantum non est causa cognitionis sed eius unde cognitio accipitur. Et ideo Augustinus dixit X Confessionum quod artes cognoscuntur per sui praesentiam, sed affectiones animae per quasdam notiones.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum illud glosae est referendum ad obiectum cognitionis et non ad medium cognoscendi, quia scilicet cum dilectionem cognoscimus, ipsam dilectionis essentiam consideramus, non aliquam eius similitudinem, ut in imaginaria visione accidit.

2. Ad secundum dicendum quod pro tanto dicitur quod mens nihil melius novit eo quod in ipsa est, quia eorum quae sunt extra ipsam non est necesse quod in se habeat aliquid unde in eorum notitiam devenire possit; sed in eorum quae in ipsa sunt actualem cognitionem devenire potest ex his quae penes se habet, quamvis etiam per aliqua alia cognoscantur.

3. Ad tertium dicendum quod habitus non est causa cognoscendi alia sicut quo cognito alia cognoscantur, prout principia sunt causa cognoscendi conclusiones, sed quia ex habitu perficitur anima ad aliquid cognoscendum; et sic non est causa cognitorum quasi univoca prout unum cognitum est causa cognitionis alterius cogniti, sed quasi causa aequivoca quae eandem nominationem non recipit, sicut albedo facit album, quamvis ipsa non sit alba sed est quo aliquid est album. Similiter etiam habitus in quantum huiusmodi non est causa cognitionis ut quod est cognitum sed ut quo aliquid est cognitum; et ideo non oportet quod sit magis cognitum quam ea quae per habitum cognoscuntur.

4. Ad quartum dicendum quod habitus non

A 233 Actualiter] actualis quidem cognitio *praem.* pA 238 in opere] op (p *imp.*) *praem.* pA 238-266 Sed quantum... notiones *in marg. inf. col.* 95$^{ra\text{-}rb}$ A] Set de habituali notitia aliter se habet circa habitus partis intellective et circa habitus partis affective. habitus enim intellective partis sunt principia intelligendi. et quia in actu intellectus percipiuntur per essentiam suam habitualiter cognoscuntur quia ex eorum essentia est ut possimus in actum intelligendi exire in quo habitus ipsi percipiuntur. Set habitus partis affective non sunt principia intelligendi. set (set *primo deletum*) sunt tamen principia aliquorum actuum et (et *primo deletum*) ex quibus actibus percipitur etiam a^1 (a^1 *primo deletum*) habitus affective partis. Unde loquendo de habituali notitia ipsi habitus intellective partis per (per *e* pre *emend.*) suam presentiam cognoscuntur. set (set *primo deletum*) non autem habitus partis affective. set per quasdam sui notiones ut Augustinus dicit in auctoritate inducta.que quidem notiones nichil aliud sunt quam rationes habituum vel affectionum in intellectu existentes pA, *quod cancellatur et deletur per* va-cat 262 eius] *litt. imp. add.* pA 266 quasdam] suas *praem.* pA 278 in^2 *sup. lin.* A] *om.* pA 291 albedo] tal *praem.* pA 296 quae] *bis* pA *primum del.* A

Φ 228 accepimus] accipimus Φ P 229 increatam] in creatura Φ (-δ) 232 insint] insunt Φ 237 fientem] super venientem Σ 238 in opere *om.* Σ 254 cognitivo] cognitive Σ cognoscitive β cognoscitivo P 259 existit] consistit Φ 261 quantum] qua Φ 270 quia] quasi Φ 281 alia] *om.* Φ (-δ) *post* cognoscantur δ 284 cognoscantur] –cuntur Φ P 288 cognitum *om.* Φ

226 veritas...: cf. August. *De magistro* cap. 11 (PL 32, 1216). 236 *Ethic.* II 3 (1104 b 3). 264 Cap. 17 (PL 32, 790).

cognoscitur ab anima per aliquam eius speciem a sensu abstractam, sed per species eorum quae per habitum cognoscuntur; in hoc ipso quod alia cognoscuntur, et habitus cognoscitur ut principium cognitionis eorum.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis habitus sit propinquior potentiae quam actus, tamen actus est propinquior obiecto quod habet rationem cogniti; potentia vero habet rationem principii cognoscendi. Et ideo actus per prius cognoscitur quam habitus, sed habitus est magis cognitionis principium.

6. Ad sextum dicendum quod ars est habitus intellectivae partis, et quantum ad habitualem notitiam percipitur eodem modo ab habente sicut et mens, scilicet per sui praesentiam.

7. Ad septimum dicendum quod motus vel operatio cognitivae partis perficitur in ipsa mente; et ideo oportet, ad hoc quod aliquid cognoscatur, esse aliquam similitudinem eius in mente, maxime si per essentiam suam non coniungatur menti ut cognitionis obiectum. Sed motus vel operatio affectivae partis incipit ab anima et terminatur ad res; et ideo non requiritur in affectu aliqua similitudo rei qua informetur sicut in intellectu.

8. Ad octavum dicendum quod fides est habitus intellectivae partis; unde ex hoc ipso quod menti inest, inclinat mentem ad actum intellectus in quo ipsa fides videtur; secus autem est de aliis habitibus qui | sunt in parte affectiva.

95va

9. Ad nonum dicendum quod habitus mentis sunt ei maxime proportionales, sicut forma proportionatur ad subiectum et perfectio ad perfectibile, non autem sicut obiectum ad potentiam.

10. Ad decimum dicendum quod intellectus cognoscit speciem intelligibilem non per essentiam suam neque per aliquam speciem speciei, sed cognoscendo obiectum cuius est species per quandam reflexionem, ut dictum est.

11. Ad undecimum patet responsio ex his quae in praecedenti quaestione sunt dicta.

1. Ad primum vero in contrarium dicendum quod in auctoritate illa Augustinus distinguit triplicem modum cognoscendi: quorum unus est eorum quae sunt extra animam, de quibus cognitionem habere non possumus ex his quae in nobis sunt, sed oportet ad ea cognoscenda ut eorum imagines vel similitudines in nobis fiant. Alius modus est eorum quae sunt in parte intellectiva, quae quidem per sui praesentiam dicit cognosci quia ex eis est ut in actum intelligendi exeamus, in quo actu ea quae sunt intelligendi principia cognoscuntur; et ideo dicit quod artes per sui praesentiam cognoscuntur. Tertius modus est eorum quae pertinent ad partem affectivam quorum ratio cognoscendi non est in intellectu sed in affectu; et ideo non per sui praesentiam quae est in affectu, sed per eius notionem vel rationem quae est in intellectu cognoscuntur sicut per immediatum principium; quamvis etiam habitus affectivae partis per sui praesentiam sint quoddam remotum principium cognitionis in quantum eliciunt actus in quibus eos intellectus cognoscit, ut sic etiam possit dici quod quodam modo per sui praesentiam cognoscuntur.

2. Ad secundum dicendum quod species illa per quam iustitia cognoscitur, nihil est aliud quam ratio ipsa iustitiae per cuius privationem iniustitia cognoscitur; haec autem species vel ratio non est aliquid a iustitia abstractum sed id quod est completivum esse ipsius ut specifica differentia.

3. Ad tertium dicendum quod intelligere proprie loquendo non est intellectus sed animae per intellectum, sicut nec calefacere est caloris sed ignis per calorem. Nec istae duae partes, intellectus et affectus, sunt cogitandae in anima ut situaliter distinctae, sicut visus et auditus qui sunt actus organorum; et ideo illud quod

A 302 cognoscuntur] ill *add.* pA 311 sextum] vi *em.* A vij pA 318 oportet] quod *add.* pA 330 sunt] *idem conf. praem. in princ. col.* pA 338 suam] set per cognitionem *add.* pA speciei: *quamvis illud verbum verum sit, primo aspectu abrogatum videtur* (*cf.* P α δ) 341 undecimum] di *add.* pA 353 exeamus] *litt. imp. praem.* pA 357 ratio] *litt. imp. praem.* pA 362 immediatum] me *praem.* pA

Φ 303 eorum *om.* Φ 306 quod] qui Φ (-δ^1) 319 eius *om.* Φ (-δ) 338 speciei (*induc.* A) *om.* α δ P 350 modus *om.* Φ 353 ea *om.* Φ 360 notionem] notitiam Φ 369 nihil] non Φ 371 iniustitia] iustitia Φ 373 completivum] complementum Φ 378 partes] scilicet *add.* Φ

342 Supra a. 8.

est in affectu est etiam praesens animae intelligenti. Unde anima per intellectum non solum redit ad cognoscendum actum intellectus sed etiam actum affectus, sicut etiam per affectum redit ad appetendum et diligendum non solum actum affectus sed etiam actum intellectus.

4. Ad quartum dicendum quod discretio quae pertinet ad perfectionem cognitionis, non est discretio qua distinguitur quod intelligitur et quo intelligitur, quia sic divina cognitio qua se cognoscit esset imperfectissima, sed est discretio qua id quod cognoscitur distinguitur ab omnibus aliis.

5. Ad quintum dicendum quod a non habentibus habitus mentis cognoscuntur, non quidem illa cognitione qua percipiuntur sibi inesse, sed qua cognoscuntur quid sunt, vel qua percipiuntur aliis inesse; quod non est per praesentiam sed alio modo, ut dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod oculus rationis pro tanto dicitur lippus esse respectu intelligibilium creatorum, quia nihil intelligit actu nisi accipiendo a sensibilibus quibus intelligibilia sunt excellentiora, et ideo deficiens invenitur ad intelligibilia cognoscenda. Tamen ea quae sunt in ratione, nihil prohibet quin immediate inclinent per essentiam suam ad actus in quibus intelliguntur, ut dictum est.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis Deus sit magis praesens nostrae menti quam habitus, tamen ex obiectis quae naturaliter cognoscimus non ita perfecte essentiam divinam videre possumus sicut essentiam habituum, quia habitus sunt proportionati ipsis obiectis et actibus et sunt proxima eorum principia, quod de Deo dici non potest.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis praesentia habitus in mente non faciat eam actualiter cognoscentem ipsum habitum, facit tamen eam actu perfectam per habitum quo actus eliciatur, unde habitus cognoscatur.

Articulus decimus

Decimo quaeritur utrum aliquis possit scire se habere caritatem. Et videtur quod sic: quod enim per essentiam videtur certissime percipitur; sed caritas per essentiam videtur ab habente eam, ut Augustinus dicit; ergo caritas percipitur a caritatem habente.

2. Praeterea, caritas in actibus suis praecipue delectationem causat; sed habitus virtutum moralium percipiuntur per delectationes quas in actibus virtutum causant, ut patet per Philosophum in II Ethicorum; ergo et caritas percipitur ab habente ipsam.

3. Praeterea, Augustinus dicit VIII De Trinitate « Magis quis novit dilectionem qua diligit quam fratrem quem diligit »; sed fratrem quem quis diligit certissime novit esse; ergo et dilectionem qua diligit certissime novit quis sibi inesse.

4. Praeterea, vehementior est inclinatio caritatis quam cuiuslibet alterius virtutis; sed alias virtutes aliquis scit sibi inesse certitudinaliter ex hoc quod inclinatur in actus ipsarum: habenti enim habitum iustitiae difficile est agere iniusta, facere vero iusta facile, ut dicitur in V Ethicorum, et hanc facilitatem quilibet in se ipso percipere potest; ergo et caritatem se habere quilibet percipere potest.

5. Praeterea, Philosophus dicit in II Posteriorum quod impossibile est nos habere nobilissimos habitus et nos lateant; sed caritas est nobilissimus habitus; ergo inconveniens est dicere quod habens | caritatem nesciat se habere eam. *95vb*

6. Praeterea, gratia est lux spiritualis; sed ab his qui luce perfunduntur, certissime hoc

A 385 sicut] *idem conf. et imp. praem.* pA 390 distinguitur] cognoscitur *praem.* pA 403 intelligit] percipit *praem.* pA 414 essentiam] *idem in fine lin. praem.* pA 418 octavum *scrips.*] ix A (*cf. supra lin.* 153)
8 causat] ut enim dicit Augustinus et h *add.* pA 22 ipsarum] g *add.* pA 23 habenti enim] ei (*in fine lin. casu non del., et delevimus*) hni *praem.* pA

Φ 388 discretio] distinctio Φ 404 sensibilibus] sensibus Φ
11-12 et caritas...ipsam] etc. Φ 26 ipso *om.* Φ 26-27 et caritatem...potest] etc. Φ

1 Parall.: *I-II* q. 112 a. 5; *Super Sent. I* d. 17 q. 1 a. 4; *Super Sent. III* d. 23 q. 1 a. 2; *Super II Cor.* cap. 12 lect. 1. 5 *De Gen. ad litt.* XII c. 24 (PL 34, 474) et habetur in *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. XII[2] (PL 192, 81 A) ut refert Thomas *Quodlib.* VIII q. 2 a. 2 sed c. 11 *Ethic.* II 3 (1104 b 3). 14 Cap. 8 (PL 42, 957). 25 *Ethic.* V 15 (1137 a 17). 29 *Anal. post.* II 20 (99 b 25). 33 gratia...spiritualis: cf. Thomas *Super Sent. I* d. 17 q. 1 a. 4 arg. 5.

ipsum percipitur; ergo ab habentibus gratiam certissime scitur quod gratiam habent, et similiter est de caritate sine qua gratia non habetur.

7. Praeterea, secundum Augustinum in libro De Trinitate, nullus potest ignotum diligere; sed aliquis diligit in se caritatem; ergo aliquis cognoscit caritatem esse in se.

8. Praeterea, « unctio docet de omnibus » necessariis ad salutem; sed habere caritatem est necessarium ad salutem; ergo habens caritatem scit se habere.

9. Praeterea, Philosophus dicit in II Ethicorum quod « virtus est certior omni arte »; sed aliquis habens artem scit se eam habere; ergo et quando habet virtutem, et sic quando habet caritatem quae est maxima virtutum.

SED CONTRA est quod dicitur Eccl. IX[1] « Nemo scit utrum dignus odio vel amore sit »; sed ille qui habet caritatem est dignus amore divino, Prov. VIII[17] « Ego diligentes me diligo »; ergo nemo scit se caritatem habere.

2. Praeterea, nullus scire potest certitudinaliter quando Deus veniat ad habitandum in eo, Iob IX[11] « Si venerit ad me, non videbo eum »; sed per caritatem Deus inhabitat hominem, I Ioh. IV[16] « Qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo »; ergo nullus potest certitudinaliter scire se caritatem habere.

RESPONSIO. Dicendum quod aliquis habens caritatem potest ex aliquibus probabilibus signis conicere se caritatem habere, utpote cum se ad spiritualia opera paratum videt et mala efficaciter detestari et per alia huiusmodi quae caritas in homine facit; sed certitudinaliter nullus potest scire se caritatem habere nisi ei divinitus reveletur. Cuius ratio est quia, sicut ex praedicta quaestione apparet, cognitio qua quis cognoscit se aliquem habitum habere, praesupponit cognitionem qua cognoscit de habitu illo quid est; quid est autem aliquis habitus sciri non potest nisi de eo sumatur iudicium per id ad quod habitus ille ordinatur quod est habitus illius mensura; hoc autem ad quod caritas ordinatur est incomprehensibile quia eius immediatum obiectum et finis est Deus, summa bonitas cui caritas coniungit; unde non potest aliquis scire ex actu dilectionis quem in se ipso percipit, ⟨an⟩ ad hoc pertingat ut Deo hoc modo uniat sicut ad caritatis rationem requiritur.

1. Ad primum igitur dicendum quod caritas per essentiam videtur in quantum ipsa per essentiam suam est principium actus dilectionis in quo utrumque cognoscitur, et sic est etiam per essentiam suam et suae cognitionis principium, licet remotum; non tamen oportet quod certitudinaliter percipiatur quia actus ille dilectionis quem in nobis percipimus secundum id quod de eo est perceptibile, non est sufficiens signum caritatis propter similitudinem dilectionis naturalis ad gratuitam.

2. Ad secundum dicendum quod delectatio illa quae in actu relinquitur ex caritate, potest etiam ex aliquo habitu acquisito causari; et ideo non est sufficiens signum ad caritatem demonstrandam quia ex communibus signis non percipitur aliquid per certitudinem.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis mens certissime cognoscat dilectionem qua diligit fratrem, in quantum est dilectio, tamen non certissime novit eam ⟨esse⟩ caritatem.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis inclinatio qua caritas inclinat ad agendum sit

A 37 sine] d *praem.* pA 67 detestari *em.* A] *conf.* pA 74 quid[2]] de habitu *praem.* pA 82 ⟨an⟩ *suppl.*] *om.* A 96-101 Ad secundum...certitudinem *hic* A] *post* caritatem (*lin.* 105) pA, *litteris* b-a *in margine ordo solutionum restauratur* 102 tertium] iii A secundum pA 105 ⟨esse⟩ *suppl. cum* γ] *om.* A

Φ 37 est] dicendum *praem.* Φ sine...habetur *om.* Σ *post* habere[45] β 38-41 Praeterea...in se (*scil. arg.* 7[m]) *post* habere[55] Φ 38 libro] primo Φ 41 aliquis...in se] etc. Φ 42-45 Praeterea...se habere (*scil. arg.* 8[m]) *om.* α δ 51 Sed...dicitur] Contra Σ Sed contra est β 52 sit *ante* odio Φ P 55 nemo...habere] etc. Φ 67 huiusmodi *om.* Σ 74 quid[2]] quis Φ (-δ[1]) 80 cui] cuius Φ (-δ) 82 ⟨an⟩] *suppl.* Φ *om.* P 83 uniat] uiuat Φ (-γ) uniatur γ 85 igitur] ergo Φ 88 utrumque] *lac.* (*seu om.*) α utrum β ut *praem.* γ 88 est *om.* Φ 89 et] est (*cf. nota superior*) Φ 93 quod de eo] de quo Φ (-δ[1]) quo δ[1] 98 aliquo habitu] *inv.* Φ (-δ[1]) habitu illo aliquo δ[1] 105 ⟨esse⟩] *om.* Φ (-γ) P *suppl.* γ

39 X c. 1 (PL 42, 971) ut supra a. 6 23. 42 « unctio...: I Ioh. II[27]. 43 necessariis ad salutem: *Glossa interlin.* super Ioh. XVI[13] ut refert Thomas infra q. 12 a. 2 93. 47 Cap. 5 (1106 b 14) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 33[v]). 51 Eccl. IX[1]: cf. supra q. 6 a. 5 24 in nota. 71 Art. 9 hic supra.

quoddam principium apprehendendi caritatem, non tamen sufficit ad perfectam perceptionem caritatis: nullus enim potest percipere se aliquem habitum habere nisi sciat perfecte illud ad quod habitus ordinatur, per quod de habitu iudicatur; et hoc in caritate sciri non potest.

5. Ad quintum dicendum quod Philosophus loquitur de habitibus intellectivae partis qui, si sint perfecti, non possunt latere habentes eo quod de perfectione eorum est certitudo; unde quilibet sciens scit se scire «cum scire sit causam rei cognoscere, et quoniam illius est causa, et quoniam impossibile est aliter se habere»; et similiter aliquis habens habitum intellectus principiorum, scit se habitum illum habere. Sed caritatis perfectio non consistit in certitudine cognitionis, sed in vehementia affectionis, et ideo non est simile.

6. Ad sextum dicendum quod in his quae metaphorice dicuntur, non oportet accipere similitudinem quantum ad omnia; unde nec gratia luci comparatur quantum ad hoc quod ita se spirituali visui ingerat manifeste sicut lux corporea visui corporali, sed quantum ad hoc quod gratia est principium spiritualis vitae, sicut lux caelestium corporum est quodam modo initium corporalis vitae in his inferioribus, ut dicit Dionysius, et etiam quantum ad aliquas alias similitudines.

7. Ad septimum dicendum quod se habere caritatem potest accipi dupliciter: uno modo in vi orationis, alio modo in vi nominis; in vi quidem orationis, sicut cum dicitur verum esse aliquem caritatem habere; in vi autem nominis, cum de hoc dicto caritatem habere vel quod per hoc dictum significatur, aliquid dicimus. Cum autem ad affectum non pertineat componere et dividere sed solummodo in ipsas res ferri cuius condiciones sunt bonum et malum, cum dicitur ego diligo vel volo me habere caritatem, hoc quod dico me habere caritatem sumitur in vi cuiusdam nominis ac si diceretur volo hoc quod est me habere caritatem; et hoc nihil prohibet esse mihi cognitum: scio enim quid est me habere caritatem etiam si eam non habeo. Unde et non habens caritatem appetit se caritatem habere; non tamen sequitur quod aliquis sciat se caritatem habere secundum quod hoc in vi orationis sumitur, id est quod habeat caritatem.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis habere caritatem sit necessarium ad salutem, non tamen scire se habere caritatem; immo magis expedit nescire communiter quia per hoc magis | sollicitudo et humilitas conservatur. 96ra
Quod autem dicitur ' unctio docet de omnibus necessariis ad salutem ', intelligitur de omnibus quorum cognitio necessaria est ad salutem.

9. Ad nonum dicendum quod virtus dicitur esse certior omni arte certitudine inclinationis ad unum, non autem certitudine cognitionis: virtus enim, ut dicit Tullius, inclinat ad unum per modum cuiusdam naturae, natura autem certius et directius pertingit ad unum finem quam ars; et per hunc etiam modum dicitur quod ' virtus est certior arte ', non quod certius aliquis percipiat se habere virtutem quam artem.

Articulus undecimus

Undecimo quaeritur utrum mens in statu viae possit videre Deum per essentiam. Et videtur quod sic quia Num. XII[8] dicit Dominus de Moyse «Ore ad os loquor ei et palam et non per aenigmata videt Deum»; sed hoc est videre Deum per essentiam, videre scilicet

A 110 percipere se] se *praem.* pA 111 sciat] ha *praem.* pA illud] *idem conf. et imp. praem.* pA 112 per...et hoc] et hoc *praem.* pA 113 non potest] p *imp. praem.* pA 123 caritatis] caritas *praem.* pA 146 condiciones] dispo *praem.* pA 150 hoc[2]] est *add.* pA 156 quod hoc] hoc *praem.* pA 174 virtutem] *trans. ad lin. idem praem.* pA
4 Moyse] moise A

Φ 112 habitus] ille *add.* Φ 127 oportet] est Φ 133 quodam modo] quoddam Σ 137 se] *om.* Σ *post* habere β 138 accipi] intelligi Φ 140 esse] est Φ (-δ) 142 quod *om.* Φ 143 significatur] –cari Φ 145 et] vel Φ 148 dico] dicitur Σ 151 mihi cognitum] incognitum Φ 158-165 Ad octavum...salutem *om.* α δ 172 etiam *om.* Φ 173 quod[2]] ut Σ ut *ante* non β
3 XII dicit Dominus] xi dicitur Φ 4 Ore...ei *om.* Σ et *om.* Φ 5 videt] vidi Φ (-δ[1]) 6-7 videre[2]...aenigmate *om.* Φ

118 «cum scire...: Arist. *Anal. post.* I 4 (71 b 9) ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 39. 135 *De div. nom.* cap. 4 § 4 (PG 3, 700 A; Dion. 166) ut refert Thomas supra q. 5 a. 9 176. 169 *De inventione* II c. 53 n. 159.
1 Parall.: *I Pars* q. 12 a. 11; *II-II* q. 180 a. 5; *Cont. Gent.* III c. 47; *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 7; *Lect. super Ioh.* cap. 1 lect. 11; *Super II Cor.* cap. 12 lect. 1; *Super Boet. De Trin.* q. 6 a. 3. 3 Num. XII[8] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467).

absque aenigmate; ergo cum Moyses adhuc viator esset, videtur quod aliquis in statu viae possit Deum per essentiam videre.

2. Praeterea, Exodi XXXIII[20] super illud « Non videbit me homo et vivet » dicit glosa Gregorii quod « quibusdam in hac carne viventibus sed inexstimabili virtute crescentibus contemplationis acumine potest aeterni Dei claritas videri »; claritas autem Dei est eius essentia, ut in eadem glosa dicitur; ergo aliquis in hac mortali vivens carne potest Deum per essentiam videre.

3. Praeterea, Christus habuit intellectum eiusdem naturae sicut nos habemus; sed status viae non impediebat intellectum eius quin Deum per essentiam videret; ergo et nos in statu viae Deum per essentiam videre possumus.

4. Praeterea, Deus in statu viae intellectuali visione cognoscitur, unde Rom. I[20] dicitur « Invisibilia Dei per ea quae facta ⟨sunt⟩ intellecta, conspiciuntur »; sed intellectualis visio est per quam res in se ipsis videntur, ut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram; ergo mens nostra in statu viae Deum per essentiam videre potest.

5. Praeterea, Philosophus dicit in III De anima quod « anima nostra quodam modo est omnia quia sensus est omnia sensibilia et intellectus omnia intelligibilia »; sed maxime intelligibile est divina essentia; ergo intellectus noster etiam secundum statum viae, secundum quem Philosophus loquitur, Deum per essentiam videre potest, sicut et sensus noster potest omnia sensibilia sentire.

6. Praeterea, sicut in Deo est immensa bonitas, ita et immensa veritas; sed divina bonitas, quamvis sit immensa, potest a nobis in statu viae immediate diligi; ergo veritas essentiae eius potest immediate videri in statu viae.

7. Praeterea, intellectus noster ad hoc factus est ut Deum videat; si ergo in statu viae videre non potest, hoc non est nisi propter aliquod velamen, quod quidem est duplex, culpae et creaturae: culpae quidem velamen in statu innocentiae non erat et nunc etiam a sanctis removetur, II Cor. III[18] « Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes » etc.; creaturae vero velamen divinae essentiae visionem, ut videtur, impedire non potest quia Deus est interior menti nostrae quam aliqua creatura; ergo in statu viae mens nostra Deum per essentiam videt.

8. Praeterea, omne quod est in altero, est in eo per modum recipientis; sed Deus per essentiam suam est in mente nostra; cum igitur modus mentis nostrae sit intelligibilitas ipsa, videtur quod essentia divina sit in mente nostra ut intelligibilis, et ita mens nostra Deum per essentiam intelligit in statu viae.

9. Praeterea, Cassiodorus dicit « Claritatem illam inaccessibilem sanitas mentis humanae intelligit »; sed mens nostra sanatur per gratiam; ergo ab habente gratiam in statu viae videri potest essentia divina quae est inaccessibilis claritas.

10. Praeterea, sicut ens quod de omnibus praedicatur est primum in communitate, ita ens a quo omnia causantur est primum in causalitate, scilicet Deus; sed ens quod est primum in communitate, est prima conceptio nostri intellectus etiam in statu viae; ergo et ens quod est primum in causalitate statim per essentiam suam in statu viae cognoscere possumus.

11. Praeterea, ad visionem requiritur videns et visum et intentio; sed haec tria in mente

A 13 inexstimabili A 27 ⟨sunt⟩ *suppl.* (*cf. supra* a 6 *lin.* 276, *infra* a. 12 *lin.* 82, *etc.*)] *om.* A 42 sicut *hic* A] *post* Deo pA 58 ergo] intellectus noster *add.* pA 59 videt] *idem conf. praem.* pA 70 gratiam *scrips.*] gratia *casu om. compl. abbrev.* A 79 statim] es *praem.* pA

Φ 7-9 cum...videre] etc. α δ 16-18 aliquis...videre] etc. Φ 21 eius *om.* Φ (-δ^1) 26 dicitur *om.* Φ 27-28 per ea... conspiciuntur] etc. Φ 27 ⟨sunt⟩ *om.* P (*def.* Φ) 31-32 mens...potest] etc. Φ 35 est] quodam modo *add.* Φ 36 maxime] magis Σ 37 ergo] igitur Φ (-δ) 38 etiam *om.* Σ 48 videre] videri Φ 53 III] xiii (*seu* 13) Σ 62 suam *om.* Σ 65-66 et ita...viae] ergo etc. Φ 78 etiam *om.* Σ

12 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. *Moral.* XVIII c. 54 (PL 76, 93 A). 16 *Glossa ordin.* hic supra, vide etiam Gregor. *Moral.* XVIII c. 54 (PL 76, 93 C-D). 30 Cap. 6 (PL 34, 458). 34 Cap. 8 (431 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 351,5). 50 velamen...creaturae: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 11 (f. 196va). 53 II Cor. III[18] sec. recens. Veteris Latinae. 61 per modum recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 67 *De anima* cap. 3 (PL 70, 1288 B). 76 ens...intellectus: Avicenna ut supra q. 1 a. 1 104. 81 ad visionem...intentio: August. ut supra q. 8 a. 13 71.

nostra inveniuntur respectu divinae essentiae: ipsa enim mens nostra est naturaliter divinae essentiae visiva utpote ad hoc facta, essentia etiam divina adest praesentialiter menti nostrae, intentio etiam non deficit quia quandocumque mens nostra ad creaturam convertitur convertitur etiam ad Deum cum in creatura sit Dei similitudo; ergo mens nostra in statu viae Deum per essentiam videre potest.

12. Praeterea, Augustinus dicit in XII libro Confessionum « Si ambo videmus verum esse quod dicis, et ambo videmus verum esse quod dico, ubi, quaeso, id videmus? Nec ego utique in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa quae supra mentes nostras est incommutabili veritate »; sed incommutabilis veritas est divina essentia in qua non potest aliquid videri nisi ipsa videatur; ergo in statu viae essentiam divinam videmus et in ea omne verum inspicimus.

96rb 13. Praeterea, veritas in quantum huiusmodi est cognoscibilis, ergo summa veritas summe cognoscibilis; haec autem est divina essentia; ergo etiam in statu viae divinam essentiam cognoscere possumus quasi summe cognoscibilem.

14. Praeterea, Gen. XXXII[30] dicitur « Vidi Dominum facie ad faciem »: ' facies Dei est forma in qua Filius non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo ', sicut ex quadam glosa habetur; sed forma illa est divina essentia; ergo Iacob in statu viae Deum per essentiam vidit.

SED CONTRA, I Tim. ultimo « Lucem habitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit sed nec videre potest ».

2. Praeterea, Exodi XXXIII[20] « Non videbit me homo et vivet », glosa Gregorii « in hac carne viventibus videri potuit Deus per circumscriptas imagines et videri non potuit per incircumscriptum lumen aeternitatis »; hoc autem lumen est divina essentia; ergo nullus in hac carne vivens potest Deum per essentiam videre.

3. Praeterea, Bernardus dicit quod, licet in statu viae Deus possit totus diligi, non tamen potest totus intelligi; sed si per essentiam videretur, totus intelligeretur; ergo per essentiam suam in statu viae non videtur.

4. Praeterea, intellectus noster intelligit cum continuo et tempore, ut Philosophus dicit in III De anima; sed divina essentia excedit omne continuum et tempus; ergo intellectus noster in statu viae Deum per essentiam videre non potest.

5. Praeterea, plus distat essentia Dei a dono eius quam actus primus ab actu secundo; sed quandoque ex hoc quod aliquis videt Deum per donum intellectus aut sapientiae in contemplatione, anima separatur a corpore quantum ad operationes sensus quae sunt actus secundi; ergo si videat Deum per essentiam, oportet quod separetur a corpore etiam prout est actus primus eius; sed hoc non est quandiu homo in statu viae existit; ergo nullus in statu viae potest Deum per essentiam videre.

RESPONSIO. Dicendum quod aliqua actio potest alicui convenire dupliciter: uno modo sic quod illius operationis principium sit in operante, sicut in omnibus actionibus natura-

A 83 respectu] in *praem.* pA 89 in creatura] creat *conf. praem.* pA 90 Dei] *idem conf. praem.* pA 101 inspicimus] § Preterea Augustinus dicit in libro soliloquiorum. quando fueris talis ut nichil terrenorum te delectet, crede michi videre poteris *inc. novum argum. add.* pA *in fine col.* 96ra, *quod cancellatur et infra legitur* (*manu* A) quere in sol⟨iloquio⟩ (*i. e.* lib. I c. 14 n. 22 PL 32 col. 882) 104 haec] cum *praem.* pA 106 cognoscibilem] § Set contra I tim. *et cetera ut infra lin.* 114-116 *add.* pA, *quod cancellatur et deleatur per* va-cat 108 facies] glo *praem.* pA 110 sicut...habetur *in marg.* A] *om.* pA 113 vidit] . § Pretera plus distat essentia dei a dono eius quam actus primus ab actu secundo *inc. novum argum. add.* pA, *et cancellatur* (*cf. infra lin.* 136-137) 121 lumen] *idem conf. praem.* pA 134 non potest] p *imp. praem.* pA 143 prout] quantum *praem.* pA 144 quandiu *em.* A] *conf.* pA

Φ 89 in *om.* Φ 90-91 mens...potest] etc. Φ 92 in *om.* Φ P libro *om.* Σ 95 id *om.* Σ 101 ea] ipsa Φ 105-106 etiam...cognoscibilem] etc. Φ 107 dicitur *om.* Φ 108-113 facies...vidit *om.* Σ 108 est forma] formam β (*def.* Σ) 110 quadam] qua β (*def.* Σ) 111 illa *om.* β (*def.* Σ) 115 nullus] nemo Φ sed *om.* Φ 122-124 nullus...videre] etc. Φ 125-129 Praeterea...videtur (*scil. arg. sed c.* 3) *om.* Σ 133-135 intellectus...potest] etc. Φ 136 Dei] divina Φ 144 eius] corporis *ante* primus Φ 147 Dicendum quod *om.* Σ (-δ1) 149 operationis] actionis Φ 150 actionibus] operantibus *post* naturalibus Φ

93 Cap. 25 (PL 32, 840). 107 Gen. XXXII[30] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 109 non...Deo: Phil. II[6]. 110 Cf. August. *De Trin.* II c. 17 (PL 42, 863). 114 I Tim. VI[16] 118 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. *Moral.* XVIII c. 54 (PL 76, 92 D). 125 Ps.-Bernardus *Lib. de contemplando Deo* cap. 8 (PL 184, 376). 132 *De anima* III 11 (430 a 31).

libus videmus; alio modo sic quod principium operationis illius vel motus sit a principio extrinseco, sicut est in motibus violentis, et sicut est in operibus miraculosis quae non fiunt nisi virtute divina, ut illuminatio caeci, resuscitatio mortui et huiusmodi.

Menti igitur nostrae in statu viae convenire non potest visio Dei per essentiam secundum primum modum: mens enim nostra naturali cognitione phantasmata respicit quasi obiecta a quibus species intelligibiles accipit, ut dicitur in III De anima; unde omne quod intelligit secundum statum viae, intelligit per huiusmodi species a phantasmatibus abstractas; nulla autem huiusmodi species sufficiens est ad repraesentandam divinam essentiam vel etiam cuiuscumque alterius essentiae separatae cum quiditates rerum sensibilium, quarum similitudines sunt intelligibiles species a phantasmatibus abstractae, sint alterius rationis ab essentiis substantiarum immaterialium etiam creatarum, et multo amplius ab essentia divina. Unde mens nostra naturali cognitione, quam in statu viae experimur, nec Deum nec angelos per essentiam videre potest; angeli tamen per essentiam videri possunt per aliquas species intelligibiles ab eorum essentia differentes, non autem essentia divina quae omne genus excedit et est extra omne genus: ut sic nulla creata species inveniri possit sufficiens ad eam repraesentandam. Unde oportet, si Deus per essentiam videri debeat, quod per nullam speciem creatam videatur, sed ipsa eius essentia fiat intelligibilis forma intellectus eum videntis; quod fieri non potest nisi ad hoc intellectus creatus per lumen gloriae disponatur. Et sic in videndo Deum per essentiam, per dispositionem infusi luminis pertingit mens ad terminum viae qui est gloria; et sic non est in via.

Sicut autem divinae omnipotentiae subiecta sunt corpora, ita et mentes: unde sicut potest aliqua corpora perducere ad effectus quorum dispositio in praedictis corporibus non invenitur, sicut Petrum fecit super aquas ambulare sine hoc quod ei dotem agilitatis tribueret, ita potest mentem ad hoc perducere ut divinae essentiae uniatur in statu viae modo illo quo unitur sibi in patria, sine hoc quod a lumine gloriae perfundatur. Cum autem hoc contingit, oportet quod mens ab illo modo cognitionis desistat quo a phantasmatibus abstrahit; | sicut *96va* etiam corpus corruptibile, cum ei miraculose datur agilitatis actus, non est simul in actu gravitatis. Et ideo illi quibus hoc modo Deum videre per essentiam datur, omnino ab actibus sensuum abstrahuntur ut tota anima colligatur ad divinam essentiam intuendam; unde et rapi dicuntur, quasi vi superioris naturae abstracti ab eo quod secundum naturam eis competebat.

Sic igitur secundum communem cursum nullus in statu viae Deum per essentiam videt; et si aliquibus hoc miraculose concedatur ut Deum per essentiam videant nondum anima a carne mortali totaliter separata, non tamen sunt totaliter in statu viae, ex quo actibus sensuum carent quibus in statu mortalis viae utimur.

1. Ad primum igitur dicendum quod, secundum Augustinum XII Super Genesim ad litteram et Ad Paulinam de videndo Deum, ex verbis illis Moyses ostenditur Deum per essentiam vidisse in quodam raptu, sicut et de Paulo dicitur II Cor. XII[2], ut in hoc iudaeorum Legifer et Doctor gentium aequarentur.

2. Ad secundum dicendum quod Gregorius loquitur de illis qui acumine contemplationis ad hoc crescunt ut divinam essentiam in raptu videant; unde subiungit « qui sapientiam quae Deus ⟨est⟩ videt, huic vitae funditus moritur ».

A 151 quod *rep.* A, *et alterum delevimus* 158 secundum] quod *add.* pA 162 unde] . divina *praem.* pA 172 ab essentia] a quidi *praem.* pA 183 ipsa] per *praem.* pA 190 Sicut] . po *praem.* pA 195 ei] *idem conf. praem.* pA 196 ita] *idem conf. praem.* pA 200 mens] anima *praem.* pA 205 ab actibus] a cognitio *imp. praem.* pA 207 rapi] rapp *praem.* pA 229 ⟨est⟩ *suppl. cum Gregorio*] *om.* A

Φ 155 resuscitatio] suscitatio Φ 157 igitur] enim Φ (-δ^1) vero δ^1 165 huiusmodi] *om.* δ^1 *post* species Φ (-δ^1) 171 etiam] et Φ 172 amplius] magis Φ 176 aliquas] quasdam Σ 181 oportet] quod *add.* Φ P 199 perfundatur] –ditur Φ (-δ^1) 210 igitur] ergo Φ 216 viae] vite Φ 226 illis] his Φ 228 quae] qui Φ 229 ⟨est⟩ *suppl.* Φ P

162 *De anima* III 12 (431 a 14). 194 Petrum: cf. Matth. XIV[29]. 207 rapi...competebat: cf. infra q. 13 a. 1 2. 220 Cap. 27-28 (PL 34, 477-478); *Epist. 147* c. 13 (PL 33, 610). 224 Doctor gentium: I Tim. II[7]. 228 subiungit: *Glossa ordin.* ut supra lin. 12.

3. Ad tertium dicendum quod in Christo hoc fuit singulare ut esset simul viator et comprehensor, quod ei competebat ex hoc quod erat Deus et homo; unde in eius potestate erant omnia quae ad humanam naturam spectabant, ut unaquaeque vis animae et corporis afficeretur secundum quod ipse disponebat. Unde nec dolor corporis contemplationem mentis impediebat nec fruitio mentis dolorem corporis minuebat, et sic intellectus eius luce gloriae illustratus Deum per essentiam videbat ut tamen ad inferiores partes gloria non derivaretur, et sic simul erat viator et comprehensor; quod de aliis dici non potest in quibus ex superioribus viribus de necessitate redundat aliquid in inferiores et a passionibus vehementibus inferiorum virium superiores trahuntur.

4. Ad quartum dicendum quod intellectuali visione in statu viae Deus cognoscitur non ut sciatur de Deo quid est sed solum quid non est; et quantum ad hoc eius essentiam cognoscimus, eam super omnia collocatam intelligentes, quamvis talis cognitio per aliquas similitudines fiat. Verbum enim Augustini referendum est ad id quod cognoscitur, non ad id quo cognoscitur, ut ex superioribus quaestionibus patet.

5. Ad quintum dicendum quod intellectus noster etiam in statu viae divinam essentiam aliquo modo cognoscere potest, non ut sciat de ea quid est sed solum quid non est.

6. Ad sextum dicendum quod nos possumus Deum diligere immediate nullo alio praedilecto, quamvis quandoque ex aliorum visibilium amore in invisibilia rapiamur; non autem possumus in statu viae Deum immediate cognoscere nullo alio praecognito. Cuius ratio est quia, cum affectus ad intellectum sequatur, ubi terminatur operatio intellectus incipit operatio affectus; intellectus autem ex effectibus in causas procedens tandem pervenit in ipsius Dei cognitionem aliqualem cognoscendo de eo quid non est; et sic affectus fertur in id quod ei per intellectum offertur sine hoc quod necesse habeat redire per omnia media per quae intellectus transivit.

7. Ad septimum dicendum quod intellectus noster, quamvis sit factus ad videndum Deum, non tamen ut naturali sua virtute Deum videre possit sed per lumen gloriae sibi infusum; et ideo omni velamine remoto nondum oportet quod intellectus Deum per essentiam videat si lumine gloriae non illustretur: ipsa enim carentia gloriae erit ei divinae visionis impedimentum.

8. Ad octavum dicendum quod mens nostra cum intelligibilitate quam habet ut proprium quoddam, etiam cum aliis communiter habet esse; unde quamvis in ea sit Deus, non oportet quod semper sit in ea ut forma intelligibilis sed ut dans esse sicut est in aliis creaturis. Quamvis autem creaturis omnibus communiter det esse, tamen cuilibet creaturae dat proprium modum essendi; et sic etiam quantum ad hoc quod in omnibus est per essentiam, praesentiam, potentiam, invenitur esse diversimode in diversis et in unoquoque secundum proprium eius modum.

9. Ad nonum dicendum quod duplex est sanitas mentis: una qua sanatur a culpa per gratiam fidei, et haec sanitas facit videri illam inaccessibilem claritatem per speculum et in aenigmate; alia est ab omni culpa et poena et miseria, quae erit per gloriam, et haec sanitas faciet videri Deum facie ad faciem; quae duae visiones distinguuntur I Cor. XIII[12] « Videmus nunc per speculum » etc. usque « faciem ».

10. Ad decimum dicendum quod ens quod est primum per communitatem, cum sit idem per essentiam cuilibet rei, nullius proportionem excedit, et ideo in cognitione cuiuslibet rei

A 230 in *sup lin.* A] *om.* pA 232 quod[1]] et *praem.* pA 236 disponebat *em.* A] *conf.* pA 243 ex] est *praem.* pA 290 Quamvis] sic qua *praem.* pA 293 quantum ad hoc] quantum hoc *praem.* pA

Φ 235 afficeretur] efficeretur Φ 240 tamen] inde Φ (-δ²) *non liquet* δ² 249 de Deo] de eo Φ solum *om.* Φ 253 enim] autem Φ 268 intellectus] ibi *add.* Φ 277 sit factus ad] ad hoc sit factus β hoc *add.* Σ videndum] quod videat Φ 287 etiam] et Φ (-δ¹) 299 videri] videre Φ 300 per speculum] in speculo Φ 302 erit] est Φ 303 faciet videri] facit videre Φ 305 usque faciem] *om.* Φ et enigmate tunc autem videbimus facie ad faciem P

231 viator et comprehensor: vocabula iam inde a Guill. Altiss. in usu, cf. *Summa aurea* III tr. 11 q. 2 (f. 195[vb]). 251 super omnia collocatam: cf. Dionys. *De div. nom.* cap. 1 § 5 (PG 3, 593 A; Dion. 35). 255 Art. 8 et 9 hic supra. 259 sciat...non est: Dionys. et Ioh. Damasc. ut supra q. 8 a. 1 55. 264 in invisibilia rapiamur: cf. *Praefatio de Nativitate Domini.* 294 per essentiam...potentiam: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 37 c. 1.

ipsum cognoscitur; sed ens quod primum est causalitate excedit improportionaliter omnes alias res, unde per nullius alterius cognitionem sufficienter cognosci potest; et ideo in statu viae, in quo per species a rebus abstractas intelligimus, | cognoscimus ens commune sufficienter, non autem ens increatum. 96vb

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis divina essentia sit praesens intellectui nostro, non tamen est ei coniuncta ut forma intelligibilis quam intelligere possit quamdiu lumine gloriae non perficitur; ipsa etiam mens non habet facultatem videndi Deum per essentiam antequam praedicto lumine illustretur, et sic deficit et videntis facultas et visi praesentia. Intentio etiam non semper adest; quamvis enim in creatura inveniatur aliqualis Creatoris similitudo, non tamen quandocumque ad creaturam convertimur convertimur ad eam prout est similitudo Creatoris; unde non oportet quod semper intentio nostra feratur in Deum.

12. Ad duodecimum dicendum quod, sicut dicit glosa super illud Psal. « Diminutae sunt veritates » etc., ab una increata veritate « multae veritates in humanis mentibus imprimuntur, sicut ab una facie multae similitudines resultant in speculis diversis » vel uno fracto. Secundum hoc ergo nos in veritate increata aliquid videre dicimur secundum quod per eius similitudinem in nostra mente resultantem de aliquo iudicamus, ut cum per principia per se nota iudicamus de conclusionibus; unde non oportet quod ipsa increata veritas a nobis per essentiam videatur.

13. Ad tertium decimum dicendum quod summa veritas, quantum est in se, est maxime cognoscibilis; sed ex parte nostra contingit quod nobis est minus cognoscibilis, sicut patet per Philosophum in II Metaphysicae.

14. Ad quartum decimum dicendum quod auctoritas illa dupliciter exponitur in glosa: uno modo ut intelligatur de visione imaginaria, unde dicit Interlinearis « Vidi Dominum facie ad faciem, non quod Deus videri possit, sed formam vidit in qua Deus locutus est ei ». Alio modo exponit glosa Gregorii de visione intellectuali qua sancti in contemplatione divinam veritatem intuentur, non quidem sciendo de ea quid est sed magis quid non est; unde dicit ibidem Gregorius « Veritatem sentiendo videt quia quanta est ipsa veritas non videt, cui tanto se longe extimat quanto appropinquat; quia nisi illam utcumque conspiceret, non eam conspicere se non posse sentiret »; et post pauca subiungit « Haec ipsa per contemplationem facta non solida et permanens visio, sed quasi quaedam visionis imitatio, Dei facies dicitur: quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, cognitionem Dei faciem vocamus ».

Articulus duodecimus

Duodecimo quaeritur utrum Deum esse sit per se notum menti humanae sicut prima principia demonstrationis, quae non potest cogitare non esse. Et videtur quod sic: illa enim sunt nobis per se nota quorum cognitio naturaliter nobis est indita; sed « cognitio existendi Deum naturaliter omnibus est inserta », ut Damascenus dicit; ergo Deum esse est per se notum.

A 314 (intelligi)mus *in appendice col.* 96va 320 intelligere] ing *praem.* pA 325 non semper] s *imp. praem.* pA 334 veritate] in *praem.* pA 340 similitudinem] si *conf. praem.* pA 351 auctoritas *hic* A] actualitas *hic et* auctoritas *ante* exponitur pA 351 dupliciter] ex *add.* pA (*cf. notatio superior*) 360 Veritatem] nisi illam divinam scilicet veritatem utcum *praem.* pA (*cf. lin.* 363) 362 cui] q *praem.* pA 363 utcumque] c *praem.* pA
1 esse *em.* A] *conf.* pA

Φ 321 etiam] enim Φ 324 videntis] videndi Φ visi] visionis Φ 326 aliqualis] aliqua Φ 329 eam] eum α β δ2 deum δ1 329 prout] ut Φ 334 multae] create *add.* Φ 336 similitudines] facies (*post* resultant δ) Φ 349 in *om.* Φ 355 ei] *om.* δ2 *ante* locutus Φ (-δ2) 356 exponit] exponitur in Φ 361 videt] vidi Φ (-δ1) vidit δ1
3 potest cogitare] possunt cogitari Φ 8 Deum...notum] etc. Φ

333 *Glossa* Petri Lomb. super Ps. XI2 (PL 191, 155 A) ex August. *Enarr. in Ps.* XI2 (PL 36, 138). 349 *Metaph.* II 1 (993 b 7). 353 *Glossa interlin.* super Gen. XXXII30. 360 *Glossa ordin.* super Gen. XXXII30 ex Gregor. *Moral.* XXIV c. 6 (PL 76, 292 C). 365 *Glossa* hic supra ex Gregor. *Moral.* hic supra (PL 76, 292 D).
1 Parall.: *I Pars* q. 2 a. 1; *Cont. Gent.* I c. 10 et 11; *Super Sent. I* d. 3 q. 1 a. 2; *De pot.* q. 7 a. 2 ad 11; *Super Boet. De Trin.* q. 1 a. 3 ad 6. 3 non potest...non esse: Arist. *Anal. post.* I 19 (76 b 23) et *Metaph.* IV 6 (1005 b 23) ut refert Thomas *I Pars* q. 2 a. 1 sed c. 8 *De fide* I c. 1 (PG 94, 789 B; Bt 12).

2. Praeterea, « Deus est id quo maius cogitari non potest », ut Anselmus dicit; sed illud quod non potest cogitari non esse est maius illo quod potest cogitari non esse; ergo Deus non potest cogitari non esse.

3. Praeterea, Deus est ipsa veritas; sed nullus potest cogitare veritatem non esse quia, si ponitur non esse, sequitur eam esse: si enim veritas non est, verum est veritatem non esse; ergo non potest cogitari Deum non esse.

4. Praeterea, Deus est ipsum esse suum; sed non potest cogitari quin idem de se praedicetur, ut quod homo non sit homo; ergo non potest cogitari Deum non esse.

5. Praeterea, omnia desiderant summum bonum, ut Boetius dicit; summum autem bonum solus Deus est; ergo omnia desiderant Deum: sed non potest desiderari quod non cognoscitur; ergo communis omnium conceptio est Deum esse, ergo non potest cogitari non esse.

6. Praeterea, veritas prima praecellit omnem veritatem creatam; sed aliqua veritas creata est adeo evidens quod non potest cogitari non esse, sicut veritas huius propositionis quod affirmatio et negatio non sunt simul vera; ergo multo minus potest cogitari veritatem increatam non esse quae Deus est.

7. Praeterea, verius esse habet Deus quam anima humana; sed anima non potest se cogitare non esse; ergo multo minus potest cogitare Deum non esse.

8. Praeterea, omne quod est, prius fuit verum esse futurum; sed veritas est; ergo prius fuit verum eam futuram; non autem nisi veritate; ergo non potest cogitari quin semper veritas fuerit: Deus autem est veritas; ergo non potest cogitari Deum non esse vel non semper fuisse.

9. Sed dicebat quod in processu huius argumenti est fallacia secundum quid et simpliciter quia veritatem futuram esse antequam esset non dicit aliquid verum simpliciter sed tantum secundum quid; et sic non potest concludi simpliciter veritatem esse. — Sed contra, omne verum secundum quid reducitur ad aliquod verum simpliciter sicut omne imperfectum ad aliquod perfectum; si ergo veritatem futuram esse erat verum secundum quid, oportebat aliquid esse verum simpliciter, et sic simpliciter erat verum dicere veritatem esse.

10. Praeterea, nomen Dei proprium est ' Qui est ', ut patet Exodi III[14]; sed non potest cogitari ens non esse; ergo nec cogitari potest Deum non esse.

SED CONTRA est quod dicitur in Psal. « Dixit insipiens in corde suo: non est Deus ».

2. Sed dicebat quod Deum esse in habitu mentis est per se notum; sed actu potest cogitari non esse. — |Sed contra, de his quae naturali habitu cognoscuntur non potest contrarium extimari secundum interiorem rationem, sicut sunt prima principia demonstrationis; si ergo contrarium huius quod est Deum ⟨esse, potest⟩ extimari in actu, Deum esse non erit per se notum in habitu. 97ra

3. Praeterea, illa quae sunt per se nota cognoscuntur sine aliqua deductione a causatis in causas: statim enim cognitis terminis cognoscuntur, ut dicitur in I Posteriorum; sed Deum esse non cognoscimus nisi inspiciendo

A 20 est *in marg.* A] *idem sup. lin. et conf. ante* Deus pA 23 cogitari] g *praem.* pA 29 esse] *sup. lin. ponitur signum additionis consuetum, nihil tamen aliud adest sup. lin. nec in marg.* 41 esse] *idem conf. praem.* pA 42 est] fit *praem.* pA 43 est] creata *praem.* pA 50 simpliciter] *idem conf. praem.* pA 56 simpliciter] ergo *add.* pA 64 non *conf.* A 67 Sed dicebat] § Preterea *praem.* pA 69 Sed] *idem* (*in fine lin. et col.* 96vb) *praem.* pA 71 extimari (*ex* extimare pA) *em.* A 73 quod] potest *praem.* pA 73 ⟨esse, potest⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 76 nota] mo *praem.* pA

Φ 10 id *om.* Σ 11 ut Anselmus dicit *om.* Σ 12 non[1] *hic om.* Φ maius] minus Φ 13 quod] non *hic add.* Φ 17 ponitur] potest Φ 19 non[1]] nullus Φ cogitari] cogitare Φ 26 est] solus *add.* Φ (-δ[1]) 28 omnium] *om.* α δ animi γ 29 ergo...esse] et sic idem quod prius Φ 39 se cogitare *inv.* Φ P 42 fuit] *om.* Σ (-δ[1]) *post* verum δ[1] esse *add.* P verum] videtur Σ (-δ[1]) 46 Deus autem] sed deus Φ 46-48 non...fuisse] etc. Φ 49 huius argumenti *om.* Φ 52 aliquid verum] aliquam veritatem Φ 57 ergo] igitur Φ 58 erat] est Φ 62 Qui] quod Φ 66 in...Deus] etc. Σ 73 ⟨esse, potest⟩] *suppl.* Φ *om.* P 74 erit] esse α β δ[2] est esse γ est δ[1] *lac.* P 75 in habitu *om.* Φ 76 Praeterea] item Φ 79 in *om.* Φ (-δ)

11 *Proslog.* cap. 3 (PL 158, 228) ex quo totum argumentum sumptum esse videtur. 17 si enim...veritatem non esse: August. ut supra q. 1 a. 5 19 in nota. 22 quod homo non sit homo: exemplum Arist. *Metaph.* IV 7 (1006 b 13). 25 *De consol.* III pr. 2 (PL 63, 724). 35 affirmatio...vera: Arist. *Metaph.* IV 6 (1005 b 23) ut refert Thomas *II-II* q. 1 a. 7. 42 Praeterea...: cf. Ans. *De verit.* cap. 1 (PL 158, 468) et *Monol.* cap. 18 (PL 158, 168). 50 fallacia...simpliciter: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 46 et Arist. *De soph. elench.* cap. 4 (166 b 22). 65 Ps. XIII[1]. 79 *Anal. post.* I 7 (72 b 23).

effectum eius, Rom. 1[20] « Invisibilia Dei per ea quae facta sunt » etc.; ergo Deum esse non est per se notum.

4. Praeterea, non potest de aliquo sciri ipsum esse nisi quid ipsum sit cognoscatur; sed de Deo in praesenti statu scire non possumus quid est; ergo eum esse non est nobis notum, nedum sit per se notum.

5. Praeterea, Deum esse est articulus fidei; sed articulus est quod fides suggerit et ratio contradicit; ea autem quibus ratio contradicit non sunt per se nota; ergo Deum esse non est per se notum.

6. Praeterea, nihil est homini certius sua fide, ut Augustinus dicit; sed de his quae sunt fidei dubitatio potest nobis oriri; ergo et de quibuslibet aliis, et sic cogitari potest Deum non esse.

7. Praeterea, cognitio Dei ad sapientiam pertinet; sed non omnes habent sapientiam; ergo non omnibus notum est Deum esse, ergo non est per se notum.

8. Praeterea, Augustinus dicit in libro De Trinitate quod « summum bonum nonnisi purgatissimis mentibus cernitur »; sed non omnes habent purgatissimas mentes; ergo non omnes cognoscunt summum bonum, scilicet Deum esse.

9. Praeterea, inter quaecumque distinguit ratio unum eorum potest sine altero cogitari, sicut etiam cogitare possumus Deum sine hoc quod cogitemus eum esse bonum, ut patet per Boetium in libro De hebdomadibus; sed in Deo differt essentia et esse ratione; ergo potest cogitari eius essentia sine hoc quod cogitetur esse, et sic ut prius.

10. Praeterea, Deo idem est esse Deum quod esse iustum; sed quidam opinantur Deum non esse iustum, qui dicunt Deo placere mala; ergo aliqui possunt opinari Deum non esse, et sic Deum esse non est per se notum.

Responsio. Dicendum quod circa hanc quaestionem invenitur triplex opinio: quidam enim, ut Rabbi Moyses narrat, dixerunt quod Deum esse non est per se notum nec etiam per demonstrationem scitum sed est tantum a fide susceptum, et ad hoc dicendum induxit eos debilitas rationum quas multi inducunt ad probandum Deum esse; alii vero dixerunt, ut Avicenna, quod Deum esse non est per se notum, est tamen per demonstrationem scitum; alii vero, ut Anselmus, opinantur quod Deum esse sit per se notum in tantum quod nullus possit cogitare interius Deum non esse, quamvis hoc possit exterius proferre et verba quibus profert interius cogitare. Prima quidem opinio manifeste falsa apparet: invenitur enim hoc quod est Deum esse demonstrationibus irrefragabilibus etiam a philosophis probatum, quamvis etiam a nonnullis ad hoc ostendendum aliquae rationes frivolae inducantur; duarum vero opinionum sequentium utraque secundum aliquid vera est.

Est enim dupliciter aliquid per se notum, scilicet secundum se et quoad nos. Deum igitur esse secundum se est per se notum, non autem quoad nos; et ideo nobis necessarium est ad hoc cognoscendum demonstrationes habere ex effectibus sumptas. Et hoc quidem sic apparet. Ad hoc enim quod aliquid sit per se notum secundum se, nihil aliud requiritur nisi ut praedicatum sit de ratione subiecti: tunc enim subiectum cogitari non potest sine hoc

A 90 sed] ergo *praem.* pA 96 dubitatio (*e* dubitamus pA) *em.* A 104 nonnisi purgatissimis] pu *praem.* pA 109 distinguit *scrips.*] *conf.* A 114 differt] secundum rationem *praem.* pA 116 et sic ut prius *in marg.* A] *om.* pA 119 qui (*e* quid pA) *em.* A 135 et *sup. lin.* A] per pA 138 inrefragrabilibus A

Φ 81 per ea...sunt] *om.* Σ per ea que facta β 83 est] potest esse Φ 84-93 Praeterea... notum (*scil. arg. sed c.* 4-5) *om.* α δ 96 nobis *om.* Φ ergo *om.* Φ 101 ergo[2]...notum *om.* Φ 102-104 non ...bonum (*scil. lineam totam ex* A) *om.* P 110 eorum *om.* Φ 111 etiam *om.* Φ cogitare...hoc] deum esse possumus cogitare sine eo Φ 112 cogitemus] –tamus Φ patet... libro] ut dicit boetius Φ 114 differt] differunt Φ 114-116 potest...prius] idem quod prius Φ 118 quidam] multi Φ 120-121 aliqui...notum] etc. Φ 129 vero *om.* Σ 131 est tamen] sed Φ 133 quod] ut Φ 136 quidem *om.* Φ 141 aliquae] aliquid β γ *om.* α δ 142 secundum] ad α δ[2] quando *praem.* γ quantum ad δ[1] 145-147 Deum...nos *hom. om.* α δ 151 secundum se *om.* Σ

95 Cf. *De Trin.* XIII c. 1 (PL 42, 1014) ad verbum iam profert Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 79[rb]). 104 I c. 2 (PL 42, 822) ut refert Thomas *I Pars* q. 6 a. 2 sed c. 113 Ed. Peiper, p. 171,85. 117 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex *Glossa* Petri Lomb. super Ps. LII[1] (PL 191, 500 D). 124 *Dux neutr.* I c. 74. 130 *Metaph.* I c. 1 (f. 70[rb] C). 132 *Proslog.* cap. 2-4 (PL 158, 227-229). 139 philosophis: cf. Thomas *Cont. Gent.* I c. 13.

quod praedicatum ei inesse appareat; ad hoc autem quod sit per se notum nobis, oportet quod nobis sit cognita ratio subiecti in qua includitur praedicatum. Et inde est quod quaedam per se nota sunt omnibus, quando scilicet propositiones huiusmodi habent talia subiecta quorum ratio omnibus nota est, ut omne totum maius est sua parte: quilibet enim scit quid est totum et quid est pars; quaedam vero sunt per se nota sapientibus tantum qui rationes terminorum cognoscunt, vulgo eas ignorante. Et secundum hoc Boetius in libro De hebdomadibus dicit quod « duplex est modus communium conceptionum: una est communis omnibus, ut si ab aequalibus aequalia demas », etc. « alia quae est doctiorum tantum, ut puta incorporalia in loco non esse, quae non vulgus sed docti comprobant », quia scilicet vulgi consideratio imaginationem transcendere non potest ut ad rationem rei incorporalis pertingat. Hoc autem quod est esse, in nullius creaturae ratione includitur: cuiuslibet enim creaturae esse est aliud ab eius quiditate; unde non potest dici de aliqua creatura quod eam esse sit per se notum etiam secundum se. Sed in Deo esse ipsius includitur in suae quiditatis ratione quia in eo est idem quod est et esse, ut Boetius dicit, et idem an est et quid est, ut dicit Avicenna; et ideo secundum se est per se notum. Sed quia quiditas Dei non est nobis nota, ideo quoad nos Deum esse non est nobis notum sed indiget demonstratione; sed in patria ubi essentiam eius videbimus, multo erit nobis amplius per se notum Deum esse quam nunc sit per se notum quod affirmatio et negatio non sunt simul vera.

Quia igitur utraque pars quaestionis quantum ad aliquid vera est, ad utrasque rationes respondere oportet.

1. Ad primum igitur dicendum quod cognitio existendi Deum dicitur omnibus naturaliter insita | quia omnibus naturaliter est insitum aliquid unde potest pervenire ad cognoscendum Deum esse. 97^{rb}

2. Ad secundum dicendum quod ratio illa procederet si esset ex parte ipsius quod non est per se notum; nunc autem quod potest cogitari non esse est ex parte nostra qui sumus deficientes ad cognoscendum ea quae sunt in se notissima. Unde hoc quod Deus potest cogitari non esse, non impedit quin etiam sit id quo maius cogitari non potest.

3. Ad tertium dicendum quod veritas supra ens fundatur; unde sicut ens esse in communi est per se notum, ita et veritatem esse. Non est autem per se notum nobis esse aliquod primum ens quod sit causa omnis entis quousque hoc vel fides accipiat vel demonstratio probet; unde nec est per se notum omnem veritatem ab aliqua prima veritate esse. Unde non sequitur quod Deum esse sit per se notum.

4. Ad quartum dicendum quod ratio illa procederet si hoc esset nobis per se notum quod ipsa deitas sit esse Dei; quod quidem nunc nobis per se notum non est cum Deum per essentiam non videamus, sed indigemus ad hoc tenendum vel demonstratione vel fide.

5. Ad quintum dicendum quod summum bonum desideratur dupliciter: uno modo in sui essentia, et sic non omnia desiderant summum bonum; alio modo in sui similitudine, et sic omnia summum bonum desiderant quia nihil est desiderabile nisi in quantum in eo aliqua similitudo summi boni invenitur. Unde ex hoc non potest haberi quod Deum esse, qui est summum bonum per essentiam, sit per se notum.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis veritas increata excedat omnem veritatem crea-

A 169 doctiorum (*e* doctorum *cum Boetio* pA) *em.* A 179 ipsius] e *add.* pA 183 nota] no *conf. praem.* pA 199 ex] defectu cognoscibilitatis *add.* pA 199 ipsius] *idem conf. praem.* pA 206 veritas] ratio *praem.* pA 207 ens^{2}] aliquod *praem.* pA 217 ipsa deitas] deus *praem.* pA 218 notum *scrips.*] motum *casu* A 219 essentiam] d *praem.* pA 222 sui essentia] se *praem.* pA 224 in sui *rep.* A, *et alterum delevimus*

Φ 154 ei] sibi Φ 157 includitur] concluditur Φ 159 huiusmodi *om.* Σ 169 alia] est *add.* Φ doctiorum] doctorum Φ 169 ut puta] ut pote P ut Φ 170 vulgus] vulgo Φ (-δ^{1}) 173 incorporalis] corporalis Φ (-δ^{1}) 175 ratione] perfecte *add.* Φ 177 eam] ea Φ (-γ) esse *om.* Φ 178 etiam] et Φ 179 ipsius] suum Φ suae] eius Φ 180 eo] deo Φ 181 quid] quod Φ 182 est per se] et per se est Φ 184 nobis] per se Φ 190 quaestionis *om.* Σ 192 respondere oportet] respondendum est Φ 196 pervenire] –niri Φ 204 id *om.* Σ 205 maius] etiam *add.* Φ potest] possit Φ 208 et] etiam Φ 211 hoc *om.* Σ 212 omnem veritatem] veritatem omnium Σ veritatem omnia β 213 ab aliqua] a Φ 217 ipsa *om.* Σ 226 aliqua *om.* Φ

160 omne totum...parte: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 7 et Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 3 c. 1 (f. 131^{vb}). 166 Ed. Peiper, p. 169,2. 180 *De hebdomadibus* (ed. Peiper, p. 169,43). 181 *Metaph.* VIII c. 4 (f. 99^{r}).

tam, nihil tamen prohibet veritatem creatam esse nobis magis notam quam increatam: ea enim quae sunt minus nota in se sunt magis nota quoad nos secundum Philosophum.

7. Ad septimum dicendum quod cogitari aliquid non esse potest intelligi dupliciter: uno modo ut haec duo simul in apprehensione cadant, et sic nihil prohibet quod aliquis cogitet se non esse sicut cogitat se quandoque non fuisse; sic autem non potest simul in apprehensione cadere aliquid esse totum et minus parte quia unum eorum excludit alterum. Alio modo ita quod huic apprehensioni assensus adhibeatur, et sic nullus potest cogitare se non esse cum assensu: in hoc enim ipso quod cogitat aliquid percipit se esse.

8. Ad octavum dicendum quod id quod nunc est verum fuisse prius esse futurum non oportet nisi supposito quod aliquid tunc fuerit quando hoc dicitur fuisse futurum; si vero ponamus per impossibile aliquando nihil fuisse, tunc tali positione facta nihil erit verum nisi materialiter tantum: materia enim veritatis non solum est esse sed etiam non esse quia de ente et de non ente contingit verum dicere; et sic non sequitur quod tunc veritas fuerit nisi materialiter et sic secundum quid.

9. Ad nonum dicendum quod id quod est verum secundum quid reduci ad veritatem vel verum simpliciter, necessarium est supposito veritatem esse, non autem aliter.

10. Ad decimum dicendum quod, quamvis nomen Dei sit ' Qui est ', non tamen hoc est per se notum nobis, unde ratio non sequitur.

1. Ad primum autem in contrarium dicendum quod Anselmus in Proslogion ita exponit quod insipiens intelligatur dixisse in corde ' non est Deus ', in quantum haec verba cogitavit, non quod hoc interiori ratione cogitare potuerit.

2. Ad secundum dicendum quod eodem modo quantum ad habitum et actum Deum esse est per se notum et non per se notum.

3. Ad tertium dicendum quod hoc est ex defectu cognitionis nostrae quod Deum esse cognoscere non possumus nisi ex effectibus; unde per hoc non excluditur quin secundum se sit per se notum.

4. Ad quartum dicendum quod ad hoc quod cognoscatur aliquid esse non oportet quod sciatur de eo quid sit per diffinitionem, sed quid significetur per nomen.

5. Ad quintum dicendum quod Deum esse non est articulus fidei sed praecedens articulum; nisi cum hoc quod est Deum esse aliquid aliud cointelligatur, utpote quod habet unitatem essentiae cum trinitate personarum, et alia huiusmodi.

6. Ad sextum dicendum quod illa quae sunt fidei, certissime cognoscuntur secundum quod certitudo importat firmitatem adhaesionis: nulli enim credens firmius inhaeret quam his quae per fidem tenet; non autem cognoscuntur certissime secundum quod certitudo importat quietationem intellectus in re cognita: quod enim credens assentiat his quae credit, non provenit ex hoc quod eius intellectus sit terminatus ad illa credibilia virtute aliquorum principiorum, sed ex voluntate quae inclinat intellectum ad hoc quod illis creditis assentiat; et inde est quod de his quae sunt fidei potest motus dubitationis insurgere in credente.

7. Ad septimum dicendum quod sapientia non consistit in hoc solum quod cognoscatur Deum esse, sed in hoc quod accedimus ad cognoscendum de eo quid est, quod quidem in statu viae cognoscere non possumus nisi quantum de eo cognoscimus quid non est: qui enim scit aliquid prout est ab omnibus aliis distinctum, appropinquat cognitioni qua cognoscitur quid est; et de hac etiam cognitione intelligitur auctoritas Augustini consequenter inducta.

8. Unde patet responsio ad octavum.

9. Ad nonum dicendum quod ea quae sunt

A 234 enim quae] q *praem.* pA 258 sic *hic* A] *post* quid pA 267 prosologion A exponit] dixit *add.* pA 297 non provenit] p *imp. praem.* pA 313 octavum] viii *sup. lin.* A aliud pA

Φ 239 aliquis] quis Φ 240 quandoque] aliquando Φ 246 ipso *om.* Φ 248 id] illud Φ 251 si vero] sed hoc Φ (-δ^1) sed si δ^1 253 erit] est Σ 256 de *om.* Φ (-δ^1) 258 sic *om.* Φ 260 reduci] reducitur Φ 264 Qui] quod Φ (-δ^1) 266 autem *om.* Φ 270 hoc *om.* Σ 273 quantum] quo Φ Deum esse *om.* Φ (-δ) 276 esse *om.* Σ 278 hoc] se Σ 284-288 Ad quintum...huiusmodi *om.* α δ 292 inhaeret] adheret Φ 298 illa *om.* Φ 304 cognoscatur] –scitur Σ 314 sunt] a *add.* Φ

235 *Phys.* I 1 (184 a 16) ut refert Thomas *I-II* q. 57 a. 2. 267 Cap. 4 (PL 158, 229 A).

ratione distincta, non semper possunt cogitari ab invicem separata esse, quamvis separatim cogitari possint: quamvis enim cogitari possit Deus sine hoc quod eius bonitas cogitetur, tamen non potest cogitari quod sit Deus et non sit bonus; unde licet in Deo quod est et esse ratione distinguantur, tamen non sequitur propter hoc quod possit cogitari non esse.

10. Ad decimum dicendum quod Deus non solum cognoscitur in effectu iustitiae, sed in aliis etiam suis effectibus; unde dato quod ab aliquo non cognoscatur ut iustus, non sequitur quod nullo modo cognoscatur. Nec potest esse quod nullus eius effectus cognoscatur cum eius effectus sit ens commune quod incognitum esse non potest.

Articulus tertius decimus

97va Tertio decimo quaeritur utrum per naturalem rationem possit cognosci trinitas personarum. Et videtur quod sic per id quod dicitur Rom. I[20] « Invisibilia Dei per ea quae facta sunt » etc.; glosa autem invisibilia refert ad personam Patris, sempiternam virtutem ad personam Filii, divinitatem ad personam Spiritus Sancti; ergo per naturalem rationem ex creaturis possumus in Trinitatis cognitionem devenire.

2. Praeterea, naturali cognitione cognoscitur quod in Deo est perfectissima potentia et quod in eo est totius potentiae origo; ergo oportet ei primam potentiam attribuere; prima autem potentia est potentia generativa; ergo secundum rationem naturalem scire possumus quod in Deo sit generativa potentia: sed posita generativa potentia in divinis de necessitate sequitur distinctio personarum; ergo naturali ratione distinctionem personarum cognoscere possumus. — Quod autem potentia generativa sit prima potentia, sic probabat: secundum ordinem operationum est ordo potentiarum; sed inter omnes operationes prima est intelligere quia agens per intellectum probatur esse primum, et in eo intelligere secundum modum intelligendi est prius quam velle et agere; ergo potentia intellectiva est prima potentiarum; sed potentia intellectiva est potentia generativa quia omnis intelligens gignit notitiam suam in se ipso; ergo potentia generativa est prima potentiarum.

3. Praeterea, omne aequivocum reducitur ad univocum sicut omnis multitudo ad unitatem; sed processio creaturarum a Deo est processio aequivoca cum creaturae non communicent cum Deo in nomine et ratione; ergo oportet ponere per naturalem rationem praeexistere in Deo processionem univocam secundum quam Deus a Deo procedat, qua posita sequitur personarum distinctio in divinis.

4. Praeterea, quaedam glosa super Apocalypsim dicit quod nulla secta fuit quae circa personam Patris erraverit; sed maximus esset error circa personam Patris quod poneretur Filium non habere; ergo etiam secta philosophorum, qui naturali ratione Deum cognoverunt, posuit Patrem et Filium in divinis.

5. Praeterea, sicut dicit Boetius in sua Arithmetica, omnem inaequalitatem praecedit aequalitas; sed inter creaturam et Creatorem est inaequalitas; ergo ante hanc inaequalitatem oportet aliquam aequalitatem ponere in Deo; sed non potest ibi esse aequalitas nisi sit ibi distinctio quia nihil est sibi ipsi aequale

A 321 ratione *em.* A] *conf.* pA 325 suis] *idem conf. praem.* pA 329 esse non potest *in appendice col.* 97[rb] 7 divinitatem] divinu *praem.* pA 13 ergo] et *praem.* pA 21 potentia] con (*ut videtur*) *praem.* pA 30 gingnit A 33 omne] q *add.* pA 45 Patris quod] quod *praem.* pA 48 Filium] et *imp. add.* pA 50 arismetica A

Φ 321 distinguantur] *ante* quod est Φ (-δ^2) distinguatur (*ante* quod est δ^2) δ^2 P propter hoc *om.* Σ 324 cognoscitur] cogitatur α β δ^1 cogitat δ^2 326 cognoscatur] –scitur Φ 3 Et...dicitur] quod (sic *add.* δ^1) videtur Σ quod videtur sic per id quod dicitur β 4 per...sunt *om.* Φ 5 autem *om.* Φ 5 refert] refertur Φ 6 sempiternam virtutem] sempiterna virtus Φ 7 divinitatem] divinitas Φ 13 quod in eo *om.* Φ 15 potentia[2] *om.* Φ 17 sit] est Φ 22 prima potentia] *om.* α δ *inv.* β γ probabat] probatur Φ 30 suam] *om.* β sui *ante* notitiam Σ 31 potentia...potentiarum] etc. Φ 33 Praeterea] item Φ (-δ) 35 creaturarum] creature Φ 36 communicent] conveniant (*seu* communicant) Φ 42 Praeterea] item Φ 43 fuit] fuerat Φ 45 quod] si Σ si quod β 47 ratione] cognitione Φ (-γ) 48 posuit] posuerunt Φ 55 ipsi *om.* Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 32 a. 1; *Super Sent. I* d. 3 q. 1 a. 4; *Super Boet. De Trin.* q. 1 a. 4. 5 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1328 C). 34 omnis...unitatem: Boetius ut supra q. 5 a. 2 30. 42 *Glossa ordin.* super Apoc. I[4], cf. etiam Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 4 (f. 136[rb]). 50 I c. 32 (PL 63, 1110 C).

sicut nec simile, ut Hilarius dicit; ergo oportet ponere distinctionem personarum in divinis secundum naturalem rationem.

6. Praeterea, naturalis ratio ad hoc pervenit quod in Deo sit summa iocunditas; sed « nullius boni sine socio est iocunda possessio », ut Boetius dicit; ergo naturali ratione sciri potest quod in Deo sunt personae distinctae ex quorum consortio est in eis iocunda possessio bonitatis.

7. Praeterea, naturalis ratio in Creatorem pervenit ex similitudine creaturae; sed in creatura invenitur similitudo Creatoris non solum quantum ad essentialia attributa sed etiam quantum ad propria personarum; ergo naturali ratione possumus in personarum propria devenire.

8. Praeterea, philosophi non habuerunt cognitionem de Deo nisi per naturalem rationem; sed aliqui philosophi pervenerunt ad cognitionem Trinitatis, unde dicitur in I Caeli et mundi « Et per hunc quidem numerum, scilicet ternarium, adhibuimus nos ipsos magnificare creatorem »; ergo etc.

9. Praeterea, Augustinus narrat in X De civitate Dei quod Porphyrius philosophus posuit Deum Patrem et Filium ab eo genitum; in libro etiam Confessionum dicit quod in quibusdam libris Platonis invenit hoc, quod scriptum est in principio Evangelii Iohannis, « In principio erat Verbum » etc. usque « Verbum caro factum est » exclusive, in quibus verbis manifeste ostenditur distinctio personarum; ergo naturali ratione potest quis pervenire in cognitionem Trinitatis.

10. Praeterea, naturali ratione etiam philosophi concessissent quod Deus potest aliquid dicere; sed ad dicere in divinis sequitur Verbi emissio et personarum distinctio; ergo trinitas personarum ratione naturali cognosci potest.

SED CONTRA est quod dicitur Hebr. XI[1] « Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentum »; ea vero quae naturali ratione cognoscuntur sunt apparentia; ergo cum trinitas personarum ad articulos fidei pertineat, videtur quod naturali ratione cognosci non possit.

2. Praeterea, Gregorius dicit « Fides non habet meritum cui humana ratio praebet experimentum »; sed in fide Trinitatis praecipue meritum nostrae fidei consistit; ergo hoc non potest cognosci naturali ratione.

RESPONSIO. Dicendum quod trinitas personarum dupliciter cognoscitur: uno modo quantum ad propria quibus personae distinguuntur, et his cognitis vere Trinitas cognoscitur in divinis. Alio modo per essentialia quae personis appropriantur, sicut potentia Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui Sancto; sed per talia Trinitas perfecte cognosci non potest quia etiam Trinitate remota per intellectum ista remanent in divinis, sed Trinitate supposita huiusmodi attributa propter aliquam similitudinem ad propria personarum appropriantur personis.

Haec autem personis appropriata naturali ratione cognosci possunt, propria vero personarum nequaquam. Cuius ratio est quia ab agente non potest aliqua actio progredi ad quam se eius instrumenta extendere non pos-

A 56 ylarius A 80 porfirius A 88 ratione] cognitione *praem.* pA 92 ad dicere *inv.* pA 98 apparentum (*cf. nota ad* q. 14 a. 2 *lin.* 3) A 114 per talia] talis *praem.* pA

Φ 56 ut] sicut Φ 56-58 oportet...rationem] etc. Φ 59 Praeterea] item Φ 60 summa] plena β γ P 61 iocunda possessio] *inv.* β summa iocunditas α δ iocunditas γ 62-64 naturali... bonitatis] etc. Φ 69-71 naturali...devenire] etc. Φ 76 Et *om.* Φ quidem *om.* α δ quidam β *post* numerum γ 77 nos] nosmet Φ creatorem *om.* Σ 78 ergo *om.* Φ 79 Praeterea] item Φ in *om.* Φ 83-84 hoc...Iohannis *om.* Σ 85 etc. *om.* Φ 88-89 ergo...Trinitatis *om.* Φ 90-95 Praeterea...potest (*scil. arg.* 10[m]) *om.* Σ 91 concessissent] concesserunt β P (*def.* Σ) 96 Sed *om.* Φ 97-98 sperandarum... apparentum] etc. Φ 100 ergo cum] sed *praem.* γ sed α δ 101 pertineat] pertinet Σ 101-102 videtur...possit] ergo etc. Φ 103 Praeterea] item Φ 104 cui...experimentum] etc. Φ 106 nostrae fidei *om.* Φ 106-107 hoc...ratione] etc. Φ 111 divinis] personis Σ 113-114 sapientia...Sancto] etc. Φ 122 ratione] cognitione Φ

56 *De Trin.* III 23 (PL 10, 92 B). 59 Praeterea...: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. 2 (f. 3[vb]), Richardus a S. Victore *De Trin.* III c. 3 (PL 196, 917) ut referunt *Summa fr. Alexandri* I pars n. 76 (p. 122) et Bonaventura *Super Sent. I* d. 2 art. unic. q. 2 arg. 1. 62 Rectius Seneca *Epistul. mor.* I epist. 6 4. 75 Cap. 1 (268 a 14) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 104[r]), *Arist. Latinus* pars prior p. 129. 80 Cap. 23 (PL 41, 300). 82 VII c. 9 (PL 32, 740) ut refert Thomas *I Pars* q. 32 a. 1 arg. 1. 84 I[1-14]. 103 *In Evang.* II hom. 2 (PL 76, 1197 C). 113 potentia...sapientia...bonitas: Petrus Lomb. ut supra q. 7 a. 3 41 in nota.

sunt, sicut ars fabrilis non potest aedificare quia ad hunc effectum non se extendunt fabrilia instrumenta. Prima autem principia demonstrationis, ut Commentator dicit in III De anima, sunt in nobis quasi instrumenta intellectus agentis cuius lumine in nobis viget ratio naturalis; unde ad nullius cognitionem nostra naturalis ratio potest pertingere ad quod se prima principia non extendant. Primorum autem principiorum cognitio a sensibilibus ortum sumit, ut patet per | Philosophum in II Posteriorum; *97vb* ex sensibilibus autem non potest perveniri ad cognoscendum propria personarum sicut ex effectibus devenitur in causas, quia omne id quod rationem causalitatis in divinis habet ad essentiam pertinet, cum Deus per essentiam suam sit causa rerum; propria autem personarum sunt relationes quibus personae non ad creaturas sed ad invicem referuntur: unde naturali ratione in propria personarum devenire non possumus.

1. Ad primum ergo dicendum quod expositio illa glosae sumitur secundum appropriata personis, non secundum propria personarum.

2. Ad secundum dicendum quod potentiam intellectivam esse primam potentiarum satis naturali ratione constare potest, non autem hanc intellectivam potentiam esse potentiam generativam: cum enim in Deo sit idem intelligens, intelligere et intellectum, naturalis ratio non cogit ponere quod Deus intelligendo aliquid gignat a se distinctum.

3. Ad tertium dicendum quod omnis multitudo praesupponit aliquam unitatem et aequivocatio omnis univocationem; non tamen omnis aequivoca generatio praesupponit generationem univocam, sed magis est e converso sequendo rationem naturalem: causae enim aequivocae sunt per se causae speciei unde in totam speciem causalitatem habent, causae vero univocae non sunt causae speciei per se sed in hoc vel in illo; unde nulla causa univoca habet causalitatem respectu totius speciei, alias aliquid esset causa sui ipsius, quod esse non potest, et ideo ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod glosa illa intelligitur de sectis haereticorum qui ex Ecclesia prodierunt; unde in eis non includuntur sectae gentilium.

5. Ad quintum dicendum quod etiam non supposita personarum distinctione possumus ponere aequalitatem in divinis secundum quod eius bonitatem sapientiae suae aequalem dicimus. — Vel dicendum quod in aequalitate duo considerantur, scilicet aequalitatis causa et aequalitatis supposita. Causa aequalitatis est unitas, aliarum vero proportionum aliquis numerus; unde hoc modo ex parte ista aequalitas inaequalitatem praecedit, sicut unitas numerum. Sed supposita aequalitatis sunt multa, et haec non praesupponuntur ad supposita inaequalitatis; alias oporteret ante omnem unitatem dualitatem praecedere quia in dualitate primo invenitur aequalitas, inter unitatem vero et dualitatem est inaequalitas.

6. Ad sextum dicendum quod verbum Boetii est intelligendum de illis quae non habent in se perfectam bonitatem, sed unum indiget adminiculo alterius, unde iocunditas non perficitur sine socio; sed ipse Deus in se habet plenitudinem bonitatis, unde ad eius iocunditatem plenam non oportet ponere consortium.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis in creaturis inveniantur aliqua similia personarum quantum ad propria, non tamen ex illis similitudinibus potest concludi ita esse in divinis quia ea quae in creaturis inveniuntur distincta, in Creatore inveniuntur sine distinctione.

A 149 non secundum] s *praem.* pA 160 univocationem] u *conf. praem.* pA 163 aequivocae] un *praem.* pA 178 bonitatem sapientiae] s *praem.* pA 192 de illis quae] quod *praem.* pA 194 adminiculo *hic conf.* pA] *clare post* alterius A, *et ordinem dictatorum restituimus* 195 ipse] p *praem.* pA

Φ 133 quod] que Φ 134 extendant] –dunt Φ P 135 sensibilibus] sensibus Φ sumit] habet Φ 136 in *om.* Φ 138 cognoscendum *om.* Φ (-γ) 139 in] ad Φ id] illud Φ 145 ratione] cognitione Σ 147 ergo] igitur Φ (-α) P 152 constare] considerare (–rari α δ) Φ (-γ) 154 intelligens] et *add.* Φ 159 praesupponit] supponit Φ 162 sed magis est] immo Φ 164 sunt] non *praem.* Φ 164-166 unde...per se] *om.* α δ *post* illo[167] β 167 in *om.* Φ unde nulla] *om.* β unde α δ 178 aequalem] esse *add.* Φ 190 est *om.* Σ 196 bonitatis] iocunditatis Φ

129 Comm. 36 (VI[1],184 C). 136 *Anal. post.* II 20 (100 a 10).

8. Ad octavum dicendum quod Aristotiles non intellexit ponere numerum ternarium in Deo, sed ostendere perfectionem ternarii numeri ex hoc quod antiqui in sacrificiis et orationibus numerum ternarium observabant.

9. Ad nonum dicendum quod verba illorum philosophorum intelliguntur quantum ad appropriata personarum et non quantum ad propria.

10. Ad decimum dicendum quod philosophus ratione naturali numquam concederet Deum dicere secundum quod dicere importat distinctionem personarum, sed solum secundum quod essentialiter dicitur.

A 205 octavum] viii *sup. lin.* A aliud pA 215 concederet Deum] d *praem.* pA

Φ 207 sed] vult *add.* Φ 210 illorum] illa Φ 214-218 Ad decimum...dicitur *om.* α δ

QUAESTIO UNDECIMA

De magistro

1. *Utrum homo possit docere et dici magister vel solus Deus.*
2. *Utrum aliquis possit dici magister sui ipsius.*
3. *Utrum homo ab angelo doceri possit.*
4. *Utrum docere sit actus vitae activae vel contemplativae.*

Articulus primus

Quaestio est de magistro. Et primo quaeritur utrum homo possit docere et dici magister vel solus Deus. Et videtur quod solus Deus doceat et magister dici debeat: Matth. XXIII[8] « Unus est magister vester », et praecedit « Nolite vocari rabbi », super quo glosa « ne divinum honorem hominibus tribuatis, aut quod Dei est vobis usurpetis »; ergo magistrum esse et docere solius Dei esse videtur.

2. Praeterea, si homo docet, nonnisi per aliqua signa quia, si etiam rebus ipsis aliqua docere videatur, ut puta si aliquo quaerente quid sit ambulare aliquis ambulet, tamen hoc non sufficit ad docendum nisi signum aliquod adiungatur, ut Augustinus probat in libro De magistro, eo quod in eadem re plura conveniunt unde nescietur quantum ad quid de re illa demonstratio fiat, utrum quantum ad substantiam vel quantum ad accidens aliquod eius; sed per signa non potest deveniri in cognitionem rerum quia rerum cognitio potior est quam signorum cum signorum cognitio ad rerum cognitionem ordinetur sicut ad finem, effectus autem non est potior sua causa; ergo nullus potest alii tradere cognitionem aliquarum rerum, et sic non potest eum docere.

3. Praeterea, si aliquarum rerum signa alicui proponantur per hominem, aut ille cui proponuntur cognoscit res illas quarum sunt signa aut non; si quidem res illas cognoscit, de eis non docetur; si vero non cognoscit, ignoratis autem rebus nec signorum significationes cognosci possunt: quia enim nescit hanc rem quae est lapis, non potest scire quid hoc nomen lapis significet; ignorata vero significatione signorum per signa non potest aliquis aliquid addiscere; si ergo homo nihil aliud faciat ad doctrinam quam signa proponere, videtur quod homo ab homine doceri non possit.

4. Praeterea, docere nihil aliud est quam scientiam in alio aliquo modo causare; sed scientiae subiectum est intellectus, signa autem sensibilia quibus solummodo videtur homo posse docere non perveniunt usque ad partem intellectivam sed sistunt in potentia sensitiva; ergo homo ab homine doceri non potest.

5. Praeterea, si scientia in uno causatur ab alio, aut scientia inerat addiscenti aut non inerat; si non inerat et in homine ab alio causatur, ergo unus | homo in alio scientiam creat, *98ra*

A 2 homo...solus] sol *praem.* pA et dici...vel solus Deus] vel solus deus *praem.* pA 39 homine] *idem conf. et mac. praem.* pA 49 si non inerat] si prius inerat ergo in eo causari non potest quia quod fit non *praem.* pA (*cf. lin.* 51-52)

Φ 6 vocari] vocare Φ (-δ) peccare δ^2 9 et] vel Φ 12 videatur] videantur Φ ut puta] utpote Φ (-δ^2) *om.* δ^2 15 probat] dicit Φ 16 magistro] et probat *add.* Φ (*cf. nota superior*) 20 signa] signum Φ 25 alii] alicui (*post* tradere α β γ) Φ 36 per...potest] non potest per signa Φ (-δ^2) non per signa δ^2 aliquis *om.* Φ 41 modo *om.* Φ causare] creare α γ P 49 homine] uno *add.* Φ (-δ^1) uno *praem.* δ^1

1 Parall.: *I Pars* q. 117 a. 1; *Super Sent. II* d. 9 a. 2 ad 4 et d. 28 a. 5 ad 3. 6 *Glossa interlin.* ibid. ex ps.-Chrysost. *Opus imperfectum in Matth.* hom. 43 (PG 56, 880) ut refert Thomas *Cat. super Matth.* ibid. 16 Cap. 10 (PL 32, 1212). 21 rerum...signorum[1]: August. cap. 9 ut hic supra (PL 32, 1211). 27 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex August. cap. 10 ut hic supra (PL 32, 1214).

quod est impossibile; si autem prius inerat, aut inerat in actu perfecto, et sic causari non potest quia quod est non fit, aut inerat secundum rationem seminalem: rationes autem seminales per nullam virtutem creatam in actum educi possunt sed a Deo solo naturae inseruntur, ut Augustinus dicit Super Genesim ad litteram; ergo relinquitur quod unus homo nullo modo alium docere possit.

6. Praeterea, scientia quoddam accidens est; accidens autem non transmutat subiectum; cum ergo doctrina nihil aliud esse videatur nisi transfusio scientiae de magistro in discipulum, ergo unus homo alium docere non potest.

7. Praeterea, Rom. x[17] super illud « Fides ex auditu », dicit glosa « licet Deus intus doceat, praeco tamen exterius annuntiat »; scientia autem interius in mente causatur, non autem exterius in sensu; ergo homo a solo Deo docetur, non ab alio homine.

8. Praeterea, Augustinus dicit in libro De magistro ' Solus Deus cathedram habet in caelis qui veritatem docet in terris, alius homo sic se habet ad cathedram sicut agricola ad arborem '; agricola autem non est factor arboris sed cultor; ergo nec homo potest dici doctor scientiae sed ad scientiam dispositor.

9. Praeterea si homo est verus doctor, oportet quod veritatem doceat; sed quicumque docet veritatem mentem illuminat cum veritas sit lumen mentis; ergo homo mentem illuminabit si docet; sed hoc est falsum cum Deus sit « qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminet », Ioh. 1[9]; ergo homo non potest alium vere docere.

10. Praeterea, si unus homo alium docet, oportet quod eum faciat de potentia scientem actu scientem, ergo oportet quod eius scientia educatur de potentia in actum; quod autem de potentia in actum educitur necesse est quod mutetur; ergo scientia vel sapientia mutabitur, quod est contra Augustinum in libro LXXXIII Quaestionum qui dicit quod « sapientia accedens homini non ipsa mutatur sed hominem mutat ».

11. Praeterea, scientia nihil aliud esse videtur quam descriptio rerum in anima cum scientia esse dicatur assimilatio scientis ad scitum; sed unus homo non potest in alterius anima describere rerum similitudines: sic enim interius operaretur in ipso quod solius Dei est; ergo unus homo alium docere non potest.

12. Praeterea, Boetius dicit in libro De consolatione quod per doctrinam solummodo mens hominis excitatur ad sciendum; sed ille qui excitat intellectum ad sciendum non facit eum scire, sicut ille qui excitat aliquem ad videndum corporaliter non facit eum videre; ergo unus homo non facit alium scire, et ita non proprie potest dici quod eum doceat.

13. Praeterea, ad scientiam requiritur cognitionis certitudo, alias non est scientia sed opinio vel credulitas, ut Augustinus dicit in libro De magistro; sed unus homo non potest in altero certitudinem facere per signa sensibilia quae proponit: quod enim est in sensu magis est obliquum eo quod est in intellectu, certitudo autem semper fit per aliquid magis rectum; ergo unus homo alium docere non potest.

14. Praeterea, ad scientiam non requiritur nisi lumen intelligibile et species; sed neutrum potest in uno homine ab alio causari, quia oporteret quod homo aliquid crearet cum huiusmodi formae simplices non videantur posse produci nisi per creationem; ergo homo non potest in alio scientiam causare, et sic nec docere.

15. Praeterea, nihil potest formare mentem hominis nisi solus Deus, ut Augustinus dicit;

A 53 est non] no *praem.* pA 57 ut Augustinus] au *praem.* pA 62 ergo] unus homo *add.* pA (*cf. lin.* 64) 63 scientiae] si *conf. praem.* pA 73 homo sic] sic *imp. praem.* pA 97 cum] *idem conf. praem.* pA

Φ 51 prius *om.* Φ 52 causari] creari α β δ[1] 64 ergo *om.* Σ homo *om.* Φ 76 doctor] dator α δ P 84 illuminet] illuminat (*ante* omnem Φ) Φ P 84 homo *om.* Φ 85 alium] alius Φ 96 esse videtur] est Σ 118 per] ad Φ 127 causare] creare Φ (-δ)

58 VI c. 10 et 14 (PL 34, 346 et 349) et IX c. 17 (PL 34, 406), cf. etiam *De Trin.* III c. 8-9 (PL 42, 875-879). 66 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 1479 B) et *Glossa ordin.* ibid. 72 Cf. cap. 14 (PL 32, 1220), potius tamen invenitur in *In Epist. Ioh. ad Parth.* tr. 3 (PL 35, 2004). 93 Quaestio 73 (PL 40, 84). 98 scientia...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 101 quod solius Dei est: ps.-August. ut supra q. 8 a. 7 26 in nota. 104 V pr. 5 (PL 63, 854). 114 Cap. 12 (PL 32, 1217). 130 Ut supra q. 9 a. 1 5 in nota.

scientia autem quaedam forma mentis est; ergo solus Deus scientiam in anima causat.

16. Praeterea, sicut culpa est in mente ita et ignorantia; sed solus Deus purgat mentem a culpa: Is. XLIII[25] « Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me »; ergo solus Deus purgat mentem ab ignorantia, et ita solus docet.

17. Praeterea, cum scientia sit certitudinalis cognitio, ab illo aliquis scientiam accipit per cuius locutionem certificatur; non autem certificatur aliquis ex hoc quod audit hominem loquentem, alias oporteret quod quicquid alicui ab homine dicitur pro certo ei constaret, certificatur autem solum secundum quod interius audit veritatem loquentem, quam consulit etiam de his quae ab homine audit ut certus fiat; ergo homo non docet sed veritas quae interius loquitur, quae est Deus.

18. Praeterea, nullus per locutionem alterius addiscit illa quae ante locutionem etiam interrogatus respondisset; sed discipulus antequam ei magister loquatur responderet interrogatus de his quae magister proponit: non enim doceretur ex locutione magistri nisi ita se habere cognosceret sicut magister proponit; ergo unus homo non docetur per locutionem alterius hominis.

SED CONTRA est quod dicitur II Tim. I[11] « In quo positus sum ego praedicator et magister gentium »; ergo homo potest et esse et dici magister.

2. Praeterea, II Tim. III[14] « Tu vero permane in his quae didicisti et credita sunt tibi », glosa « a me, tamquam a vero doctore », et sic idem quod prius.

3. Praeterea, Matth. XXIII[8] simul dicitur « Unus est magister vester » et « Unus est pater vester »; sed hoc quod Deus est pater omnium non excludit quin etiam homo vere possit dici pater; ergo etiam per hoc non excluditur quin homo vere possit dici magister.

4. Praeterea, Rom. X[15] super illud « Quam speciosi supra montes » etc. dicit glosa « isti sunt pedes qui illuminant Ecclesiam »; loquitur autem de apostolis; cum ergo illuminare sit actus doctoris videtur quod hominibus docere competat.

5. Praeterea, ut dicitur in IV Meteororum, unumquodque tunc est perfectum quando potest simile sibi generare; sed scientia est quaedam cognitio perfecta; ergo homo qui habet scientiam potest alium docere.

6. Praeterea, Augustinus in libro Contra Manichaeos dicit quod sicut terra quae ante peccatum fonte irrigabatur, post peccatum vero indiguit pluvia de nubibus descendente, ita mens humana, quae per terram significatur, fonte veritatis | ante peccatum fecundabatur, post *98rb*
peccatum vero indiget doctrina aliorum quasi pluvia descendente de nubibus; ergo saltem post peccatum homo ab homine docetur.

RESPONSIO. Dicendum quod in tribus eadem opinionum diversitas invenitur, scilicet in eductione formarum in esse, in acquisitione virtutum et in acquisitione scientiarum. Quidam enim dixerunt formas omnes sensibiles esse ab agente extrinseco, quod est substantia vel forma separata, quam appellant datorem formarum vel intelligentiam agentem, et quod omnia inferiora agentia naturalia non sunt nisi sicut praeparantia materiam ad formae susceptionem; similiter etiam Avicenna dicit in sua

A 135 deleo] *idem conf. praem.* pA 155 magister (*e* magis pA) *em.* A 162 III (*ex* iiij pA) *em.* A Tu vero] memor *praem.* pA

Φ 134 et *om.* Φ 143 pro certo ei] eo pro certo Σ 157 hominis *om.* Φ 160 gentium *om.* Φ et[1] *om.* Φ 166-191 Praeterea...docetur (*scil. arg. sed c.* 3-6) *om.* α 191 docetur] ergo etc. Item homo est ens vivens et intelligens et hoc a deo qui in quantum est ens est causa omnis entis in quantum vita omnis viventis in quantum intelligentia causa est omnis intelligentis sicut dicitur 18 propositione de causis.sed quod homo sit ens et vivens non habet a solo deo sed etiam ab aliis causis naturalibus et ab alio homine.ergo per eandem rationem nec quod intelligens vel sciens (*omissis variis lectionibus nullius momenti* δ[1] *et* δ[2]) *add.* δ 197 agente *om.* Φ

138 scientia...cognitio: August. ut supra lin. 114 et Arist. ut supra q. 2 a. 1 269 in nota. 143 certificatur...fiat: cf. August. *De magistro* cap. 11 (PL 32, 1216). 149 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex August. *De magistro* cap. 12 (PL 32, 1217). 164 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 378 A). 172 Rom. X[15] textus conflatus ex Is. LII[7] et Rom. X[15]. 173 *Glossa interlin.* et *Glossa* Petri Lomb. super Rom. X[15] (PL 191, 1477 D). 178 Cap. 3 (380 a 12). 184 II c. 3-5 (PL 34, 198 sqq.). 195 Quidam: Avicenna [*Metaph.* IX c. 5 (f. 105[va])] ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 33 q. 1 a. 2 qc. 2 sol. 2, *De virt. in comm.* a. 8 et *I Pars* q. 110 a. 2.

Metaphysica quod « habitus honesti causa non est actio nostra, sed actio prohibet eius contrarium et adaptat ad illum, ut accidat hic habitus a substantia perficiente animas hominum quae est intelligentia agens vel substantia ei consimilis »; similiter etiam ponunt quod scientia in nobis non efficitur nisi ab agente separato, unde Avicenna ponit in VI De naturalibus quod formae intelligibiles effluunt in mentem nostram ab intelligentia agente.

Quidam vero e contrario opinati sunt, scilicet quod omnia ista rebus essent indita, nec ab exteriori causam haberent sed solummodo quod per exteriorem actionem manifestantur: posuerunt enim quidam quod omnes formae naturales erant actu in materia latentes et quod agens naturale nihil aliud facit quam extrahere eas de occulto in manifestum; similiter etiam aliqui posuerunt quod omnes virtutum habitus nobis sunt inditi a natura, sed per exercitium operum removentur impedimenta quibus praedicti habitus quasi occultabantur, sicut per limationem aufertur rubigo ut claritas ferri manifestetur; similiter etiam aliqui dixerunt quod animae est omnium scientia concreata et per huiusmodi doctrinam et huiusmodi scientiae exteriora adminicula nihil fit aliud nisi quod anima deducitur in recordationem vel considerationem eorum quae prius scivit, unde dicunt quod addiscere nihil est aliud quam reminisci.

Utraque autem istarum opinionum est absque ratione: prima enim opinio excludit causas propinquas dum effectus omnes in inferioribus provenientes solis causis primis attribuit, in quo derogatur ordini universi qui ordine et connexione causarum contexitur dum prima causa ex eminentia bonitatis suae rebus aliis confert non solum quod sint sed et quod causae sint; secunda etiam opinio in idem quasi inconveniens redit: cum enim removens prohibens non sit nisi movens per accidens, ut dicitur in VIII Physicorum, si inferiora agentia nihil aliud faciunt quam producere de occulto in manifestum removendo impedimenta quibus formae et habitus virtutum et scientiarum occultabantur, sequetur quod omnia inferiora agentia non agant nisi per accidens.

Et ideo secundum doctrinam Aristotilis via media inter has duas tenenda est in omnibus praedictis: formae enim naturales praeexistunt quidem in materia, non in actu, ut alii dicebant, sed in potentia solum de qua in actum reducuntur per agens extrinsecum proximum, non solum per agens primum, ut alia opinio ponebat; similiter etiam secundum ipsius sententiam in VI Ethicorum virtutum habitus ante earum consummationem praeexistunt in nobis in quibusdam naturalibus inclinationibus quae sunt quaedam virtutum inchoationes, sed postea per exercitium operum adducuntur in debitam consummationem; similiter etiam dicendum est de scientiae acquisitione quod praeexistunt in nobis quaedam scientiarum semina, scilicet primae conceptiones intellectus quae statim lumine intellectus agentis cognoscuntur per species a sensibilibus abstractas, sive sint complexa sicut dignitates, sive incomplexa sicut ratio entis et unius et huiusmodi quae statim intellectus apprehendit; in istis autem principiis universalibus omnia sequentia includuntur sicut in quibusdam rationibus seminalibus: quando ergo ex istis universalibus cognitionibus mens educitur ut actu cognoscat

A 203 honesti] studiosi et laudabiles et *praem.* pA 218 actu] ac *conf. praem.* pA 230 in...vel] vel *praem.* pA 232 quod] q *add.* pA 236 inferioribus] *idem conf. praem.* pA 257 non solum] non oportet quod *praem.* pA 260 consummationem] *idem conf. praem.* pA 267 intellectus] intellectis *imp. praem.* pA 270 dignitates] omne to *et litt. imp. praem.* pA 271 ratio entis] conc *et litt. imp. praem.* pA 274 seminalibus] et in eis quodam modo precognoscuntur ut sic adiscens (adiscens *primo deletum*) adiscat aliquis in particulari *add.* pA

Φ 218 erant] essent Φ (-γ) 231 eorum] *om.* Φ (-δ) *ante* vel considerationem δ 241 et] etiam Φ 245 in *om.* Φ P

203 IX c. 2 (f. 103ra D). 211 Sive *De anima* V c. 5 (f. 25^{rb}). 217 quidam: Anaxagoras [ex Arist. *Phys.* I 9 (187 a 26)] ut refert Thomas *De virt. in comm.* a. 8. 221 aliqui: Ioh. Damasc. [*De fide* III c. 14 (PG 94, 1045 A; Bt 226)] ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 33 q. 1 a. 2 qc. 1 sol. 1. 226 aliqui: Platonici ut supra q. 10 a. 6 145 in nota. 245 *Phys.* VIII 8 (255 b 24). 251 Cf. *Phys.* I 12 (198 b 30 sqq.). 259 *Ethic.* VI 11 (1144 b 4). 267 primae...abstractas: Arist. ut supra q. 10 a. 12 79. 270 complexa...incomplexa: Arist. ut supra q. 4 a. 2 106 in nota; dignitates: sive maximae propositiones, cf. e. g. *Anal. post.* V c. 2 (72 a 18) sec. transl. Iacobi (ed. Minio-Paluello, p. 9), vide etiam *Metaph.* III c. 2 (997 a 7 et 11) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 114,88 et 115,73). 271 ratio...apprehendit: Avicenna ut supra q. 1 a. 1 104.

particularia quae prius in universali et quasi in potentia cognoscebantur, tunc aliquis dicitur scientiam acquirere.

Sciendum tamen est quod in rebus naturalibus aliquid praeexistit in potentia dupliciter: uno modo in potentia activa completa, quando scilicet principium intrinsecum sufficienter potest perducere in actum perfectum, sicut patet in sanatione: ex virtute enim naturali quae est in aegro aeger ad sanitatem perducitur; alio modo in potentia passiva, quando scilicet principium intrinsecum non sufficit ad educendum in actum, sicut patet quando ex aere fit ignis: hoc enim non poterat fieri per aliquam virtutem in aere existentem. Quando igitur praeexistit aliquid in potentia activa completa, tunc agens extrinsecum non agit nisi adiuvando agens intrinsecum et ministrando ei ea quibus possit in actum exire; sicut medicus in sanatione est minister naturae quae principaliter operatur, confortando naturam et apponendo medicinas quibus velut instrumentis natura utitur ad sanationem. Quando vero aliquid praeexistit in potentia passiva tantum, tunc agens extrinsecum est quod educit principaliter de potentia in actum; sicut ignis facit de aere, qui est potentia ignis, actu ignem. Scientia ergo praeexistit in addiscente in potentia non pure passiva sed activa, alias homo non posset per se ipsum acquirere scientiam. | Sicut ergo aliquis dupliciter sanatur, uno modo per operationem naturae tantum, alio modo a natura cum adminiculo medicinae, ita etiam est duplex modus acquirendi scientiam: unus quando naturalis ratio per se ipsam devenit in cognitionem ignotorum, et hic modus dicitur inventio; alius quando naturali rationi aliquis exterius adminiculatur, et hic modus dicitur disciplina.

In his autem quae fiunt a natura et arte eodem modo ars operatur et per eadem media quibus et natura: sicut enim natura in eo qui ex frigida causa laborat calefaciendo induceret sanitatem, ita et medicus; unde et ars dicitur imitari naturam; et similiter etiam contingit in scientiae acquisitione quod eodem modo docens alium ad scientiam ignotorum deducit, sicut aliquis inveniendo deducit se ipsum in cognitionem ignoti.

Processus autem rationis pervenientis ad cognitionem ignoti inveniendo est ut principia communia per se nota applicet ad determinatas materias et inde procedat in aliquas particulares conclusiones et ex his in alias; unde et secundum hoc unus alium dicitur docere quod istum decursum rationis, quem in se facit ratione naturali, alteri exponit per signa, et sic ratio naturalis discipuli per huiusmodi sibi proposita sicut per quaedam instrumenta pervenit in cognitionem ignotorum. Sicut igitur medicus dicitur causare sanitatem in infirmo natura operante, ita etiam homo dicitur causare scientiam in alio operatione rationis naturalis illius, et hoc est docere; unde unus homo alium docere dicitur et eius esse magister. Et secundum hoc dicit Philosophus in I Posteriorum quod « demonstratio est syllogismus faciens scire ». Si autem aliquis alicui proponat ea quae in principiis per se notis non includuntur vel includi non manifestantur, non faciet in eo scientiam sed forte opinionem vel fidem, quamvis hoc etiam aliquo modo ex principiis innatis causetur: ex ipsis enim principiis per se notis considerat quod ea quae ex eis necessario consequuntur sunt certitudinaliter tenenda, quae vero eis sunt contraria, totaliter respuenda; aliis autem assensum praebere potest vel non praebere. Huiusmodi autem rationis lumen quo principia huiusmodi nobis sunt nota, est nobis a Deo inditum quasi quaedam similitudo increatae veritatis in nobis resultans. Unde cum omnis doctrina humana efficaciam habere non possit nisi ex virtute illius luminis, constat

98va

A 283 principium (*ex* ex principio pA) *em.* A 286 alio modo] quandoque vero *praem.* pA 294 ea quibus] q *praem.* pA 304 in potentia non] non *praem.* pA 305 activa] quia ex lumine intellectus agentis *add.* pA 312 alius *em.* A] *conf.* pA 339 unde] et *praem.* pA 344 notis] no *conf. praem.* pA 347 hoc] in *praem.* pA etiam] quod *add.* pA

Φ 282 quando] quasi α β qua γ 311 ratio] *om.* α β *ante* naturalis δ 320 et *om.* Φ 323 aliquis inveniendo] si aliquis Φ 341 in *om.* Φ 356 resultans] –tantis Φ

280-303 Sciendum...actu ignem: Arist. *Metaph.* VII 8 (1034 a 9 sqq.) ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 75. 319 ars...naturam: Arist. *Phys.* II 4 (194 a 21) ut refert Thomas *I-II* q. 21 a. 1 arg. 1. 342 Cap. 2 (71 b 17) sec. transl. Iacobi (ed. Minio-Paluello, p. 7).

quod solus Deus est qui interius et principaliter docet, sicut natura interius et principaliter sanat; nihilominus homo et sanare et docere proprie dicitur modo praedicto.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quia Dominus praeceperat discipulis ne vocarentur magistri, ne posset intelligi hoc esse prohibitum absolute glosa exponit qualiter haec prohibitio sit intelligenda: prohibemur enim hoc modo hominem vocare magistrum ut ei principalitatem magisterii attribuamus quae Deo competit, quasi in hominum sapientia spem ponentes et non magis de his quae ab homine audimus divinam veritatem consulentes quae in nobis loquitur per suae similitudinis impressionem qua de omnibus possumus iudicare.

2. Ad secundum dicendum quod cognitio rerum in nobis non efficitur per cognitionem signorum sed per cognitionem aliarum rerum magis certarum, scilicet principiorum quae nobis per aliqua signa proponuntur et applicantur ad aliqua quae prius nobis erant ignota simpliciter, quamvis essent nobis nota secundum quid, ut dictum est; cognitio enim principiorum facit in nobis scientiam conclusionum, non cognitio signorum.

3. Ad tertium dicendum quod illa de quibus per signa edocemur cognoscimus quidem quantum ad aliquid et quantum ad aliquid ignoramus: utpote si doceamur quid est homo, oportet quod de eo praesciamus aliquid, scilicet rationem animalis vel substantiae aut saltem ipsius entis quae nobis ignota esse non potest; et similiter si doceamur aliquam conclusionem, oportet praescire de passione et subiecto quid sunt, etiam principiis per quae conclusio docetur praecognitis, « omnis enim disciplina fit ex praeexistenti cognitione », ut dicitur in principio Posteriorum, unde ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod ex sensibilibus signis quae in potentia sensitiva recipiuntur, intellectus accipit intentiones intelligibiles quibus utitur ad scientiam in se ipso faciendam: proximum enim scientiae effectivum non sunt signa sed ratio discurrens a principiis in conclusiones, ut dictum est.

5. Ad quintum dicendum quod in eo qui docetur scientia praeexistebat, non quidem in actu completo sed quasi in rationibus seminalibus, secundum quod universales conceptiones quarum cognitio est nobis naturaliter indita, sunt quasi semina quaedam omnium sequentium cognitorum; quamvis autem per virtutem creatam rationes seminales non hoc modo educantur in actum quasi ipsae per aliquam creatam virtutem infundantur, tamen id quod est in eis originaliter et virtualiter actione creatae virtutis in actum educi potest.

6. Ad sextum dicendum quod docens non dicitur transfundere scientiam in discipulum quasi illa eadem numero scientia quae est in magistro in discipulo fiat, sed quia per doctrinam fit in discipulo scientia similis ei quae est in magistro, educta de potentia in actum, ut dictum est.

7. Ad septimum dicendum quod sicut medicus, quamvis exterius operetur natura sola interius operante, dicitur facere sanitatem, ita et homo dicitur docere veritatem quamvis exterius annuntiet Deo interius docente.

8. Ad octavum dicendum quod Augustinus in libro De magistro per hoc quod probat solum Deum docere non intendit excludere quin homo exterius doceat, sed quod ipse solus Deus docet interius.

9. Ad nonum dicendum quod homo verus et vere doctor dici potest et veritatem docens et mentem quidem illuminans, non quasi lumen rationis infundens sed quasi lumen rationis coadiuvans ad scientiae perfectionem per ea quae exterius proponit, secundum quem modum dicitur Eph. III[8] « Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia haec illuminare omnes » etc.

A 362 modo praedicto] p *imp. praem.* pA 403 ratio] vis intellectiva *praem.* pA 410 sunt...omnium sequentium] omnium sequentium *praem.* pA 425 sola (*e* solam pA) *em.* A 429 dicendum] similiter sicut ad vii. § ad ix dicendum quod *add.* pA 440 sanctorum] f *et litt. imp. add.* pA

Φ 361 homo] tamen α β tamen *praem.* γ tamen *hic, et* homo *post* dicitur δ 372 audimus] audivimus Φ 380 aliqua] alia Φ 400 intelligibiles] *om.* α δ intelligentes β 409 indita] insita Φ 413 ipsae] *om.* Φ (*def.* P) 415 originaliter] origine Φ 432 quod] quia Φ ipse *om.* Σ 437 rationis[1]] rationi Φ 440 autem *om.* Φ 441 omnes *om.* Φ (*def.* δ[2])

397 Cap. 1 (71 a 1) sec. transl. Iacobi (ed. Minio-Paluello, p. 5).

10. Ad decimum dicendum quod duplex est sapientia, scilicet creata et increata, et utraque homini infundi | dicitur et eius infusione homo *98vb*
mutari in melius proficiendo. Sapientia increata vero nullo modo mutabilis est, creata vero in nobis mutatur per accidens et non per se; est enim ipsam considerare dupliciter: uno modo secundum respectum ad res aeternas de quibus est, et sic omnino immutabilis est, alio modo secundum esse quod habet in subiecto, et sic per accidens mutatur subiecto mutato de potentia habente sapientiam in actu habens: formae enim intelligibiles, ex quibus sapientia consistit, et sunt rerum similitudines et sunt formae perficientes intellectum.

11. Ad undecimum dicendum quod in discipulo describuntur formae intelligibiles ex quibus scientia per doctrinam accepta constituitur, immediate quidem per intellectum agentem sed mediate per eum qui docet: proponit enim doctor rerum intelligibilium signa ex quibus intellectus agens accipit intentiones intelligibiles et describit eas in intellectu possibili; unde ipsa verba doctoris audita, vel visa in scripto, hoc modo se habent ad causandum scientiam in intellectu sicut res quae sunt extra animam quia ex utrisque intellectus agens intentiones intelligibiles accipit, quamvis verba doctoris propinquius se habeant ad causandum scientiam quam sensibilia extra animam existentia in quantum sunt signa intelligibilium intentionum.

12. Ad duodecimum dicendum quod non est omnino simile de intellectu et visu corporali: visus enim corporalis non est vis collativa ut ex quibusdam suorum obiectorum in alia perveniat, sed omnia sua obiecta sunt ei visibilia quam cito ad illa convertitur; unde habens potentiam visivam se habet hoc modo ad omnia visibilia intuenda sicut habens habitum ad ea quae habitualiter scit consideranda, et ideo videns non indiget ab alio excitari ad videndum nisi quatenus per alium eius visus dirigitur in aliquod visibile, ut digito vel aliquo huiusmodi. Sed potentia intellectiva, cum sit vis collativa, ex quibusdam in alia devenit; unde non se habet aequaliter ad omnia intelligibilia consideranda, sed quaedam statim videt quae sunt per se nota, in quibus implicite continentur quaedam alia quae intelligere non potest nisi per officium rationis ea quae in principiis implicite continentur explicando; unde ad huiusmodi cognoscenda, antequam habitum habeat, non solum est in potentia accidentali sed etiam in potentia essentiali: indiget enim motore qui reducat eum in actum per doctrinam, ut dicitur in VIII Physicorum, quo non indiget ille qui iam aliquid habitualiter novit. Doctor ergo excitat intellectum ad sciendum illa quae docet sicut motor essentialis educens de potentia in actum, sed ostendens rem aliquam visui corporali, excitat eum sicut motor per accidens, prout etiam habens habitum scientiae potest excitari ad considerandum ab aliquo.

13. Ad tertium decimum dicendum quod certitudo scientiae tota oritur ex certitudine principiorum: tunc enim conclusiones per certitudinem sciuntur quando resolvuntur in principia; et ideo hoc quod aliquid per certitudinem sciatur, est ex lumine rationis divinitus interius indito quo in nobis loquitur Deus, non autem ab homine exterius docente nisi quatenus conclusiones in principia resolvit nos docens, ex quo tamen nos certitudinem scientiae non acciperemus nisi inesset nobis certitudo principiorum in quae conclusiones resolvuntur.

14. Ad quartum decimum dicendum quod homo exterius docens non influit lumen intelligibile sed est causa quodam modo speciei intelligibilis in quantum proponit nobis quaedam signa intelligibilium intentionum quas intellectus noster ab illis signis accipit et recondit in se ipso.

15. Ad quintum decimum dicendum quod

A 466 scripto] tenent *add.* pA 478 sed] au (*primo deletum*) ac *praem.* pA 486 potentia intellectiva] intellectus *praem.* pA 493 implicite continentur] con *praem.* pA 494 huiusmodi] illa *praem.* pA 495 non solum...indiget] indig *praem.* pA 497 eum A 512 quo in nobis] quo in no *conf. praem.* pA

Φ 444 infundi dicitur] infunditur Φ 447 et *om.* Φ 464 eas] ea Φ 475 omnino *om.* Σ 486 vis *om.* Σ 489 quae] ut *praem.* Φ 497 eum (*cum* A) Φ P

485 digito: exemplum August. *De doct. christ.* Prol. (PL 34, 16) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 28 a. 5 ad 3. 495 potentia accidentali...essentiali: cf. Averroes *Phys.* VIII comm. 32 (IV, 370r). 498 *Phys.* VIII 8 (255 a 33 sqq.).

cum dicitur ' nihil potest formare mentem nisi Deus ', intelligitur de ultima eius forma sine qua informis reputatur quotcumque alias formas habeat; haec autem est forma illa qua ad Verbum convertitur et ei inhaeret per quam solam natura rationalis formata dicitur, ut patet per Augustinum Super Genesim ad litteram.

16. Ad sextum decimum dicendum quod culpa est in affectu in quem solus Deus imprimere potest, sicut infra patebit in sequenti articulo; ignorantia autem in intellectu est in quem etiam virtus creata potest imprimere, sicut intellectus agens imprimit species intelligibiles in intellectum possibilem quo mediante ex rebus sensibilibus et ex doctrina hominis causatur scientia in anima nostra, ut dictum est.

17. Ad septimum decimum dicendum quod certitudinem scientiae, ut dictum est, habet aliquis a solo Deo qui nobis lumen rationis indidit per quod principia cognoscimus ex quibus oritur scientiae certitudo; et tamen scientia ab homine etiam causatur in nobis quodam modo, ut dictum est.

18. Ad duodevicesimum dicendum quod discipulus ante locutionem magistri interrogatus responderet quidem de principiis per quae docetur, non autem de conclusionibus quas quis eum docet; unde principia non discit a magistro sed solum conclusiones.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum aliquis possit dici magister sui ipsius. Et videtur quod sic quia actio magis debet attribui causae principali quam instrumentali; sed causa quasi principalis scientiae causatae in nobis est intellectus agens, homo autem qui docet exterius est causa quasi instrumentalis proponens intellectui agenti instrumenta quibus ad scientiam perducat; ergo intellectus agens magis docet quam homo exterius; si ergo propter locutionem exteriorem qui exterius loquitur dicitur magister illius qui audit, multo amplius propter lumen intellectus agentis ille qui audit dicendus est magister sui ipsius.

2. Praeterea, nullus aliquid addiscit nisi secundum quod ad certitudinem cognitionis pervenit; sed certitudo cognitionis nobis inest per principia naturaliter nota in lumine intellectus agentis; ergo intellectui agenti praecipue convenit docere, et sic idem quod prius.

3. Praeterea, docere magis proprie convenit Deo quam homini, unde Matth. XXIII[8] « Unus est magister vester »; sed Deus nos docet in quantum lumen nobis rationis tradit quo de omnibus possumus iudicare; ergo illi lumini actio docendi praecipue attribui debet, et sic idem quod prius.

4. Praeterea, scire aliquid per inventionem est perfectius quam ab alio discere, ut patet in I Ethicorum; si igitur ex illo modo acquirendi quo aliquis ab alio addiscit scientiam sumitur nomen magistri ut unus alterius sit magister, multo amplius ex modo accipiendi scientiam per inventionem debet accipi nomen magistri ut aliquis sui ipsius magister dicatur. 99ra

5. Praeterea, sicut aliquis inducitur ad virtutem ab alio et a se ipso, ita aliquis perducitur ad scientiam et per se ipsum inveniendo et ab alio addiscendo; sed illi qui ad opera virtutum perveniunt sine exteriori institutore vel legislatore dicuntur esse sibi ipsis lex, Rom. II[14] « Cum gens quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex »; ergo et ille qui scientiam acquirit per se ipsum debet sibi ipsi dici magister.

A 534 in affectu] in intellectu *praem.* pA 535 in sequenti articulo *in marg.* A] *om.* pA 541 causatur] impri *praem.* pA 552 per] d *praem.* pA
21 convenit] docere *add.* pA 27 quod prius *in appendice ultimae lin. col.* 98^{vb} 28 Praeterea] omne (*ut videtur*) *add.* pA 30 acquirendi *hic* A] *post* addiscit pA 36 inducitur] acqui *praem.* pA 42 gens *sic cum aliquibus codicibus Bibliae secundum traditionem parisinam* (*cf. infra* q. 17 a. 1 lin. 126) A

Φ 532 ad litteram *om.* Φ 535 infra *om.* Φ (-γ) 546 cognoscimus] cognitionis Φ (-γ) cognitionis *praem.* γ 548 etiam *om.* Φ
24 nobis] *om.* β *ante* lumen Σ 37 aliquis *om.* Σ 40 institutore] instructore Φ 42 gens (*cf.* A) β γ sP] (*def.* α δ) legens pP

532 III c. 20 (PL 34, 292). 535 sequenti articulo: a. 3 hic infra.
1 Desunt loci parall. 30 *Ethic.* I 4 (1095 b 10).

6. Praeterea, doctor est causa scientiae sicut medicus sanitatis, ut dictum est; sed medicus sanat se ipsum; ergo aliquis etiam potest se ipsum docere.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in VIII Physicorum quod impossibile est quod docens addiscat quia docentem necesse est habere scientiam, discentem vero non habere; ergo non potest esse quod aliquis doceat se ipsum vel dici possit sui magister.

2. Praeterea, magisterium importat relationem superpositionis sicut et dominus; sed huiusmodi relationes non possunt inesse alicui ad seipsum: non enim aliquis est pater sui ipsius aut dominus; ergo nec aliquis potest dici sui ipsius magister.

RESPONSIO. Dicendum quod absque dubio aliquis potest per lumen rationis sibi inditum absque exterioris doctrinae adminiculo devenire in cognitionem ignotorum multorum, sicut patet in omni eo qui per inventionem scientiam acquirit; et sic quodam modo aliquis est sibi ipsi causa sciendi, non tamen propter hoc proprie potest dici sui ipsius magister vel se ipsum docere. Duos enim modos principiorum agentium in rebus naturalibus invenimus, ut patet ex Philosopho in VII Metaphysicae: quoddam enim est agens quod in se totum habet quod in effectu per eum causatur, vel eodem modo sicut est in agentibus univocis vel etiam eminentiori sicut est in agentibus aequivocis; quaedam vero agentia sunt in quibus eorum quae aguntur non praeexistit nisi pars, sicut motus causat sanitatem aut aliqua medicina calida in qua calor invenitur vel actualiter vel virtualiter, calor autem non est tota sanitas sed est pars sanitatis. In primis igitur agentibus est perfecta ratio actionis non autem in agentibus secundi modi, quia secundum hoc aliquid agit quod actu est, unde cum non sit in actu effectus inducendi nisi in parte, non erit perfecte agens.

Doctrina autem importat perfectam actionem scientiae in docente vel magistro; unde oportet quod ille qui docet vel magister est habeat scientiam quam in altero causat explicite et perfecte sicut in addiscente acquiritur per doctrinam. Quando autem alicui acquiritur scientia per principium intrinsecum, illud quod est causa agens scientiae non habet scientiam acquirendam nisi in parte, scilicet quantum ad rationes seminales scientiae quae sunt principia communia; et ideo ex tali causalitate non potest trahi nomen doctoris vel magistri proprie loquendo.

1. Ad primum igitur dicendum quod intellectus agens, quamvis sit principalior causa quantum ad aliquid quam homo exterius docens, tamen in eo non praeexistit scientia complete sicut in docente, unde ratio non sequitur.

2. Ad secundum dicendum similiter sicut ad primum.

3. Ad tertium dicendum quod Deus explicite novit omnia quae per eum homo docetur, unde sibi convenienter magistri ratio attribui potest; secus autem est de intellectu agente ratione iam dicta.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis modus in acquisitione scientiae per inventionem sit perfectior ex parte recipientis scientiam in quantum designatur habilior ad sciendum, tamen ex parte scientiam causantis est modus perfectior per doctrinam quia docens, qui explicite totam scientiam novit, expeditius potest ad scientiam inducere quam aliquis induci possit ex se ipso per hoc quod praecognoscit scientiae principia in quadam communitate.

A 46-49 Praeterea...docere *in marg. inf.* A] *om.* pA 60 dominus] *idem conf. praem.* pA 68 hoc *sup. lin.* (*temp. post.*) A] *om.* pA 76 eminentiori...in] in *praem.* pA 79 motus] si *praem.* pA 86 nisi...non erit] non erit (erit *imp.*) *praem.* pA 92 sicut in] *idem conf. praem.* pA 98 ex] est *praem.* pA 104 complete *em.* A] *conf.* pA 108 explicite] est *praem.* pA 114 modus *in marg.* A] *om.* pA

Φ 48 aliquis etiam] et aliquis Φ 50 in *om.* Φ 55 possit *om.* Σ 58 inesse alicui] esse alicuius Φ 64 doctrinae] magisterio vel *add.* Φ 68 propter hoc proprie *om.* Σ 72 in *om.* Φ P 76 agentibus *om.* Φ 92 acquiritur *om.* Φ 103 quantum *om.* Φ (-δ) 107 ad primum] patet Φ 121 praecognoscit] cognoscit Φ

47 dictum est: supra a. 1. 51 *Phys.* VIII 9 (257 a 12). 56 relationem superpositionis: Lambertus Altiss. ut supra q. 4 a. 5 61 in nota. 72 *Metaph.* VII 8 (1034 a 21). 84 aliquid...actu est: cf. supra q. 2 a. 3 237 in nota.

5. Ad quintum dicendum quod hoc modo se habet lex in operabilibus sicut principium in speculativis, non autem sicut magister; unde non sequitur si aliquis sibi est lex quod sibi ipsi possit esse magister.

6. Ad sextum dicendum quod medicus sanat in quantum praehabet sanitatem non in actu sed in cognitione artis, sed magister docet in quantum actu scientiam habet; unde ille qui non habet sanitatem in actu, ex hoc quod habet sanitatem in cognitione artis potest in se ipso sanitatem causare; non autem potest esse ut aliquis actu habeat scientiam et non habeat ut sic possit a se ipso doceri.

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum homo ab angelo doceri possit. Et videtur quod non quia si angelus docet aut docet interius aut exterius; non autem interius quia hoc solius Dei est, ut Augustinus dicit; nec exterius, ut videtur, quia docere exterius est per aliqua sensibilia signa docere, ut Augustinus dicit in libro De magistro; huiusmodi autem sensibilibus signis angeli non nos docent nisi forte sensibiliter apparentes; ergo angeli nos non docent nisi forte sensibiliter apparentes, quod praeter communem cursum accidit, quasi per miraculum.

2. Sed dicebat quod angeli nos docent quodam modo exterius in quantum in nostram imaginationem imprimunt. — Sed contra, species imaginationi impressa ad imaginandum in actu non sufficit nisi adsit intentio, ut patet per Augustinum in libro De Trinitate; sed intentionem non potest in nobis inducere angelus cum intentio sit voluntatis actus in quam solus Deus imprimere potest; ergo nec etiam imprimendo in imaginationem angelus docere nos potest cum mediante imaginatione non possimus doceri nisi actu aliquid imaginando.

3. Praeterea, si ab angelis docemur absque sensibili apparitione, hoc non potest esse nisi in quantum intellectum illuminant, quem illuminare non possunt, ut videtur, quia nec tradunt lumen naturale quod a solo Deo est, utpote menti concreatum, nec etiam lumen gratiae quam solus Deus infundit; ergo angeli absque visibili apparitione nos docere non possunt.

4. Praeterea, quandocumque unus ab alio docetur, oportet quod addiscens inspiciat conceptus docentis | ut hoc modo sit processus in mente discipuli ad scientiam sicut est processus a scientia in mente doctoris; homo autem non potest conceptus angeli videre: non enim videt eos in se ipsis, sicut nec conceptus alterius hominis, immo multo minus utpote magis distantes; nec iterum in signis sensibilibus nisi forte quando sensibiliter apparent, de quo nunc non agitur; ergo angeli alias nos docere non possunt. 99rb

5. Praeterea, illius est docere qui « illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum » ut patet in glosa Matth. XXIII[8] « Unus est magister vester, Christus »; sed hoc non competit angelo sed soli luci increatae, ut patet Ioh. 1[9].

6. Praeterea, quicumque alium docet eum ad veritatem inducit et sic veritatem in anima eius causat; sed solus Deus causalitatem habet supra veritatem quia, cum veritas sit lux intelligibilis et forma simplex, non exit in esse successive et ita non potest produci nisi per creationem quae soli Deo competit; cum ergo angeli non sint creatores, ut Damascenus dicit, videtur quod ipsi docere non possint.

7. Praeterea, indeficiens illuminatio non potest procedere nisi a lumine indeficienti eo

A 9 sensibiliter] sensi (*mac.*) sn *praem.* pA 27 quem] si *praem.* pA 36 in: *supra* in *quoddam signum abrasum, et in margine abcisso legimus* ibi scr/ A 47 hominem] *idem conf. praem.* pA

Φ 126 non sequitur] quod α quod *add.* γ δ sibi²...possit] possit sibi Φ
9 nos] *om.* δ¹ *post* non Φ (-δ¹) 10-11 ergo...apparentes *hom. om.* γ δ P 22 in *om.* Φ P 23 nos] *om.* P *ante* docere Φ 24 possimus] possumus Φ 35 addiscens] discens Φ 37 est] etiam Φ 50 soli] solum Φ 51 Ioh. 1] ergo etc. *add.* Φ 58 quae] quod Φ 61-70 Praeterea...docere (*scil. arg.* 7) *om.* α δ

1 Parall.: *I Pars* q. 111 a. 1; *De malo* q. 16 a. 12; *Quodlib.* IX q. 4 a. 5. 5 Cf. supra a. 1 72. 8 Cap. 10 (PL 32 1212). 18 Cf. supra q. 8 a. 13 71. 20 intentio...potest: ps.-August. ut supra q. 8 a. 7 26 in nota. 48 *Glossa ordin.* ibid. 59 *De fide* II c. 3 (PG 94, 873 B; Bt 74) ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 21.

quod abeunte lumine subiectum illuminari desinit; sed in doctrina exigitur indeficiens quaedam illuminatio eo quod scientia de necessariis est quae semper sunt; ergo doctrina non procedit nisi a lumine indeficienti: huiusmodi autem non est lumen angelicum cum eorum lumen deficeret nisi divinitus conservaretur; ergo angelus non potest docere.

8. Praeterea, Ioh. 1[38] dicitur quod duo ex discipulis Iohannis sequentes Iesum ei interroganti « Quid quaeritis? » responderunt « Rabbi, quod dicitur interpretatum Magister, ubi habitas? », ubi dicit glosa quod « hoc nomine fidem suam indicant », et alia glosa dicit « interrogat eos non ignorans sed ut mercedem habeant respondendo, et quod quaerenti quid, quod quaerit rem, non rem sed personam respondent »: ex quibus omnibus habetur quod confitentur in illa responsione eum esse personam quandam et quod hac confessione fidem suam indicant et in hoc merentur; sed meritum fidei christianae in hoc consitit quod Christum esse personam divinam confitemur; ergo esse magistrum ad solam divinam personam pertinet.

9. Praeterea, quicumque docet oportet quod veritatem manifestet; sed veritas, cum sit quaedam lux intelligibilis, est magis nobis nota quam angelus; ergo per angelum non docemur cum magis nota per minus nota non manifestentur.

10. Praeterea, Augustinus dicit in libro De Trinitate quod ' mens nostra, nulla interposita creatura, immediate a Deo formatur '; angelus autem quaedam creatura est; ergo non interponitur inter Deum et mentem humanam ad eam formandam quasi superior mente et inferior Deo, et sic homo per angelum doceri non potest.

11. Praeterea, sicut affectus noster pertingit usque ad ipsum Deum, ita et intellectus noster usque ad eius essentiam contemplandam pertingere potest; sed ipse Deus immediate affectum nostrum format per gratiae infusionem nullo angelo mediante; ergo et intellectum nostrum format per doctrinam nullo mediante.

12. Praeterea, omnis cognitio est per aliquam speciem; si ergo angelus hominem doceat, oportet quod speciem aliquam in eo causet per quam cognoscat: quod esse non potest nisi vel creando speciem, quod nullo modo angelo competit ut vult Damascenus, vel illuminando species quae sunt in phantasmatibus ut ab his species intelligibiles in intellectu possibili humano resultent, et hoc videtur redire in errorem illorum philosophorum qui ponunt intellectum agentem, cuius officium est illuminare phantasmata, esse substantiam separatam, et sic angelus docere non potest.

13. Praeterea, plus distat intellectus angeli ab intellectu hominis quam intellectus hominis ab imaginatione humana; sed imaginatio non potest accipere illud quod est in intellectu humano: non enim imaginatio potest capere nisi formas particulares quales intellectus non continet; ergo nec intellectus humanus est capax eorum quae sunt in mente angelica, et sic homo per angelum doceri non potest.

14. Praeterea, lux qua aliquid illuminatur debet esse illuminatis proportionata sicut lux corporalis coloribus; sed lux angelica, cum sit pure spiritualis, non est proportionata phantasmatibus quae sunt quodam modo corporalia utpote organo corporali contenta; ergo angeli non possunt nos docere illuminando nostra phantasmata, ut dicebatur.

15. Praeterea, omne quod cognoscitur aut cognoscitur per essentiam suam aut per similitudinem; sed cognitio qua res cognoscuntur per essentiam suam a mente humana non potest

A 63 desinit *em.* A] *conf.* pA 70 potest docere: *postea sequitur argum.* Praeterea cum angelus (*ut infra n.* 17) *sed ab ipso scriba* A *in margine notatur* Istud argumentum debet poni ult⟨imum pro parte⟩ ista sicut solutio sua est ulti⟨ma⟩. *Margine abcisso, complevimus verba ablata teste* F (*cf. Préface*, § F *issu de* A) 79 rem, non] non *praem.* pA 82 quod (*e* quem pA) *em.* A 100 et sic] ergo ut prius *praem.* pA 100 non potest] p *imp. praem.* pA 104 essentiam] *idem praem.* pA 116 intellectu *em.* A] *conf.* pA 129 mente] *idem conf. praem.* pA

Φ 74-75 quod...habitas] etc. Φ 79 quod quaerit rem] quererent Φ 82 quod] *om.* Φ ex pP 92 nota[2] *om.* Σ (-δ^1) 102 affectus] effectus Φ (-δ^1) 103 et *om.* Φ P 114 vult] dicit Φ 131 aliquid] aliquis Φ 132 illuminatis] illuminato Φ 141 cognoscuntur] –scitur Φ

65 scientia de necessariis est: Arist. ut supra q. 2 a. 12 54 in nota. 75 *Glossa interlin.* ibid. 76 *Glossa ordin.* ibid. 95 III c. 8 (PL 42, 876). 114 Ut supra lin. 59. 118 illorum philosophorum: cf. supra q. 10 a. 8 551 in nota.

per angelum causari quia sic oporteret quod virtutes et alia quae intra animam continentur ab ipsis angelis imprimerentur cum talia per sui essentiam cognoscantur; similiter nec per eos causari potest cognitio rerum quae per suas similitudines cognoscuntur, cum ipsis similitudinibus quae sunt in cognoscente propinquiores sint res cognoscendae quam angelus; ergo nullo modo angelus homini potest esse cognitionis causa, quod est docere.

16. Praeterea, agricola, quamvis exterius naturam excitet ad naturales effectus, non tamen dicitur creator, ut per Augustinum patet Super Genesim ad litteram; ergo pari ratione nec angeli debent dici doctores vel magistri quamvis intellectum hominis excitent ad sciendum.

17. Praeterea, cum angelus sit homine superior, si docet oportet quod eius doctrina doctrinam humanam excellat; sed hoc esse non potest: homo enim docere potest de his quae habent causas determinatas in natura, alia vero, utpote futura contingentia, ab angelis doceri non possunt cum ipsi naturali cognitione eorum sint ignari, solo Deo talium futurorum scientiam habente; ergo angeli docere non possunt homines.

99va | SED CONTRA est quod dicit Dionysius IV cap. Caelestis hierarchiae « Video quia divinum Christi humanitatis mysterium angeli primum docuere, deinde per ipsos in nos scientiae gratia descendit ».

2. Praeterea, « quod potest inferior potest et superior » et multo nobilius, ut patet per Dionysium in Caelesti hierarchia; sed hominum ordo est inferior quam ordo angelorum; cum ergo homo possit hominem docere, multo fortius hoc angelus potest.

3. Praeterea, ordo divinae sapientiae perfectius invenitur in spiritualibus substantiis quam etiam in corporalibus; sed ad ordinem inferiorum corporum hoc pertinet ut inferiora corpora perfectiones suas consequantur ex impressione corporum superiorum; ergo etiam inferiores spiritus, scilicet humani, perfectionem scientiae assequuntur ex impressione superiorum spirituum, scilicet angelorum.

4. Praeterea, omne quod est in potentia reduci potest in actum per id quod est in actu, et quod est minus in actu per id quod est in actu perfectius; sed intellectus angelicus est magis in actu quam intellectus humanus; ergo intellectus humanus potest reduci in actum scientiae per intellectum angelicum, et sic angelus hominem docere potest.

5. Praeterea, Augustinus dicit in libro De bono perseverantiae quod doctrinam salutis quidam a Deo accipiunt immediate, quidam ab angelo, quidam vero ab homine; ergo non solus Deus sed et angelus et homo docet.

6. Praeterea, illuminare domum dicitur et immittens lumen sicut sol et aperiens fenestram quae lumini obstat; sed quamvis solus Deus lumen veritatis menti infundat, tamen angelus vel homo potest aliquod impedimentum luminis percipiendi amovere; ergo non solum Deus sed angelus vel homo docere potest.

RESPONSIO. Dicendum quod angelus circa hominem dupliciter operatur: uno modo secundum modum nostrum, quando scilicet homini sensibiliter apparet vel corpus assumendo vel quocumque alio modo et eum per locutionem sensibilem instruit, et sic nunc non quaerimus de angeli doctrina: hoc enim modo non aliter angelus quam homo docet; alio modo circa nos angelus operatur per modum suum, scilicet invisibiliter, et secundum hunc modum qualiter homo ab angelo possit doceri huius quaestionis intentio est. Sciendum est igitur quod, cum angelus medius sit inter hominem et Deum, secundum ordinem naturae medius

A 144 quae] sunt *add.* pA 158 sciendum *em.* A] *conf.* pA 159-168 Praeterea...homines: *hic, in marg. legitur* Preterea cum angelus *et additur signum referens ad notam de qua supra lin.* 70 165 doceri] *idem conf. praem.* pA 176 Dionysium] i *coniunctim praem.* pA 186 perfectionem] per *in fine lin. praem.* pA 198 perseverantiae *em.* A] *conf.* pA 207 amovere *scrips.*] admovere (*mendum scribae, ut videtur, e lapsu auditus*) A

Φ 170 quia] quod Φ 174-208 Praeterea...potest (*scil. arg. sed c.* 2-6) *om.* α δ : *sed c.* 2, 3 *et* 4 *in forma contracta* γ 192 perfectius] *ante* in actu β magis *ante* in actu P (*def.* α δ) 219 huius *om.* Φ 222 naturae *om.* Φ

156 IX c. 15 (PL 34, 403). 170 § 4 (PG 3, 181 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 814). 176 Cap. 12 § 2 (PG 3, 292; Dion. 935), cf. etiam supra q. 2 a. 6 30 in nota. 184 ex impressione corporum superiorum: cf. supra q. 5 a. 9. 198 Cap. 19 (PL 45, 1023). 202 illuminare...obstat: exemplum August. *Enarr. in Ps.* CXVIII[73] (PL 37, 1553).

modus docendi sibi competit, inferior quidem Deo sed superior homine; quod qualiter sit verum percipi non potest nisi videatur qualiter docet Deus et qualiter homo. Ad cuius evidentiam sciendum est quod inter intellectum et corporalem visum haec est differentia quod visui corporali omnia sua obiecta aequaliter sunt propinqua ad cognoscendum: sensus enim non est vis collativa ut ex uno obiectorum suorum necesse habeat pervenire in aliud; sed intellectui non omnia intelligibilia aequaliter vicina sunt ad cognoscendum, sed quaedam statim conspicere potest, quaedam vero non conspicit nisi ex aliis prius inspectis. Sic igitur homo ignotorum cognitionem per duo accipit: scilicet per lumen intellectuale et per primas conceptiones per se notas quae comparantur ad istud lumen quod est intellectus agentis sicut instrumenta ad artificem.

Quantum igitur ad utrumque Deus hominis scientiae causa est excellentissimo modo quia et ipsam animam intellectuali lumine insignivit et notitiam primorum principiorum ei impressit quae sunt quasi seminaria scientiarum, sicut et aliis rebus naturalibus impressit seminales rationes omnium effectuum producendorum.

Homo autem, quia secundum ordinem naturae alteri homini par est in specie intellectualis luminis, nullo modo potest alteri homini causa scientiae existere in eo lumen causando vel augendo; sed ex parte illa qua scientia ignotorum per principia per se nota causatur, alteri homini causa sciendi quodam modo existit, non sicut notitiam principiorum tradens sed sicut id quod implicite et quodam modo in potentia in principiis continebatur educendo in actum per quaedam signa sensibilia exteriori sensui ostensa, sicut supra dictum est.

Angelus vero, quia naturaliter habet lumen intellectuale perfectius quam homo, ex utraque parte potest homini esse causa sciendi, tamen inferiori modo quam Deus et superiori quam homo. Ex parte enim luminis, quamvis non possit intellectuale lumen infundere ut Deus facit, potest tamen lumen infusum confortare ad perfectius inspiciendum: omne enim quod est in aliquo genere imperfectum, quando continuatur perfectiori in genere illo magis confortatur virtus eius, sicut etiam videmus in corporibus quod corpus locatum confortatur per corpus locans quod comparatur ad ipsum ut actus ad potentiam, ut habetur in IV Physicorum. Ex parte etiam principiorum potest angelus hominem docere, non quidem ipsorum principiorum notitiam tradendo ut Deus facit, neque deductionem conclusionum ex principiis sub signis sensibilibus proponendo ut homo facit, sed in imaginatione aliquas formas formando quae formari possunt ex commotione organi corporalis, sicut patet in dormientibus et mente captis qui secundum diversitatem fumositatum ad caput ascendentium diversa phantasmata patiuntur. Et hoc modo « commixtione alterius spiritus fieri potest ut ea quae ipse angelus scit, per imagines huiusmodi ei cui immiscetur, ostendat », ut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram.

1. Ad primum igitur dicendum quod angelus invisibiliter docens docet quidem interius per comparationem ad doctrinam hominis qui sensibus exterioribus doctrinam proponit, sed per comparationem ad doctrinam Dei, qui intra mentem operatur lumen infundendo, doctrina angeli exterior reputatur.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis intentio voluntatis cogi non possit, tamen intentio sensitivae partis cogi potest, sicut cum quis pungitur, necesse habet intendere ad laesionem; et ita est etiam de omnibus aliis virtutibus sensitivis quae utuntur organo corporali; et talis | intentio sufficit ad imaginationem. 99vb

A 224 sit] fit *praem.* pA 237 ignotorum] in no *praem.* pA 249 secundum] h *add.* pA 292 hominis *hic* A] humanam *hic et* hominis *post* qui sensibus pA 294 Dei] divinam *praem.* pA 296 exterior] quasi *praem.* pA 299 sensitivae *em.* A] *conf.* pA 300 intendere ad laesionem] ex l *praem.* pA

Φ 236 prius] principiis Σ 246 quasi] quedam *add.* Φ 270 in *om.* Φ P 284 fumositatum] fantasmatum Φ 286 spiritus] specie Σ (-δ^1) speciei β δ^1 288 immiscetur] admiscetur Φ 301 etiam *om.* Φ

240 sicut...artificem: Averroes ut supra q. 10 a. 13 129. 260 supra: a. 2. 275 *Phys.* IV 8 (213 a 1 sqq.), cf. etiam Averroes ibid. comm. 49 (IV, 146 H). 281 commotione...: Arist. *De insomn.* cap. 3 (461 a 15) ut refert Thomas *I Pars* q. 84 a. 8 ad 2. 289 Cap. 12 (PL 34, 464).

3. Ad tertium dicendum quod angelus nec lumen gratiae infundit nec lumen naturae, sed lumen naturae divinitus infusum confortat, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod, sicut in naturalibus est agens univocum quod eodem modo imprimit formam sicut eam habet, et agens aequivocum quod alio modo habet quam imprimat, ita etiam est et de doctrina quia homo docet hominem quasi univocum agens; unde per illum modum scientiam alteri tradit quo ipse eam habet, scilicet deducendo causas in causata; unde oportet quod ipsi conceptus docentis patefiant per aliqua signa discenti. Sed angelus docet quasi agens aequivocum: ipse enim intellectualiter cognoscit quod homini per viam rationis manifestatur; unde non hoc modo homo ab angelo docetur quod angeli conceptus homini patefiant, sed quia in homine scientia causatur secundum suum modum earum rerum quas angelus longe alio modo cognoscit.

5. Ad quintum dicendum quod Dominus loquitur de illo modo doctrinae qui soli Deo competit, ut patet per glosam ibidem; et hunc modum docendi angelo non adscribimus.

6. Ad sextum dicendum quod ille qui docet non causat veritatem sed causat cognitionem veritatis in discente: propositiones enim quae docentur sunt verae etiam antequam sciantur quia veritas non dependet a scientia nostra sed ab existentia rerum.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis scientia quae a nobis acquiritur per doctrinam sit de rebus indeficientibus, tamen ipsa scientia deficere potest; unde non oportet quod illuminatio doctrinae sit a lumine indeficienti; vel si est a lumine indeficienti sicut a primo principio, non tamen excluditur omnino lumen creatum defectibile quin possit esse sicut principium medium.

8. Ad octavum dicendum quod in discipulis Christi notatur quidam fidei profectus ut primo eum venerarentur quasi hominem sapientem et magistrum et postea ei intenderent quasi Deo docenti; unde quaedam glosa parum infra dicit « Quia cognovit Nathanael Christum absentem vidisse quae ipse in alio loco gesserat, quod est indicium deitatis, fatetur non solum magistrum sed et Dei Filium ».

9. Ad nonum dicendum quod angelus non manifestat veritatem ignotam per hoc quod substantiam suam demonstret, sed aliam veritatem magis notam proponendo vel etiam lumen intellectus confortando, unde ratio non sequitur.

10. Ad decimum dicendum quod intentio Augustini non est dicere quin mens angelica sit excellentioris naturae quam mens humana, sed quia non ita cadit angelus medius inter Deum et mentem humanam ut mens humana per coniunctionem ad angelum ultima formatione formetur; ut quidam posuerunt quod in hoc consistit ultima hominis beatitudo quod intellectus noster intelligentiae continuetur cuius beatitudo est in hoc quod continuatur ipsi Deo.

11. Ad undecimum dicendum quod in nobis sunt quaedam vires quae coguntur ex subiecto et obiecto, sicut vires sensitivae quae excitantur et per commotionem organi et per fortitudinem obiecti. Intellectus vero non cogitur ex subiecto cum non utatur organo corporali, sed cogitur ex obiecto quia ex efficacia demonstrationis cogitur quis conclusioni consentire; affectus vero neque ex subiecto neque ex obiecto cogitur sed proprio instinctu movetur in hoc vel illud. Unde in affectum non potest imprimere nisi Deus qui interius operatur; sed in intellectum potest imprimere quodam modo etiam homo vel angelus repraesentando obiecta quibus intellectus cogatur.

12. Ad duodecimum dicendum quod ange-

A 318 angelus] deus *praem.* pA 332 sciantur] doceantur *praem.* pA 336 acquiritur] acqui *conf. et in fine lin. praem.* pA 343 medium] l *praem.* pA 351 indicium] ind *conf. praem.* pA 355 aliam] l *praem.* pA 364 formatione] forma *praem.* pA 368 ipsi] *idem conf. praem.* pA 370 in nobis] affectus *praem.* pA 385 angelus] int *praem.* pA

Φ 311 modo] nomine Σ 312 imprimat] –mit Φ 315 ipse] *om.* γ δ homo α 318 agens] *om.* Σ (-δ^1) *post* aequivocum δ^1 323 secundum] per Φ 324 quas] qua α γ que β 332 etiam *om.* Φ 335-343 Ad septimum...medium (*scil. sol. ad* 7^m) *om.* α δ 349 Quia] quod Φ 350 ipse in] in ipso Φ 368 continuatur] continuetur Φ 372 et obiecto *om.* Φ 374 fortitudinem] formationem α δ formam β aliam formationem formam γ 383 etiam *om.* Φ

348 *Glossa ordin.* super Ioh. 1^{49}. 365 quidam: cf. Averroes *De anima* III comm. 36 (VI^1, 174 E sqq.), vide etiam infra q. 18 a. 5 ad 8. 375 non...corporali: Arist. *De anima* III 7 (429 a 26), ut dicitur infra q. 18 a. 8 arg. 2.

lus neque creat species in mente nostra, neque immediate phantasmata illuminat; sed per continuationem luminis eius cum lumine intellectus nostri noster intellectus potest efficacius phantasmata illustrare. Et tamen si etiam immediate phantasmata illustraret, non propter hoc sequeretur quod positio illorum philosophorum esset vera: quamvis enim intellectus agentis sit illustrare phantasmata, posset tamen dici quod non eius solius.

13. Ad tertium decimum dicendum quod imaginatio potest accipere ea quae sunt in intellectu humano sed per alium modum, et similiter intellectus humanus potest capere quae sunt in intellectu angelico suo modo; sed tamen, quamvis intellectus hominis magis conveniat cum imaginatione subiecto in quantum sunt unius animae potentiae, tamen cum intellectu angelico magis convenit genere quia uterque est immaterialis virtus.

14. Ad quartum decimum dicendum quod spirituale nihil prohibet esse proportionatum ad hoc quod in corporale agat quia nihil prohibet quod inferiora a superioribus patiantur.

15. Ad quintum decimum dicendum quod angelus non est causa homini quantum ad illam cognitionem qua cognoscit res per essentiam, sed quantum ad illam qua cognoscit per similitudines; non quod angelus sit propinquior rebus quam earum similitudines, sed in quantum facit rerum similitudines in mente resultare vel movendo imaginationem vel lumen intellectus confortando.

16. Ad sextum decimum dicendum quod creare importat causalitatem primam quae soli Deo debetur, facere vero importat causalitatem communiter, et similiter docere quantum ad scientiam; et ideo solus Deus dicitur creator, sed factor et doctor potest dici et Deus et angelus et homo.

17. Ad septimum decimum dicendum quod etiam de his quae habent causas determinatas in natura potest plura docere angelus quam homo, sicut et plura cognoscit; et ea etiam quae docet nobiliori modo docere, unde ratio non sequitur.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum docere sit actus vitae activae vel contemplativae. Et videtur quod sit actus contemplativae, « vita enim activa cum corpore deficit », ut Gregorius dicit Super Ezechielem; sed docere non deficit | cum corpore quia etiam angeli qui corpore carent docent, ut dictum est; ergo videtur quod docere ad vitam contemplativam pertineat. *100ra*

2. Praeterea, sicut dicit Gregorius Super Ezechielem, « ante activa vita agitur ut ad contemplativam postea veniatur »; sed doctrina sequitur contemplationem, non praecedit; ergo docere non pertinet ad vitam activam.

3. Praeterea, ut Gregorius dicit ibidem, « activa vita dum occupatur in opere minus videt »; sed ille qui docet necesse habet magis videre quam ille qui simpliciter contemplatur; ergo docere magis est contemplativae quam activae.

4. Praeterea, unumquodque per idem est in se perfectum et aliis similem perfectionem tradens, sicut per eundem calorem ignis est calidus et calefaciens; sed aliquem esse perfectum in consideratione divinorum in se ipso pertinet ad vitam contemplativam; ergo et

A 396 tertium decimum] xiii *hic* A aliud pA (*cf. notatio insequens*) 397 imaginatio] xiij (*signis consuetis suo loco restituit* A) quod (quod *casu non del.* A, *et delevimus*) *praem.* pA 398 et...intellectus humanus] set tamen intellectus huma *praem.* pA 407 spirituale] lux intellectus angelici *praem.* pA 417 movendo (*ex* innovendo pA) *em.* A 422 et] *quandam litt. imp. praem.* pA 424 sed] *idem praem.* pA
5 docere non] non *praem.* pA 16 opere] *quoddam verbum conf.* (*fort.* homine *?*) *praem.* pA 17 qui *em.* A] *conf.* pA 23 tradens *em.* A] *conf.* pA 24 sed] cont *add.* pA

Φ 393 agentis] *om.* α γ *ante* intellectus δ 395 eius] est Φ 401 hominis] humanus Φ 402 imaginatione] in *add.* Φ P 404 genere] in *praem.* Φ 417 vel[1]] in *add.* Φ lumen *om.* Σ 418 intellectus] –lectum Σ 424 sed *om.* Σ doctor] dator Σ (–δ[1]) 429 et[1]] alia *add.* Φ
11 vita *om.* Σ

1 Parall.: *II-II* q. 181 a. 3; *Super Sent. III* d. 35 q. 1 a. 3 qc. 1 ad 3. 5 II hom. 2 (PL 76, 954 A). 7 dictum est: supra a. 3. 11 II hom. 2 (PL 76, 954 D). 15 Ut hic supra (PL 76, 954 C).

doctrina, quae est eiusdem perfectionis transfusio in alium, ad vitam contemplativam pertinet.

5. Praeterea, vita activa circa temporalia versatur; sed doctrina praecipue versatur circa aeterna, illorum enim excellentior est doctrina et perfectior; ergo doctrina non pertinet ad vitam activam sed contemplativam.

SED CONTRA est quod Gregorius in eadem Omelia dicit « Activa est vita panem esurienti tribuere, verbum sapientiae nescientem docere ».

2. Praeterea, opera misericordiae ad vitam activam pertinent; sed docere inter eleemosynas spirituales computatur; ergo docere est vitae activae.

RESPONSIO. Dicendum quod contemplativa et activa vita ad invicem fine et materia distinguuntur. Materia namque activae vitae sunt temporalia circa quae humanus actus versatur; materia autem contemplativae sunt rerum scibiles rationes quibus contemplator insistit. Et haec materiae diversitas provenit ex diversitate finis sicut et in omnibus aliis materia secundum finis exigentiam determinatur: finis enim contemplativae vitae est inspectio veritatis, – prout nunc de vita contemplativa agimus –, veritatis dico increatae secundum modum possibilem contemplanti, quae quidem in hac vita imperfecte inspicitur, in futura autem videbitur perfecte. Unde et Gregorius dicit quod « contemplativa vita hic incipitur ut in caelesti patria perficiatur »; sed activae finis est operatio qua proximorum utilitati intenditur.

In actu autem docendi invenimus duplicem materiam, in cuius signum etiam actus docendi duplici accusativo coniungitur: est siquidem una eius materia res ipsa quae docetur, alia vero cui scientia traditur. Ratione igitur primae materiae actus doctrinae ad vitam contemplativam pertinet, sed ratione secundae pertinet ad vitam activam. Sed ex parte finis doctrina solummodo ad vitam activam pertinere invenitur quia ultima materia eius, in qua finem intentum consequitur, est activae vitae materia; unde magis ad activam vitam pertinet quam ad contemplativam quamvis etiam aliquo modo ad contemplativam pertineat, ut ex dictis patet.

1. Ad primum ergo dicendum quod vita activa secundum hoc cum corpore deficit quod cum labore exercetur et subvenit infirmitatibus proximorum, secundum quod Gregorius ibidem dicit quod « activa vita laboriosa est quia desudat in opere », quae duo in futura vita non erunt. Nihilominus tamen actio hierarchica est in caelestibus spiritibus, ut Dionysius dicit, et illa actio est alterius modi ab activa vita quam nunc agimus in hac vita; unde et illa doctrina quae ibi erit, longe est alia ab ista doctrina.

2. Ad secundum dicendum quod Gregorius ibidem dicit « Sicut bonus ordo vivendi est ut ab activa vita in contemplativam tendatur, ita plerumque utiliter a contemplativa animus ad activam reflectitur ut per hoc quod contemplativa mentem accenderit perfectius activa teneatur ». Sciendum tamen quod activa contemplativam praecedit quantum ad illos actus qui in materia nullo modo cum contemplativa conveniunt, sed quantum ad illos actus

A 60 autem] ergo *praem.* pA 67 ex] quia *praem.* pA 70 consequitur] *idem conf. praem.* pA 80 tamen] erit ibi *add.* pA 81 dicit *em.* A] *conf.* pA 82 vita] de *add.* pA 83 quam (*e* qua pA) *em.* A (*cf. nota superior*) unde et] et *praem.* pA 92 activa] que *add.* pA

Φ 28 vitam] *om.* Σ *ante* pertinet β 36 verbum] verbo Φ 53 secundum] dico *add.* Φ (-δ^1) dico *praem.* δ^1 54 vita *om.* Φ (-δ) 55 videbitur] vita Σ vita *praem.* β (*cf. nota superior*) 57 incipitur] incipit Φ in caelesti patria] in futura vita Σ in futura *praem.*, *et* vita *add.* β 58 activae] vite *add.* Φ 62 accusativo] accusatio (*seu* accusationi) *plerique codd.* Φ activo P 67 vitam *om.* Φ 68 invenitur] videtur Φ 71 vitam *om.* Φ (-δ^1) 72 aliquo modo] quodam modo Φ 84 alia *om.* Φ 86 quod] sicut *add.* Φ 90 hoc *om.* Φ 94 in materia *om.* Φ

35 Ut hic supra (PL 76, 953 A). 39 docere...computatur: cf. Thomas *Super Sent. IV* d. 15 q. 2 a. 3 qc. 2 arg. 1. 49 secundum finis exigentiam: Arist. ut infra q. 12 a. 2 78. 56 *In Ez.* II hom. 2 (PL 76, 954 A). 61 actus...coniungitur: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. docere ' et construitur cum duobus diversis accusativis, uno designante rem in quam transit eorum actus et altero designante rem cuius respectu ille actus transit in rem alterius accusativi, ut doceo te grammaticam ' (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. 46^{rb}). 78 *In Ez.* II hom. 2 (PL 76, 954 B). 81 *De cael. hier.* cap. 3 § 1 (PG 3, 164 D; Dion. 785). 87 *In Ez.* II hom. 2 (PL 76, 954 D).

qui materiam a contemplativa suscipiunt necesse est ut activa contemplativam sequatur.

3. Ad tertium dicendum quod visio docentis est principium doctrinae, sed ipsa doctrina magis consistit in transfusione scientiae rerum visarum quam in earum visione; unde visio docentis magis pertinet ad contemplationem quam ad actionem.

4. Ad quartum dicendum quod ratio illa probat quod vita contemplativa sit principium doctrinae, sicut calor non est ipsa calefactio sed calefactionis principium; invenitur autem contemplativa vita esse activae principium in quantum eam dirigit, sicut e converso activa vita ad contemplativam disponit.

5. Ad quintum patet solutio ex dictis quia respectu materiae primae doctrina cum contemplativa convenit, ut dictum est.

A 96 necesse] s *praem.* pA 101 visione] . § ad q *add.* pA

Φ 96 suscipiunt] vita accipiunt Φ

QUAESTIO DUODECIMA

De prophetia

1. *Utrum prophetia sit habitus vel actus.*
2. *Utrum prophetia sit de conclusionibus scibilibus.*
3. *Utrum prophetia sit naturalis.*
4. *Utrum ad prophetiam habendam requiratur dispositio naturalis.*
5. *Utrum ad prophetiam requiratur bonitas morum.*
6. *Utrum prophetae videant in speculo aeternitatis.*
7. *Utrum in revelatione prophetica imprimantur divinitus in mentem prophetae novae rerum species vel solum intellectuale lumen.*
8. *Utrum omnis revelatio prophetica fiat angelo mediante.*
9. *Utrum propheta semper quando a spiritu prophetiae tangitur a sensibus alienetur.*
10. *Utrum prophetia convenienter dividitur in prophetiam praedestinationis, praescientiae et comminationis.*
11. *Utrum in prophetia inveniatur immobilis veritas.*
12. *Utrum prophetia secundum visionem intellectualem tantum sit eminentior ea quae habet visionem intellectualem simul cum imaginaria visione.*
13. *Utrum gradus prophetiae distinguantur secundum visionem imaginariam.*
14. *Utrum Moyses fuerit excellentior aliis prophetis.*

Articulus primus

Quaestio est de prophetia. Et primo quaeritur utrum sit habitus vel actus. Et videtur quod non sit habitus quia, ut dicit Commentator in III De anima, habitus est quo quis quando vult operatur; sed propheta non potest prophetia uti cum voluerit, sicut patet IV Reg. III[15] de Elisaeo qui regi quaerenti responsum dare non potuit nisi vocato psalte ut sic super eum manus Domini fieret; ergo prophetia non est habitus.

2. Praeterea, quicumque habet aliquem habitum cognitivum potest ea quae subsunt illi habitui considerare sine hoc quod ab alio accipiat: qui enim ad hoc quod consideret indiget instruente nondum habet habitum; sed propheta non potest inspicere prophetabilia nisi singillatim ei revelentur, unde IV Reg. IV[27] dixit Elisaeus de muliere cuius filius erat defunctus « Anima eius in amaritudine est et Dominus celavit a me et non indicavit mihi »; ergo prophetia non est habitus cognoscitivus, nec alius esse potest cum ad | cognitionem pro- *100rb*
phetia pertineat.

3. Sed dicebat quod ad hoc habitu aliquo propheta indiget ut ea quae sibi divinitus indicantur cognoscere possit. — Sed contra, divina locutio est efficacior quam humana; sed ad hoc quod aliquis ex humana locutione intelligat aliquid esse futurum, nullo habitu indiget; ergo videtur quod multo minus ad percipiendam revelationem qua Deus prophetae loquitur.

A 3 non *sup. lin.* A] *om.* pA 7 IV Reg.] Regum *praem.* pA heliseo A, *et sic deinceps* 8 psalte] salte A 12 potest] scire *add.* pA 17 sigillatim A 19 Anima] dimitte *praem.* pA (*cf. Vulg.*) 25 indicantur *scrips.*] indicatur (*casu compl. abbrev. om.*) A

Φ 7 IV *om.* Φ 8 vocato] vocate Φ (-δ) vocare δ^2 14 indiget] –digent Φ (-δ) 17 IV *om.* Φ 25 sibi] sunt α β δ^1 sunt *add.* γ sicut δ^2 ibi P

1 Parall.: *II-II* q. 171 a. 2; *Super I Cor.* cap. 14 lect. 6. 4 Comm. 18 (VI[1], 161 B).

4. Praeterea, habitus sufficit ad omnia cognoscenda quae subsunt habitui; sed per donum prophetiae aliquis non instruitur de omnibus prophetabilibus: ut enim dicit Gregorius in I Omelia Super Ezechielem et exemplis probat, « aliquando spiritus prophetiae ex praesenti tangit animum prophetantis et ex futuro nequaquam tangit, aliquando ex futuro tangit et ex praesenti non tangit »; ergo donum prophetiae non est habitus.

5. Sed dicebat quod dono prophetiae non subsunt omnia prophetabilia, sed illud tantum ad cuius revelationem datur. — Sed contra, influentia aliqua coartari non potest nisi vel ex parte influentis vel ex parte recipientis; sed influentia prophetici doni non recipit coartationem quominus ad omnia prophetabilia se extendat ex parte recipientis quia intellectus humanus est capax cognitionis omnium prophetabilium, nec ex parte influentis cuius est largitas infinita; ergo donum prophetiae ad omnia prophetabilia se extendit.

6. Praeterea, ex parte affectivae se ita habet quod per unum gratiae influxum ab omni culpa anima liberatur; ergo et ex parte intellectus ita erit quod ex influentia unius prophetici luminis ab omni ignorantia prophetabilium anima purgabitur.

7. Praeterea, habitus gratuitus est perfectior quam acquisitus; sed habitus acquisitus se extendit ad plures actus; ergo et prophetia, si sit habitus gratuitus, non se extendet ad unum tantum prophetabile sed ad omnia.

8. Praeterea, si de singulis conclusionibus singuli habitus habeantur, illi habitus non uniantur in unius totalis scientiae habitu nisi conclusiones illae connexionem habeant secundum quod ex eisdem principiis deducuntur; sed huiusmodi futura contingentia et alia de quibus est prophetia non habent aliquam connexionem ad invicem sicut habent conclusiones unius scientiae; ergo sequetur quod, si donum prophetiae ad unum tantum prophetatum se extendit, in uno propheta tot sint prophetiae habitus quot prophetabilia cognoscit si prophetia sit habitus.

9. Sed dicebat quod habitus prophetiae semel infusus ad omnia prophetabilia se extendit, requiritur tamen nova revelatio quantum ad specierum aliquarum ostensionem. — Sed contra, habitus prophetiae infusus debet esse perfectior quam habitus scientiae acquisitae et lumen propheticum quam lumen naturale intellectus agentis; sed ex virtute luminis intellectus agentis et habitu scientiae adiuncto etiam ministerio imaginativae virtutis possumus formare tot species quot sunt nobis necessariae ut exeamus in actualem considerationem eorum ad quae habitus se extendit; ergo multo fortius hoc potest propheta si habitum aliquem habet sine hoc quod ei aliquae species de novo ostendantur.

10. Praeterea, sicut habetur in glosa in principio Psalterii, « prophetia est divina inspiratio rerum eventus immobili veritate denuntians »; inspiratio vero non nominat habitum sed actum; ergo prophetia non est habitus.

11. Praeterea, videre est quoddam pati secundum Philosophum, ergo et visio passio; sed prophetia est visio quaedam, I Reg. IX[9] « Qui nunc dicitur propheta, olim dicebatur videns »; ergo prophetia non est habitus sed magis passio.

12. Praeterea, secundum Philosophum habitus est qualitas difficile mobilis; prophetia vero facile movetur quia non semper prophetae immanet sed ad tempus, unde Amos VII[14] super illud « Non sum propheta » dicit glosa « Spiritus non semper administrat prophetiam prophetis sed ad tempus, et tunc recte dicuntur prophetae cum illuminantur »; Gregorius

A 39 aliquando] et s *praem.* pA 49 ex] et *imp. praem.* pA 68 connexionem] ex *praem.* pA 78 habitus] ex *praem.* pA 88 exeamus in actualem] in actum *praem.* pA 92 aliquae] q *praem.* pA novo] mo *praem.* pA 95 Psalterii *em.* A] *conf.* pA 108 sum *em.* A] *conf.* pA

Φ 39 tangit[1]] et *add.* Φ 63 extendet] –dit Σ (-δ[2]) 66 uniantur]unientur Φ P 73 sequetur] sequitur Φ 76 quot] quo Φ (-δ[1]) 88 ut exeamus *om.* Φ 97 inspiratio vero] Sed inspiratio Φ 101 I *om.* Φ 107 immanet] ymnum (*seu* ympnum) α δ permanet β inest γ 107 VII *om.* Φ

36 I hom. 1 (PL 76, 788 B). 95 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 B-C) ex Cassiodori *Super Ps.* Praef. cap. 1 (PL 70, 12 B). 100 *De anima* II 7 et 10 (415 b 24 et 416 b 32). 101 I Reg. IX[9] ' Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), hic deficit recens. Veteris Latinae. 104 *Praedic.* cap. 8 (9 a 4) ut dicitur infra q. 27 a. 1 arg. 9, ad verbum profert Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 3 n. 23. 108 *Glossa ordin.* ibid.

etiam Super Ezechielem in I Omelia dicit quod « aliquando prophetiae spiritus prophetis deest nec semper eorum mentibus praesto est quatenus, cum hunc non habent, se agnoscant ex dono habere cum habent »; ergo prophetia non est habitus.

SED CONTRA, secundum Philosophum in III Ethicorum, « tria sunt in anima: potentia, habitus et passio »; sed prophetia non est potentia quia sic omnes essent prophetae cum potentiae animae omnibus sint communes; similiter nec est passio quia passio est tantum in parte animae sensitiva, ut dicitur in VII Physicorum; ergo prophetia est habitus.

2. Praeterea, omne quod cognoscitur, aliquo habitu cognoscitur; sed propheta ea quae denuntiat cognoscit, non autem habitu naturali vel acquisito; ergo aliquo habitu infuso quem dicimus prophetiam.

3. Praeterea, si prophetia non sit habitus, hoc non erit nisi quia propheta non potest sine nova acceptione omnia alia prophetabilia inspicere; sed hoc non impedit quin sit habitus quia etiam habens habitum communem principiorum non potest considerare particulares conclusiones alicuius scientiae nisi superaddatur aliquis habitus particularis scientiae; ergo et nihil prohibet prophetiam esse habitum quendam universalem et tamen ad singula prophetabilia cognoscenda requiri novam revelationem.

4. Praeterea, fides habitus quidam est omnium credibilium, nec habens tamen habitum fidei statim novit distincte omnia | credibilia *100va* sed indiget instructione ad hoc quod articulos distincte cognoscat; ergo etsi prophetia sit habitus, adhuc requiretur divina revelatio quasi quaedam allocutio ut propheta distincte prophetabilia cognoscat.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dicit glosa in principio Psalterii, « prophetia visio dicitur et propheta videns », ut patet I Reg. IX[9], ut supra dictum est. Non tamen quaelibet visio prophetia dici potest sed visio eorum quae sunt procul a communi cognitione, ut sic dicatur esse propheta non solum procul fans, id est annuntians, sed etiam procul videns a phanos, quod est apparitio. Cum autem omne quod manifestatur sub lumine quodam manifestetur, ut etiam haberi potest ab Apostolo Eph. V[13], oportet ut ea quae manifestantur homini supra cognitionem communem quodam altiori lumine manifestentur, quod lumen propheticum dicitur, ex cuius receptione aliquis propheta constituitur.

Sciendum est autem quod aliquid recipitur in aliquo dupliciter: uno modo ut forma in subiecto consistens, alio modo per modum passionis; sicut pallor in eo qui naturaliter vel ex aliquo forti accidente hunc colorem habet est ut quaedam qualitas, in eo vero qui subito ex aliquo timore pallescit est ut quaedam passio. Similiter etiam et lumen corporale est quidem in stellis ut stellarum qualitas, utpote quaedam forma in eis permanens, in aere vero est ut quaedam passio quia lumen non retinet sed recipit tantum per appositionem corporis lucidi.

In intellectu igitur humano lumen quoddam est quasi qualitas vel forma permanens, scilicet lumen essentiale intellectus agentis ex quo anima nostra intellectualis dicitur. Sic autem lumen propheticum in propheta esse non potest. Quicumque enim aliqua cognoscit intellectuali lumine quod est ei effectum quasi connaturale ut forma in eo consistens, oportet quod de eis fixam cognitionem habeat, quod esse non potest nisi ea inspiciat in principio in quo possunt cognosci: quamdiu enim non fit re-

A 122 animae] h *praem.* pA 154 ut supra] qui nunc *praem.* pA (*cf. supra lin.* 101) 156 dicatur esse] intelli *praem.* pA 158 a phanos *coniunctim* A 181 quasi] int *add.* pA 188 habeat] scilicet *add.* pA 189 ea inspiciat] eorum cog *praem.* pA

Φ 125 prophetia *om.* Φ 138 et *om.* Φ 148 requiretur] –ritur Φ 153 I *om.* Φ 155 eorum] earum Φ (-δ[1]) 178 appositionem] oppositionem Φ

112 I hom. 1 (PL 76, 792 D). 119 Rectius II c. 4 (1105 b 20) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 33[v]). 125 *Phys.* VII 6 (248 b 27). 152 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 C). 157 procul fans: non invenimus, cf. tamen Albertus *Postilla super Ier.* I[5] (ed. Col. XIX p. 635,18). 170 sicut pallor...passio: cf. Arist. *Praedic.* c. 8 (9 b 20 sqq.).

solutio cognitorum in sua principia cognitio non firmatur in uno, sed apprehendit ea quae cognoscit secundum probabilitatem quandam utpote ab aliis dicta, unde necesse habet de singulis acceptionem ab aliis habere. Sicut si aliquis nesciret geometriae conclusiones ex principiis deducere habitum geometriae non haberet, sed quaecumque de conclusionibus geometriae sciret apprehenderet quasi credens docenti, et sic indigeret ut de singulis instrueretur: non enim posset ex quibusdam in alia pervenire firmiter, non facta resolutione in prima principia.

Principium autem in quo possunt cognosci futura contingentia et alia quae cognitionem naturalem excedunt, de quibus est prophetia, est ipse Deus; unde cum prophetae Dei essentiam non videant, non possunt ea quae prophetice vident cognoscere aliquo lumine quod sit quasi quaedam forma habitualis eis inhaerens, sed oportet quod de singulis singillatim instruantur. Unde oportet quod lumen propheticum non sit habitus sed magis sit in anima prophetae per modum cuiusdam passionis, ut lumen solis in aere; unde, sicut lumen non remanet in aere nisi apud irradiationem solis, ita nec lumen praedictum remanet in mente prophetae nisi quando actualiter divinitus inspirantur. Et inde est quod sancti de prophetia loquentes, de ea per modum passionis loquuntur dicentes eam esse inspirationem vel tactum quendam quo Spiritus Sanctus dicitur tangere cor prophetae, et aliis huiusmodi verbis de prophetia loquuntur; et sic patet quod, quantum ad lumen propheticum, prophetia non potest esse habitus.

Sed sciendum quod, sicut est in rebus corporalibus quod aliquid post passionem etiam passione abeunte efficitur habilius ad patiendum – sicut aqua calefacta prius facilius postmodum post infrigidationem calefiet, et homo post frequentes tristitias facilius ad tristitiam provocatur –, ita etiam quando mens aliqua divina inspiratione tangitur, etiam illa inspiratione abeunte remanet habilior ad iterato recipiendum, sicut post devotam orationem remanet mens devotior; unde propter hoc, ut Augustinus dicit in libro De orando Deum, « ne mens quae curis et negotiis tepescere coeperat omnino refrigescat et penitus extinguatur nisi crebrius inflammetur, certis horis ad negotium orandi mentem revocamus ». Unde et mens prophetae postquam fuerit semel vel pluries divinitus inspirata, etiam actuali inspiratione cessante remanet habilior ut iterum inspiretur; et haec habilitas potest habitus prophetiae dici, sicut etiam Avicenna dicit in VI De naturalibus quod habitus scientiarum in nobis nihil aliud sunt quam habilitates quaedam animae nostrae ad hoc quod recipiat illustrationem intelligentiae agentis et species intelligibiles ab ea in se effluentes. Sed tamen non proprie potest dici habitus sed magis habilitas vel dispositio quaedam a qua aliquis nominatur propheta etiam quando actu non inspiratur. Tamen ne fiat vis in vocabulo habitus, sustinentes utramque partem utrisque rationibus respondeamus.

1. Ad primum igitur dicendum quod diffinitio illa inducitur de habitu proprie accepto; et sic habilitas praedicta prophetandi habitus dici non potest. Per quem tamen modum potest dici habitus secundum opinionem Avicennae etiam habilitas animae nostrae ad recipiendum ab intelligentia agente quia illa receptio est naturalis secundum eius opinionem; unde in eo qui habet habilitatem, habet in potestate recipere cum vult quia influentia naturalis non deest materiae dispositae. Sed influentia prophetiae dependet ex sola divina volun-

A 208 ea quae] de *praem.* pA 211 sigillatim A 218 inspirantur *sic* A 235 habilior] ab *praem.* pA iterato] *idem conf. praem.* pA 238 ne] nisi *praem.* pA 239 mens] nostrum desiderium (desiderium *nimis abbreviatum in fine lin. primo deletum*) desiderium *praem.* pA 252 tamen] magis *add.* pA 255 Tamen *sup. lin.* A] Vnde pA 265 naturalis] *idem mac. praem.* pA 265 secundum...unde] vn *praem.* pA

Φ 192 firmatur] formatur Φ 201 non *om.* Φ (-δ) 217 prophetae *om.* Σ 218 inspirantur] –ratur Φ P 228 etiam passione] *hom. om.* β in passione α passione γ *inv.* δ^2 et passione δ^1 239 coeperat] cepit β ceperit Σ 246 haec *om.* Φ (-δ) 250 illustrationem] illuminationem Φ 266 in potestate] potestatem Φ *om.* P

194 utpote ab aliis dicta: Arist. ut supra q. 2 a. 1 250 in nota. 219 sancti: cf. supra arg. 4 et arg. 10. 238 *Epist. 130* c. 9 (PL 33, 501). 247 Sive *De anima* V c. 6 (f. 26^{v}).

tate; unde quantacumque sit habilitas in mente prophetae, non est in eius potestate ut prophetia utatur.

100vb 2. Ad secundum dicendum quod, | si lumen propheticum inesset menti ut habitus quidam scientiae de rebus prophetatis, non indigeret propheta ad quaelibet prophetabilia cognoscenda nova revelatione; indiget autem quia illud lumen non est habitus. Sed habilitas ipsa ad lumen percipiendum similitudinem habitus habet, sine quo lumine prophetabilia cognosci non possunt.

3. Ad tertium dicendum quod post perceptionem divinae locutionis qua prophetam alloquitur interius, quae nihil aliud est quam mentis illustratio, non requiritur aliquis habitus quo interius audita percipiantur; sed ad hanc locutionem percipiendam tanto magis videtur habilitas aliqua operari quanto ista locutio est excellentior et eius perceptio vires naturales excedit.

4. Ad quartum patet solutio ex dictis.

5. Ad quintum dicendum quod lumen propheticum semel infusum non facit cognitionem de omnibus prophetabilibus, sed solum de illis propter quorum cognitionem datur; haec autem artatio non provenit ex impotentia largientis, sed ex ordine sapientiae ipsius qui dividit « singulis prout vult ».

6. Ad sextum dicendum quod omnia peccata mortalia habent in hoc convenientiam quandam quod per eorum quodlibet homo separatur a Deo; unde gratia quae hominem Deo coniungit, ab omni peccato mortali liberat, non autem ab omni veniali quia venialia a Deo non separant. Res autem prophetabiles non habent ad invicem connexionem nisi in ipso ordine divinae sapientiae; unde ab his qui divinam sapientiam totaliter non intuentur potest unum sine alio videri.

7. Ad septimum dicendum quod habitus infusus est perfectior quam acquisitus secundum genus suum, scilicet ratione originis et ratione eius propter quod datur, quod est altius eo ad quod ordinatur habitus acquisitus; sed quantum ad modum habendi vel perficiendi nihil prohibet habitum acquisitum perfectiorem esse, sicut patet quod per habitum fidei infusum non ita perfecte videmus credibilia sicut per habitum scientiae acquisitum conclusiones scientiarum. Et similiter lumen propheticum, quamvis sit infusum, non tamen ita perfecte in nobis existit sicut habitus acquisiti; quod etiam dignitati infusorum habituum attestatur, quia ex eorum altitudine contingit ut humana infirmitas eos plene possidere non possit.

8. Ad octavum dicendum quod ratio illa procederet si lumen quo perfunditur mens prophetae esset habitus, non autem si ponimus habilitatem ad percipiendum lumen praedictum esse habitum vel quasi habitum cum ex eodem possit esse aliquis habilis ut illuminetur de quocumque.

9. Ad nonum dicendum quod qualiter formatio specierum de novo requiratur ad propheticam revelationem infra dicetur.

10. Ad decimum dicendum quod, licet inspiratio habitum non nominet, tamen ex hoc non potest probari quod prophetia non sit habitus: consuetum est enim quod habitus per actus diffiniantur.

11. Ad undecimum dicendum quod videre secundum Philosophum dupliciter dicitur, scilicet habitu et actu; unde et visio actum et habitum nominare potest.

12. Ad duodecimum dicendum quod lumen propheticum non est qualitas difficile mobilis sed aliquid transiens, et secundum hoc loquuntur auctoritates inductae; sed habilitas illa quae remanet ad illustrationem denuo percipiendam non est facile mobilis, immo diu permanet nisi in propheta fiat magna transmutatio per quam talis habilitas tollatur.

1. Ad primum vero eorum quae sunt in contrarium dicendum quod, quia actus totaliter

A 270 habilitas] *conf. et imp. idem praem.* pA 271 in *sup. lin.* A] *om.* pA 283 qua (*supplete* Deus) A 306 ipso *em.* A] ipsor (*cf.* ordine) pA 314 ad quod] q *praem.* pA 324 contingit] confi (*seu* const) *praem.* pA 327 quo] prophetabilia *add.* pA 350 immo...nisi] nisi *praem.* pA

Φ 275 prophetatis] propheticis Φ 278 illud *om.* Σ 283 qua (*induc.* A) Φ 328 ponimus] ponamus Φ 330 cum] tunc Φ 334 propheticam]–tandam α β –tandum δ 346 difficile] difficilis Φ mobilis *om.* Φ (-γ)

298 « singulis...: I Cor. XII[11]. 335 infra: a. 7. 342 *Topic.* I c. 15 (106 b 18).

ab habitu oritur, ideo in illa Philosophi divisione actus ad habitum reducitur, vel etiam ad passionem eo quod passio actus quidam animae est, ut irasci et concupiscere; prophetia autem quantum ad ipsam visionem prophetae est actus quidam mentis, quantum vero ad lumen, quod raptim et quasi pertranseunter percipitur, est similis passioni, prout in intellectiva parte receptio passio dicitur, quia intelligere etiam quoddam pati est, ut dicitur in III De anima. — Vel potest dici quod illa divisio Philosophi, si membra divisionis proprie accipiantur, non sufficienter comprehendunt omnia quae in anima sunt sed ea tantum quae ad materiam pertinent moralem de qua Philosophus intendit; sicut etiam patet per exempla quibus ibidem Philosophus se exponit.

2. Ad secundum dicendum quod non omne quod cognoscitur sub aliquo habitu cognoscitur sed solum illud de quo perfecta cognitio habetur: sunt enim actus imperfecti in nobis qui ex habitu non procedunt.

3. Ad tertium dicendum quod in scientiis demonstrativis sunt quaedam communia in quibus particulares conclusiones quasi in quibusdam seminibus virtualiter continentur, unde ille qui habet habitum illorum communium non se habet ad particulares conclusiones nisi in potentia remota quae indiget motore ut in actum pertingat; sed in rebus prophetabilibus non est talis ordo ut quaedam ex aliis primis deducantur, ut sic qui habet primorum habitum habeat sub quadam confusione habitus secundorum, unde ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod intellectus alio modo perficitur prophetia et fide: prophetia enim perficit intellectum secundum se, unde oportet ut ea ad quae propheta est perfectus dono prophetiae possit distincte inspicere; sed fides perficit intellectum in ordine ad affectum, – actus enim fidei est intellectus imperati a voluntate –, unde per fidem intellectus nihil aliud habet nisi ut sit paratus ad assentiendum his quae Deus credi mandat. Et hinc est quod fides assimilatur auditui, sed prophetia visioni; et sic non oportet quod habens habitum fidei distincte cognoscat omnia credibilia, sicut oporteret de habente habitum prophetiae quod omnia prophetabilia distincte agnosceret.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum prophetia sit de conclusionibus scibilibus. Et videtur quod non quia prophetia est « inspiratio rerum eventus immobili veritate denuntians »; | eventus autem rerum dicuntur futura contingentia cuiusmodi non sunt conclusiones scientiae demonstrativae; ergo de talibus non potest esse prophetia. *101ra*

2. Praeterea, Ieronymus dicit quod prophetia est « signum divinae praescientiae »; praescientia autem de futuris est; cum igitur futura, praecipue contingentia de quibus maxime videtur esse prophetia, non possint esse conclusiones alicuius scientiae, videtur quod non possit de scibilibus conclusionibus esse prophetia.

3. Praeterea, natura non abundat superfluis nec deficit in necessariis, et multo minus Deus cuius actio est ordinatissima; sed homo ad sciendum conclusiones scientiarum demonstrativarum habet aliam viam quam per prophetiam, scilicet per principia per se nota; ergo videtur quod superfluum esset si huiusmodi per prophetiam cognoscerentur.

A 358 prophetia] . Vel potest dici *praem.* pA (*cf. infra lin.* 365) 363 receptio] imperfecta *praem.* pA 367 comprehendunt *sic* A : *mendum ipsius Thomae e* membra *attractionem logicam accipientis* 376 habitu] act (t *imp.*) *praem.* pA 386 primorum] *idem conf. praem.* pA 392 ad quae] de quibus *praem.* pA 399 auditui] *item, iterum item praem.* pA
1 prophetia sit *em.* A] prophetie subsit pA 8 prophetia *in marg.* A] scientia pA 11 de futuris est] est *praem.* A, *et delevimus* 15 non...de scibilibus] de huiusmodi *praem.* pA

Φ 361 raptim] raptum Φ (-δ^1) rapit δ^1 percipitur] recipitur Φ 367 comprehendunt]–hendit Φ 370 etiam *om.* Φ 386 habet] notitiam *add.* Φ habitum] habituum Φ 391 secundum] vel α β in δ^1 usque δ^2 401 oporteret] oportet Φ 403 agnosceret] cognosceret Φ agnoscat P
11 igitur] precipua *add.* Φ (-γ)

364 Cap. 4 (429 b 24) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 304,20).
1 Parall.: *II-II* q. 171 a. 3; *Super Ps.* L[8]; *Super Is.* I[1]; *Super Rom.* cap. 12 lect. 2; *Super I Cor.* cap. 12 lect. 1 et 2. 3 « inspiratio...: *Glossa* Petri Lomb. ut supra a. 1 95. 9 Ex *Glossa ordin.* super Matth. I[23]. 18 nec...necessariis: Arist. ut supra q. 8 a. 3 87 in nota.

4. Praeterea, diversus modus generationis est indicium diversitatis speciei, unde mures generati ex semine non sunt eiusdem speciei cum illis qui ex putrefactione generantur, ut dicit Commentator in VIII Physicorum; sed homines naturaliter conclusiones scientiarum demonstrativarum ex principiis per se notis accipiunt; si igitur sunt aliqui homines qui alio modo scientias demonstrativas accipiant, utpote per prophetiam, erunt alterius speciei, et aequivoce homines dicuntur, quod videtur absurdum.

5. Praeterea, scientiae demonstrativae sunt de his quae se habent indifferenter ad omne tempus; sed prophetia non similiter se habet ad omne tempus, immo ' quandoque spiritus prophetarum tangit cor prophetae de praesenti et non de futuro, quandoque e contrario', ut Gregorius dicit Super Ezechielem; ergo prophetia non est de illis de quibus est scientia.

6. Praeterea, ad ea quae per prophetiam sciuntur, non eodem modo se habet mens prophetae et cuiuscumque alterius; sed « in omnibus quae sciuntur per demonstrationem, idem est iudicium prophetae et cuiuscumque alterius scientis illud, et neuter alteri praefertur », ut dicit Rabbi Moyses; ergo de his quae per demonstrationem sciuntur non est prophetia.

SED CONTRA, prophetis non credimus nisi quatenus spiritu prophetiae inspirantur; sed illis quae sunt scripta in libris prophetarum oportet nos fidem adhibere etiam si pertineant ad conclusiones scientiarum, utpote quod dicitur « Qui firmavit terram super aquas », vel si qua sunt alia huiusmodi; ergo prophetiae spiritus inspirat prophetas etiam de conclusionibus scientiarum.

2. Praeterea, sicut se habet gratia signorum ad operandum ea quae sunt supra virtutem naturae, ita se habet donum prophetiae ad cognoscendum ea quae naturalem cognitionem excedunt; sed per gratiam signorum non solum fiunt ea quae natura facere non potest, ut puta illuminare caecos et suscitare mortuos, sed etiam quae natura facere potest, ut curare febrientes; ergo per donum prophetiae non solum cognoscuntur ea ad quae naturalis cognitio non potest attingere, sed etiam ea ad quae naturalis cognitio attingere potest, cuiusmodi sunt conclusiones scientiarum, et sic videtur quod de eis possit esse prophetia.

RESPONSIO. Dicendum quod in omnibus quae sunt propter finem materia determinatur secundum exigentiam finis, ut patet in II Physicorum; donum autem prophetiae datur ad utilitatem Ecclesiae, ut patet I Cor. XII[7] « Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem », et subiungit multa inter quae connumerat prophetiam; unde omnia illa quorum cognitio potest esse utilis ad salutem est materia prophetiae, sive sint praeterita, sive praesentia, sive futura, sive etiam aeterna, sive necessaria sive contingentia; illa vero quae ad salutem pertinere non possunt, sunt extranea a materia prophetiae. Unde Augustinus dicit II Super Genesim ad litteram quod ' quamvis auctores nostri sciverint cuius figurae sit caelum, tamen per eos dicere noluit nisi quod prodest saluti ', et Ioh. XVI[13] dicitur « Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem », glosa « saluti necessariam ». Dico autem necessaria ad salutem, sive sint necessaria ad instructionem fidei, sive ad informationem morum; multa autem quae sunt in scientiis demonstrata ad haec possunt esse utilia, utpote intellectum esse incorruptibilem et ea quae in creaturis considerata in admirationem divinae sapientiae et po-

A 27 non] et *praem.* pA 31 ex principiis] per d *praem.* pA 33 scientias *em.* A] *conf.* pA 49 ut dicit] ergo videtur quod *praem.* pA 58 ergo] etc. *add.* pA 65 gratiam] donum *praem.* pA signorum] sig *mac. praem.* pA 71 ad *sup. lin.* A] *om.* pA 74 de] *litt. imp. add.* pA 86 illa vero] et hoc est quod dicit Augustinus secundo super genesim *praem.* pA (*cf. lin.* 88) 92 XVI] qui *praem.* pA 99 et ea quae in creaturis] creaturas habere *praem.* pA

Φ 29 in *om.* Σ 33 accipiant] accipiunt Σ *om.* β 35 dicuntur] dicentur Φ videtur] est Φ 41 e *om.* Φ 56 utpote] ut patet Φ 65 gratiam] genera Φ 68 febrientes] febricitantes Φ 70 ea ad] ad Φ (-γ) ea γ 79-82 Unicuique... prophetiam *om.* α δ 83 est] sunt Φ 84 sive praesentia *om.* Φ

29 Comm. 46 (IV, 387 E), cf. etiam *Metaph.* II comm. 15 (VIII, 35 D). 42 I hom. 1 (PL 76, 788 B). 50 *Dux neutr.* II c. 34. 56 dicitur: Ps. CXXXV[6]. 61 gratia signorum: cf. I Cor. XII[9]. 78 *Phys.* II 15 (200 a 15). 89 Cap. 9 (PL 34, 270). 93 *Glossa interlin.* ibid.

testatis inducunt; unde et de his in sacra Scriptura invenimus fieri mentionem.

Sciendum tamen quod, cum prophetia sit cognitio eorum quae sunt procul, non eodem modo se habet ad omnia praedicta; quaedam enim sunt procul a nostra notitia ex parte ipsorum, quaedam vero ex parte nostra: ex parte quidem ipsorum sunt procul futura contingentia quae per hoc non cognoscibilia sunt quod ab esse deficiunt cum nec in se sint nec in causis suis determinentur; sed ex parte nostra sunt procul illa in quorum cognitione accidit difficultas propter nostrum defectum, non propter ea cum sint maxime cognoscibilia et perfectissime entia, sicut res intelligibiles et praecipue aeternae. Quod autem competit alicui secundum se verius competit ei quam quod competit sibi ratione alterius; unde et futura contingentia verius sunt procul a cognitione quam quaecumque alia, et ideo praecipue videntur ad prophetiam pertinere in tantum quod quasi praecipua prophetiae materia in diffinitione prophetiae ponantur in hoc quod dicitur « prophetia est divina inspiratio rerum eventus » etc.; ex quo etiam nomen prophetiae videtur esse acceptum, unde dicit Gregorius Super Ezechielem quod « cum ideo prophetia dicta sit quod futura praedicat, quando de praeterito vel praesenti loquitur rationem sui nominis amittit ».

Eorum vero quae sunt procul ex parte nostra est etiam consideranda quaedam distinctio: quaedam enim sunt procul utpote omnem cognitionem humanam excedentia, ut Deum esse trinum et unum, et alia huiusmodi, et talia non sunt conclusiones scientiarum; | *101rb* quaedam vero sunt procul utpote excedentia cognitionem alicuius hominis, non cognitionem humanam simpliciter, utpote quae a doctis per demonstrationem sciuntur, sed indocti naturali cognitione ad ea non pertingunt sed quandoque elevantur ad ea revelatione divina, et huiusmodi non sunt prophetabilia simpliciter sed respectu huius, et sic possunt subesse prophetiae conclusiones demonstratae in scientiis.

1. Ad primum igitur dicendum quod eventus rerum ponuntur in diffinitione prophetiae quasi materia maxime propria prophetiae, non autem ita quod sit tota prophetiae materia.

2. Et similiter dicendum ad secundum quod ratione principalis suae materiae prophetia signum praescientiae dicitur.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis conclusiones scientiarum possint sciri alio modo quam per prophetiam, non tamen est superfluum ut lumine prophetiae ostendantur quia firmius adhaeremus prophetarum dictis per fidem quam demonstrationibus scientiarum; et in hoc etiam Dei gratia commendatur et ipsius perfecta scientia ostenditur.

4. Ad quartum dicendum quod causae naturales habent determinatos effectus cum earum virtutes sint finitae et limitatae ad unum, et ideo quae a diversis causis naturalibus producuntur in esse secundum diversum generationis modum oportet esse specie diversa; sed virtus divina, cum sit infinita, potest producere eosdem effectus in specie sine operatione naturae quos natura producit; unde non sequitur quod, si ea quae naturaliter cognosci possunt divinitus revelentur, quod illi qui diversimode cognitionem accipiunt specie differant.

5. Ad quintum dicendum quod licet prophetia interdum sit de his quae diversis temporibus distinguuntur, interdum tamen est de illis quae per omne tempus sunt vera.

6. Ad sextum dicendum quod Rabbi Moyses non intelligit quin de his quae per demonstrationem sciuntur possit fieri revelatio prophetae, sed quia ex quo per demonstrationem sciuntur non differt an de eis habeatur prophetia vel non.

A 107 parte[1]] *litt. imp. add.* pA 119 a cognitione quam] quam *praem.* pA 131 ex parte] ex (*conf.*) par *casu non del. praem.* A, *et delevimus* 134 ut...et alia] et al *praem.* pA 135 et talia...quaedam vero] quedam vero *praem.* pA 142 huiusmodi] sic *praem.* pA 149 sit A (*et* Φ) tota] sola *praem.* pA 178 per demonstrationem] de *praem.* pA

Φ 109 cognoscibilia sunt] cognoscuntur Σ 132 est...distinctio] est consideranda similiter quedam distinctio Φ (-δ^1) quedam distinctio consideranda est similiter δ^1 154 possint] possunt Φ 168 operatione] opere Φ

101 sacra Scriptura: e. g. Eccl. XII[7] ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 79, Rom. I[20] sec. Thomam supra q. 8 a. 3 228. 113 propter nostrum defectum...aeternae: Boetius et Averroes ut supra q. 2 a. 5 115 et 116. 123 dicitur: *Glossa* Petri Lomb. ut supra a. 1 95. 127 I hom. 1 (PL 76, 786 A).

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum prophetia sit naturalis. Et videtur quod sic: potior enim est cognitio vigilantis quam dormientis; sed dormientibus naturaliter contingit ut futura praevideant, sicut patet in divinationibus somniorum; ergo multo fortius in vigilando aliqui naturaliter possunt futura praevidere; hoc autem est prophetae officium; ergo aliquis naturaliter potest esse propheta.

2. Sed dicebat quod vigilantis cognitio est potior quantum ad iudicium, sed dormientis quantum ad receptionem. — Sed contra, secundum hoc vis cognoscitiva potest de re aliqua iudicare quod speciem eius recipit, iudicium ergo receptionem sequitur; ergo ubi est potior receptio est etiam perfectius iudicium; et sic, si dormiens est potior in recipiendo, debet esse potior in iudicando.

3. Praeterea, intellectus non ligatur somno nisi per accidens, in quantum dependet a sensu; sed iudicium intellectus non dependet a sensu cum intellectus operatio secundum hoc a sensibus tantum dependeat quod a sensibus accipit, iudicium autem est post acceptionem; ergo intellectus iudicium non est ligatum in somno, et sic videtur distinctio posita nulla esse.

4. Praeterea, illud quod contingit alicui ex hoc ipso quod ab aliis separatur, convenit ei secundum suam naturam, sicut ex hoc ipso quod ferrum a rubigine separatur accidit ei claritas, unde claritas est ei naturalis; sed ex hoc ipso quod anima a sensibus corporeis abstrahitur, competit ei futura praevidere, ut Augustinus ostendit XII Super Genesim ad litteram multis exemplis; ergo videtur quod praevidere futura sit ipsi animae humanae naturale, et sic idem quod prius.

5. Praeterea, Gregorius in IV Dialogorum dicit quod « ipsa aliquando animarum vis subtilitate sua aliquid praevidet, aliquando autem exiturae de corpore animae per revelationem ventura cognoscunt »; sed illa quae anima potest inspicere ex sua subtilitate naturaliter inspicit; ergo anima naturaliter futura cognoscere potest, et sic naturaliter habere prophetiam quae praecipue in futurorum visione consistit.

6. Sed dicebat quod futura quae anima naturali cognitione praevidet sunt illa quae habent causas determinatas in natura; sed prophetia est etiam de aliis futuris. — Sed contra, ea quae dependent ex libero arbitrio non habent causas determinatas in natura; sed ea quae anima ex sua subtilitate praevidet omnino ex libero arbitrio dependent – sicut patet per exemplum Gregorii quod ibi ponit de quodam qui cum infirmaretur et esset dispositum de eius sepultura in quadam ecclesia, morti approinquans surrexit et se induens praedixit se velle ire per viam Appiam ad ecclesiam Sancti Sixti; cumque post modicum defunctus esset, quia longum erat iter ad ecclesiam ubi sepeliri debebat, « repente orto consilio exeuntes cum eius funere per viam Appiam nescientes quae ille dixerat, in ecclesia Sancti Sixti eum posuerunt », quod tamen, ut Gregorius subiungit, « praedicere non potuit nisi quia id quod futurum erat eius corpori ipsa vis animae ac subtilitas praevidebat » –; ergo illa etiam futura quae ex naturalibus causis non dependent possunt naturaliter ab homine praevideri, et sic idem quod prius.

7. Praeterea, ex causis naturalibus non po-

A 10-26 Sed dicebat... nulla esse *in marg. inf. lineis abcissis* (*ubi deficit* A *littera secundum codices* F *et* P *completur*) A] *om.* pA 10 vigilantis] dor[1] (*inc.* dormientis) *praem.* pA 11 quantum...sed dormientis] set dor[1] *praem.* pA 13 cognoscitiva] cognos *et marg.abcissa* A 16 iudicium] i *et marg. abcissa* A sic] *idem conf. praem.* pA 20 accidens] a *et marg.abcissa* A 21 iudicium] in iudicando *praem.* pA 22 intellectus] in iudicando no *add.* pA 23 tantum] *marg.abcissa def.* A 26 sic videtur] *marg.abcissa def.* A 41 animae *hic* A] *post* revelationem pA 47 Sed dicebat] Preterea *praem.* pA 50 etiam] *idem conf. praem.* pA 59 ire] *idem conf. praem.* pA 60 syxti A 64 syxti A 68 futura *hic* A] *post* causis pA

Φ 13 re aliqua] aliquo Φ 20 in quantum] scilicet *praem.* Φ 23 tantum *om.* Φ 26 sic] ita Φ 27 contingit] convenit Φ P 28 aliis] alio Φ 32 corporeis] corporis Φ 40 sua] aliquando *add.* Φ 46 visione] precognitione Φ 55 quod] qui Φ 58 induens] induerit Φ (-γ) 59 Appiam] appii (*seu* apii) Φ (-γ) 61 ad ecclesiam *om.* Σ 64 ille] ipse Φ dixerat] dixerit Φ

1 Parall.: *II-II* q. 172 a. 1. 5 divinationibus somniorum: Arist. *De divin. per somn.* cap. 1 (462 b 12 sqq.) ut refert Thomas *II-II* q. 172 a. 1 arg. 2. 35 Cap. 13 (PL 34, 464). 38 Cap. 26 (PL 77, 357 C). 55 ibi: cap. 26 (PL 77, 360 A). 65 Cap. 26 (PL 77, 360 B).

test accipi significatio super ea quae naturaliter non fiunt; sed astrologi accipiunt ex motibus corporum caelestium significationes super prophetia; ergo prophetia est naturalis.

8. Praeterea, philosophi in scientia naturali non determinaverunt nisi de his quae naturaliter possunt accidere; determinavit autem Avicenna in VI De naturalibus de prophetia; ergo prophetia est naturalis.

9. Praeterea, ad prophetiam non requiruntur nisi tria, scilicet claritas intelligentiae et perfectio virtutis imaginativae et potestas animae, ut ei materia exterior oboediat, ut Avicenna ponit in VI De naturalibus; sed haec tria possunt accidere naturaliter; ergo naturaliter potest aliquis propheta esse.

10. Sed dicebat quod naturaliter potest intellectus et imaginatio perfici ad praecognoscendum futura naturalia, sed de his non est prophetia. — Sed contra, ea quae dependent ex causis inferioribus dicuntur esse naturalia; sed Isaias praevidit et praedixit Ezechiam fore moriturum, Is. XXXVIII[1], et hoc secundum rationes inferiores, ut per glosam ibidem habetur; ergo etiam praecognitio naturalium futurorum est prophetia.

11. Praeterea, divina providentia rebus in esse productis tribuit ut in se habeant ea sine quibus conservari non possunt, sicut in humano corpore posuit membra quibus sumitur et decoquitur cibus sine quo mortalis vita non conservatur; sed humanum genus non potest
101va | sine societate conservari: unus enim homo non sufficit sibi in necessariis ad vitam, unde homo « naturaliter est animal politicum », ut dicitur in VIII Ethicorum; societas autem conservari non potest sine iustitia, iustitiae vero regula est prophetia; ergo naturae humanae est inditum ut ad prophetiam naturaliter homo pervenire possit.

12. Praeterea, in quolibet genere naturaliter invenitur illud quod est perfectissimum in genere illo; sed perfectissimum in genere hominum est propheta qui secundum id quod est in homine potius, scilicet intellectum, alios transcendit; ergo naturaliter potest homo ad prophetiam pervenire.

13. Praeterea, plus distant proprietates Dei a proprietatibus creaturarum quam proprietates rerum futurarum a rebus praesentibus; sed naturali cognitione homo per proprietates creaturarum in cognitionem Dei pervenire potest, ut patet Rom. I[20] « Invisibilia Dei per ea quae facta sunt » etc.; ergo et naturaliter ex his quae sunt potest homo in cognitionem futurorum pervenire, et sic naturaliter potest esse propheta.

14. Sed dicebat quod, quamvis Deus magis distet in essendo, tamen futura magis distant in cognoscendo. — Sed contra, eadem sunt principia essendi et cognoscendi; ergo illud quod est magis distans secundum esse est etiam magis distans secundum cognitionem.

15. Praeterea, Augustinus in libro De libero arbitrio distinguit tria genera bonorum, scilicet parvum, magnum et medium; sed prophetia non computatur inter parva bona quia huiusmodi sunt bona corporalia, nec iterum inter bona maxima quia huiusmodi sunt quibus recte vivitur et quibus nullus abuti potest, quae prophetiae competere non videntur; ergo restat quod prophetia ad media bona pertineat quae sunt bona naturalia animae, et sic videtur quod sit naturalis.

16. Praeterea, Boetius dicit in libro De duabus naturis quod uno modo natura dicitur omne illud ' quod potest agere vel pati '; sed

A 74 motibus corporum] corporibus *praem.* pA 81 est] *litt. imp. praem.* pA 83 scilicet...et perfectio] perf *praem.* pA 83 et] *litt. imp. praem.* pA 84 animae] ad *add.* pA 94 fore (*e* forem pA) *em.* A 118 transcendit *em.* A] *conf.* pA 132 cognoscendi] cognod *praem.* pA

Φ 75 prophetia] prophetiam Φ 91 naturalia] natura Σ (-δ[1]) 94 Ezechiam] ysaiam Φ (-δ) ysaiam *praem.* pδ[2] 95 XXXVIII] xxxiiii (seu 34) Φ (-δ[2]) 97 etiam] et Φ 105 homo] *om.* Σ *ante* enim β 106 unde...politicum *om.* Σ 108 in *om.* Φ P 108 VIII] *om.* α iv(*seu* 4) *post* Ethic. Φ (-α) 113 naturaliter *om.* Φ 116 qui] quia Φ 125 ut patet *om.* Σ per ea...sunt *om.* Φ 146-152 Praeterea...naturalis (*scil. arg.* 16) *om.* α *post* propheta[180] δ

80 Sive *De anima* IV c. 4 (f. 20[vb] D). 86 Hic supra. 96 *Glossa ordin.* ex August. *De Gen. ad litt.* VI c. 17 (PL 34, 350). 99 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex Avicennae *Metaph.* X c. 2 (f. 108[va]) et Moysis Maim. *Dux neutr.* II c. 41. 108 Cap. 14 (1162 a 17) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 164[r]). 113 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex Avicennae *Metaph.* X c. 1 (f. 107[vb]) et Moysis Maim. *Dux neutr.* II c. 33. 132 principia... cognoscendi: Arist. ut supra q. 8 a. 11 25. 136 II c. 19 (PL 32, 1267). 147 *Contra Eut. et Nest.* cap. 1 (PL 64, 1341 C).

ad hoc quod aliquis sit propheta requiritur quaedam spiritualis passio, scilicet receptio luminis prophetici, ut supra dictum est; ergo videtur quod prophetia sit naturalis.

17. Praeterea, si agenti naturale est agere et patienti naturale est pati, oportet quod passio sit naturalis; sed ipsi Deo naturale est quod perfectionem prophetiae hominibus infundat quia ipse secundum suam naturam bonus est et bono naturalis est sui communicatio; similiter etiam humanae menti naturale est quod a Deo recipiat cum eius natura non consistat nisi ex his quae a Deo recipit; ergo prophetiae susceptio est naturalis.

18. Praeterea, cuilibet potentiae naturali passivae respondet aliqua naturalis activa potentia; sed in anima humana est naturalis potentia ad recipiendum lumen prophetiae; ergo etiam est aliqua naturalis potentia activa per quam aliquis in actum prophetiae adducitur, et ita videtur quod prophetia sit naturalis.

19. Praeterea, homo naturaliter est perfectioris cognitionis quam alia animalia; sed quaedam alia animalia naturaliter sunt praescia eorum futurorum maxime quae ad eos pertinent, sicut patet de formicis quae praesciunt pluvias futuras et pisces etiam quidam praenuntiant tempestates futuras; ergo etiam et homo naturaliter debet esse praescius eorum quae ad ipsum pertinent, et sic videtur quod homo naturaliter possit esse propheta.

SED CONTRA est quod dicitur II Petri I[21] « Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines ».

2. Praeterea, illud quod dependet ex causa extrinseca non videtur esse naturale; sed prophetia dependet ex causa extrinseca quia scilicet prophetae in speculo aeternitatis legunt; ergo videtur quod prophetia non sit naturalis.

3. Praeterea, illa quae insunt nobis naturaliter sunt in potestate nostra; sed « in potestate prophetae non erat habere spiritum praedicendi futura », ut patet per glosam II Petri I[19] super illud « Habemus firmiorem propheticum sermonem » etc.; ergo prophetia non est naturalis.

4. Praeterea, ea quae sunt naturalia sunt ut in pluribus; sed prophetia est in valde paucis; ergo non est naturalis.

RESPONSIO. Dicendum quod aliquid dicitur naturale dupliciter: uno modo quia eius principium activum est natura, sicut naturale est igni ferri sursum; alio modo quando natura est principium dispositionum ipsius, non quarumlibet, sed earum quae sunt necessitas ad talem perfectionem, sicut dicitur quod infusio animae rationalis est naturalis in quantum per operationem naturae corpus efficitur dispositum dispositione quae est necessitas ad animae susceptionem.

Fuit igitur quorundam opinio quod prophetia esset naturalis primo modo quia dicebant « animam habere in se ipsa quandam vim divinationis », ut Augustinus narrat XII Super Genesim ad litteram; sed hoc ipse ibidem improbat quia si hoc esset, tunc in potestate sua haberet anima quandocumque vellet futura praecognoscere, quod manifeste apparet esse falsum. Et praeterea hoc apparet esse falsum quia natura mentis humanae nullius cognitionis

A 158 sui] *idem praem.* pA 173 eos *sic* A pertinent] q *et litt. imp. praem.* pA 181 1 *em.* A] ij pA 182 humana allata] a *praem.* pA 182 aliquando] est *add.* pA 183 inspirati (*ex* inspiranti pA) *em.* A 188 aeternitatis] eter *conf. praem.* pA 212 dicebant] ut Augustinus dicit *add.* pA (*cf. lin.* 214) 218 praecognoscere] pre *mac. praem.* pA

Φ 154 est *om.* Φ 158 sui] sua Φ 165-167 sed...activa *om.* α δ sed potentia naturalis passiva est in anima humana ad receptionem prophetici luminis.ergo ei respondet aliqua potentia naturalis activa γ 169 prophetia] aliqua *praem.* Φ (-γ) aliqua γ 173 eos] ea Φ 176 etiam et] etiam Φ (-δ^1) et δ^1 181 1] ii (*induc.* pA) Φ P 182-184 allata...homines] etc. Φ 190-195 Praeterea...naturalis (*scil. arg. sed c.* 3) *om.* α δ (pγ) *post* naturalis[169] L M *in marg. infer.* Ot[3] 197-199 Praetera...naturalis (*scil. arg. sed c.* 4) *om.* P 199 non est naturalis] etc. Φ 206-209 talem...necessitas ad *hom. om.* P

151 supra: a. 1. 164 activa potentia: Averroes *Metaph.* IX comm. 11 (VIII, 236 G) ut refert Thomas infra q. 18 a. 2 79. 174 formicis: cf. Albertus *De animal.* XXVI n. 16 (St II, 1586) et Avicenna *De anima* V c. 1 (f. 22[va] B). 175 pisces: e. g. lolligo et delphinus, ut narrat Tullius *De divin.* II c. 70 n. 145 et Isid. *Etymol.* XII c. 6 (PL 82, 452 A). 188 speculo aeternitatis: cf. infra a. 6. 193 *Glossa ordin.* ibid. 203 igni ferri sursum: exemplum Arist. ut supra q. 1 a. 5 359 in nota. 204 dispositionum...necessitas: cf. supra q. 9 a. 3 73 in nota. 215 Cap. 13 (PL 34, 464).

naturaliter potest esse principium in quae non possit pervenire per principia per se nota quae sunt prima instrumenta intellectus agentis, ex quibus principiis in cognitionem futurorum contingentium perveniri non potest nisi forte per inspectionem aliquorum signorum naturalium, sicut medicus praecognoscit sanitatem vel mortem futuram et astrologus tempestatem futuram vel serenitatem; talis autem futurorum praecognitio non dicitur esse divinationis vel prophetiae sed magis artis. Unde alii dixerunt quod prophetia est naturalis secundo modo, quia scilicet natura ad talem dispositionem potest hominem perducere, quod erit in necessitate ad recipiendam per actionem alicuius superioris causae praescientiam futurorum; quae quidem opinio est vera de quadam prophetia, non autem de illa quae inter dona Spiritus Sancti ab Apostolo computatur.

Unde ad earum distinctionem habendam sciendum est quod futura contingentia | in *101vb* duobus praeexistunt antequam sint, scilicet in praescientia divina et in causis creatis quarum virtute futura illa educuntur in esse. In his autem duobus futura praeexistunt diversimode quantum ad duo: primo quantum ad hoc quod omnia quae praeexistunt in causis creatis praeexistunt etiam in divina praescientia sed non e converso cum quorundam futurorum rationes Deus in se retinuerit rebus creatis eas non infundendo, sicut eorum quae miraculose fiunt sola divina virtute, ut Augustinus dicit Super Genesim ad litteram; secundo quantum ad hoc quod futura in causis creatis quaedam praeexistunt mobiliter eo quod virtus causae quae est ordinata ad talem effectum inducendum potest aliquo eventu impediri, sed in divina praescientia omnia futura sunt immobiliter quia futura subduntur divinae praescientiae non solum secundum ordinem causarum suarum ad ipsa sed etiam secundum exitum ordinis vel eventum. Praecognitio igitur futurorum potest causari in mente humana dupliciter: uno modo ex hoc quod futura praeexistunt in mente divina, et haec prophetia donum Spiritus Sancti ponitur, et haec non est naturalis: illa enim quae fiunt divinitus sine causis naturalibus mediis non dicuntur esse naturalia sed miraculosa; huiusmodi autem futurorum revelatio fit absque mediis causis naturalibus cum non hoc modo revelentur prout rationes futurorum sunt in causis creatis sed prout sunt in mente divina a qua derivantur in mentem prophetae. Alio modo ex virtute causarum creatarum, prout scilicet in virtutem imaginativam humanam possunt aliqui motus fieri ex virtute caelestium corporum in quibus praeexistunt quaedam signa futurorum quorundam, et secundum quod intellectus humanus ex illuminatione intellectuum separatorum, utpote inferior, natus est instrui et ad aliqua cognoscenda elevari; et haec prophetia modo praedicto potest dici naturalis.

Differt autem haec prophetia naturalis ab ea de qua nunc loquimur in tribus: primo in hoc quod futurorum praevisionem habet immediate a Deo illa de qua nunc loquimur, quamvis angelus possit esse minister prout agit in virtute divini luminis, naturalis vero est ex propria actione causarum secundarum; secundo in hoc quod prophetia naturalis non se extendit nisi ad illa futura quae habent causas determinatas in natura, sed prophetia de qua loquimur indifferenter se habet ad omnia; tertio in hoc quod naturalis prophetia non infallibiliter praevidet, sed sicut praedicuntur illa quae sunt vera ut in maiori parte, prophetia vero quae est Spiritus Sancti donum infallibiliter praevidet, unde dicitur esse divinae praescientiae signum quia secundum illam infallibilitatem praevidet secundum quam futura sunt a Deo praescita. Et haec triplex differentia in diffinitione Cassiodori notari potest: prima

A 221 quae *neutr. plur.* A 235 ad recipiendam per] p *imp. praem.* pA 247 causis creatis] vir (*seu* ve) *praem.* pA 254 praeexistunt] sic *add.* pA 279 ex] et *praem.* pA 280 instrui *em.* A] *conf.* pA 284 tribus] *idem conf. praem.* pA 286 Deo *sup. lin.* A] virtute divina pA 301 Et haec] Vnde *praem.* pA

Φ 229 futuram *om.* Σ 230 praecognitio] cognitio Σ 235 recipiendam] –dum Φ 271 revelentur] –letur Φ 281 aliqua] alia Φ 286 nunc *om.* Φ (-γ) 293 tertio] item Σ

223 prima...agentis: Averroes ut refert Thomas supra q. 10 a. 13 129. 231 alii: Avicenna *De anima* V c. 6 (f. 26v) et Moyses Maim. *Dux neutr.* II c. 33 opinio 2a. 239 Cf. I Cor. XII10. 253 VI c. 14 (PL 34, 349). 298 dicitur: Hieron. ut refertur supra a. 2 9. 302 Ut supra a. 1 95.

in hoc quod dicit ' divina ', secunda in hoc quod dicit generaliter ' rerum eventus ', tertia in hoc quod dicit ' immobili veritate denuntians '.

Sed quantum ad hoc quod prophetia est de rebus necessariis ut de scibilibus manet duplex differentia, scilicet prima et secunda, quia per prophetiam naturalem non accipit homo immediate a Deo cognitionem illorum scibilium sed mediantibus causis secundis et per operationem causarum secundarum in virtute naturali sua agentium; nec iterum talis cognitio ad omnia necessaria se extendit sed solum ad illa quae possunt esse nota per prima principia quia ultra illa virtus luminis intellectus agentis non se extendit nec naturaliter in alia elevatur, sicut prophetia divina elevatur in quaedam quae sunt supra naturalem cognitionem, utpote Deum esse trinum et unum et aliqua huiusmodi. Sed tertia differentia removetur in hac materia quia utraque prophetia ita immobiliter et certissime facit scire huiusmodi scibilia necessaria sicut si scirentur per principia demonstrationis: per prophetiam enim utramque elevatur mens hominis ut quodam modo conformiter substantiis separatis intelligat, quae sicut principia ita et conclusiones simplici intuitu, sine deductione unius ex altero, certissime vident.

Utraque etiam prophetia differt a somnio et visione – ut somnium dicamus apparitionem quae fit homini in dormiendo, visionem vero quae fit in vigilando, tamen homine a sensibus abstracto – quia tam in somnio quam in visione simplici anima detinetur phantasmatibus visis vel totaliter vel in parte, ut scilicet inhaereat eis tamquam veris rebus vel totaliter vel in parte; sed in utraque prophetia, etsi aliqua phantasmata videantur in somnio vel visione, tamen anima prophetae illis phantasmatibus non detinetur, sed cognoscit per lumen propheticum ea quae videt non esse res sed similitudines aliquid significantes, et earum significationem cognoscit quia « intelligentia opus est in visione », ut dicitur Dan. x[1]. Et sic patet quod prophetia naturalis media est inter somnium et prophetiam divinam; unde et somnium dicitur esse pars vel casus prophetiae naturalis, sicut et prophetia naturalis est quaedam deficiens similitudo prophetiae divinae.

1. Ad primum igitur dicendum quod in cognitione duo est considerare, scilicet receptionem et iudicium de receptis. Quantum igitur ad iudicium de receptis, potior est vigilantis cognitio quam dormientis quia iudicium vigilantis est liberum sed dormientis ligatum, ut dicitur in libro De somno et vigilia. Sed quantum ad receptionem cognitio dormientis est potior quia quiescentibus sensibus ab exterioribus motibus interiores impressiones magis percipiuntur, sive sint ex substantiis separatis, sive ex caelestibus corporibus. Unde sic potest intelligi quod dicitur Num. xxiii de Balaam « qui cadit », scilicet in dormiendo, et « sic aperiuntur oculi eius ».

2. Ad secundum dicendum quod iudicium *102ra* non dependet tantum a receptione speciei, sed ex hoc quod ea de quibus iudicatur examinantur ad aliquod principium cognitionis, sicut de conclusionibus iudicamus eas in principia resolvendo. In somno igitur ligatis exterioribus sensibus interiores vires quasi quietatae ab exteriorum sensuum tumultibus magis percipere possunt interiores impressiones factas in intellectu vel in imaginatione ex illustratione divina vel angelica, vel ex virtute caelestium corporum aut etiam quorumcumque; sicut te-

A 304 generaliter] universaliter *praem.* pA 308 scilicet...quia] quia ratione *praem.* pA 318 sicut] set tertia differentia removetur *praem.* pA (*cf. lin.* 321) 334 quia] . In *praem.* pA 342 res sed] set *praem.* pA sed similitudines] simili *imp. praem.* pA 352 receptionem et iudicium] iudicium et *praem.* pA 356 ut dicitur...Sed quantum] set quantum *imp. praem.* pA 363 xxiii A] *legend.* xxiv 364 et « sic...oculi eius *in appendice col.* 101^{vb} 372 sensibus] quorum obiectis interiores vires in vigilando vehementer intendunt *add.* pA 372 interiores vires *restituit* A (*cf. notatio superior*) 377 aut *em.* A] *conf.* pA quorumcumque] quorundam *praem.* pA

Φ 303 dicit *om.* Φ 307 ut] vel Σ ubi β 318 in quaedam: *postea mutil. def. cod.* M (*ex* γ) *usque ad art.* 14 *eiusdem quaest. arg.* 1 *lin.* 4 per successiones *inclusive* 320 aliqua] alia Φ 325 enim] in *add.* α δ est in β 330 somnio] sompno Φ 334 somnio] sompno Φ (-δ^2) 339 somnio] sompno Φ (-δ^2) vel] in *add.* Φ 341 detinetur] determinatur Φ (-δ) 344 intelligentia] –tie Φ (-δ) 350 deficiens] indeficiens Φ 356 sed] iudicium *add.* Φ 361 percipiuntur] recipiuntur Φ 375 in *om.* Φ 377 etiam *om.* Φ P

348 pars: cf. Averroes *De divin. per somn.* (VI^2, 36 D); casus prophetiae: cf. Moyses Maim. *Dux neutr.* II c. 37. 357 Cap. 1 (454 b 10); quantum...corporibus: cf. Algazel *Metaph.* p. II tr. 5 7 (ed. Muckle, p. 191,17-19). 363 Rectius xxiv^4. 377 tenui phlegmate: exemplum Arist. *De somno* cap. 1 (463 a 13).

nui phlegmate decurrente ad linguam videtur dormienti quod dulcia comedat. Sed quia primum principium nostrae cognitionis est sensus, oportet ad sensum quodam modo resolvere omnia de quibus iudicamus; unde Philosophus dicit in III Caeli et mundi quod complementum artis et naturae est res sensibilis visibilis ex qua debemus de aliis iudicare, et similiter dicit in VI Ethicorum quod sensus est extremi sicut intellectus principiorum, extrema appellans illa in quae fit resolutio iudicantis. Quia igitur in somno ligati sunt sensus, non potest esse perfectum iudicium quin quantum ad aliquid homo decipiatur intendens rerum similitudinibus tamquam rebus ipsis, quamvis quandoque dormiens cognoscat de aliquibus quod non sunt res sed similitudines rerum.

3. Ad tertium dicendum quod iudicium intellectus non dependet a sensu hoc modo quod actus iste intellectus per organum sensibile exerceatur; indiget autem sicut extremo et ultimo ad quod resolutio fiat.

4. Ad quartum dicendum quod quidam posuerunt quod « anima rationalis in se ipsa habet vim quandam divinationis », ut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram; sed hoc ipse ibidem improbat quia si hoc esset, in promptu esset ei cum vellet futura praecognoscere, quod patet esse falsum. Non igitur propter hoc a sensibus abstracta interdum futura praevidet quia hoc ei secundum naturalem virtutem competat, sed quia per huiusmodi abstractionem efficitur habilior ad percipiendum impressiones illarum causarum ex quibus potest fieri aliqua praecognitio futurorum.

5. Ad quintum dicendum quod in verbis Gregorii est accipienda subtilitas animae, quam ponit causam praecognitionis futurorum, pro ipsa habilitate animae ad recipiendum a substantiis superioribus non solum secundum ordinem gratiae prout sanctis ab angelis quaedam revelantur, sed etiam secundum ordinem naturae prout inferiores intellectus secundum ordinem naturae nati sunt perfici a superioribus, et prout corpora humana subduntur impressionibus corporum caelestium in quibus est praeparatio ad aliquos futuros eventus, quos anima sua subtilitate praevidet per aliquas similitudines ex impressione caelestium corporum in imaginatione relictas.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis liberum arbitrium naturalibus causis non subdatur, tamen ad ea quae libero aguntur arbitrio naturales causae interdum facilitatem vel impedimentum praestant; sicut potuit in proposito vel pluvia aut nimius aestus taedium facere his qui portabant funus ne ad locum destinatum deferrent, quorum praecognitio fieri poterat per corpora caelestia.

7. Ad septimum dicendum quod, cum corpora humana corporibus caelestibus subdantur, ex motibus caelestium corporum potest accipi significatio super dispositione qualibet corporis humani; cum igitur aliqua complexio vel dispositio humani corporis sit quasi necessitas ad naturalem prophetiam, non est inconveniens si ex caelestibus corporibus significatio super naturali prophetia accipitur, non autem super prophetia quae est Spiritus Sancti donum.

8. Ad octavum dicendum quod illi philosophi naturales qui de prophetia determinaverunt non potuerunt tractare de prophetia de qua nunc loquimur, sed solum de naturali.

9. Ad nonum dicendum quod illorum trium unum non potest naturaliter animae competere, ut scilicet sit tantae virtutis quod ei materia exterior subdatur, cum etiam nec ipsis angelis ad nutum deserviat materia corporalis, ut

A 390 quin] quam *praem.* pA 397 iste (*ex* inste pA) *em.* A 401 rationalis] *idem conf. et imp. praem.* pA 405 ei] e *mac. praem.* pA 410 habilior] a *praem.* pA 424 praeparatio ad] prepad *praem.* pA 428 quod] illa *add.* pA 433 aestus] in *et litt. imp. add.* pA 436 caelestia] . Set si etiam hoc impedimentum nullo (*emendatum e* nullo impedimentum) modo a causis naturalibus dependeret *add.* pA

Φ 378 phlegmate (fleugmate A)] fleumate Φ decurrente] –renti Σ 386 est] *om.* α β δ^2 sunt γ sunt *post* extremi δ^1 403 XII] ii Φ 404-406 quia...falsum] sicut in responsione dictum est α δ 404 esset *om.* β γ (α δ *cf. nota superior*) 406 falsum] sicut in responsione dictum est (*cf. nota ad* quia[404]) *add.* β γ igitur] enim Φ 421 naturae *om.* Φ 431 interdum] *om.* δ *post* impedimentum Φ (-δ) 432 potuit] patuit Φ 433 pluvia aut] pluvia vel Φ pluant P 445 accipitur] –piatur Φ 448 naturales *om.* Φ 449 tractare] determinare α δ vel determinare *add.* β

380 primum...sensus: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota. 383 Cap. 7 (306 a 14) sec. transl. arabico-latinam (ed. Averroes V, 222 G). 386 *Ethic.* VI 7 (1142 a 25). 403 Cap. 13 (PL 34, 464) ut supra lin. 215.

Augustinus dicit; et sic in hoc non est sustinendum dictum Avicennae vel cuiuslibet alterius philosophi. Ex aliis vero duobus quae tangit obiectio, secundum quod naturaliter homini proveniunt, causatur prophetia naturalis, non illa de qua loquimur.

10. Ad decimum dicendum quod, quamvis per prophetiam naturalem non possint revelari nisi ea quae naturalibus causis subduntur, tamen per prophetiam divinam possunt non solum alia sed etiam ista cognosci.

11. Ad undecimum dicendum quod societas hominum secundum quod ordinatur ad finem vitae aeternae non potest conservari nisi per iustitiam fidei cuius principium est prophetia, unde dicitur Prov. XXVII « Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus »; sed cum hic finis sit supernaturalis et iustitia ad hunc finem ordinata, et prophetia quae est eius principium erit supernaturalis. Iustitia vero per quam gubernatur societas humana in ordine ad bonum civile, sufficienter potest haberi per principia iuris naturalis homini indita, et sic non oportet prophetiam esse naturalem.

12. Ad duodecimum dicendum quod hoc est ex nobilitate hominis quod in genere humano possit inveniri tam digna perfectio quae
102rb ex | nulla causa produci possit nisi supernaturali; talis autem perfectionis creaturae irrationales capaces non sunt, et ideo non oportet ut id quod est perfectissimum in genere hominum virtute naturae acquiratur, sed id tantum quod est perfectissimum secundum statum naturae, non autem quod est perfectissimum secundum statum gratiae.

13. Ad tertium decimum dicendum quod res aliqua dupliciter potest cognosci, scilicet an est et quid est. Quia vero proprietates creaturarum ex quibus cognitionem accipimus maxime distant a proprietatibus divinis, inde est quod de Deo cognoscere non possumus quid est; sed ex hoc ipso quod creaturae dependent a Deo, ex creaturis inspectis cognoscere possumus Deum esse. Sed quia praesentia a futuris non dependent, proprietates autem habent similes, idcirco ex rebus praesentibus non possumus scire an aliqua futura sint; possumus autem scire, si futura, quid vel qualia sint.

14. Ad quartum decimum dicendum quod Deus magis distat a creaturis quam una creatura ab alia quantum ad modum essendi, non autem quantum ad habitudinem quae est inter principium essendi et id quod habet esse ex tali principio; et ideo per creaturas cognoscimus Deum esse sed non quid est. E contrario autem est de cognitione futurorum contingentium per praesentia vel praeterita.

15. Ad quintum decimum dicendum quod prophetia reducitur ad maxima bona cum sit quoddam donum gratuitum: quamvis enim ea non recte vivatur ut immediato principio meritoriae operationis, tamen tota prophetia ad rectitudinem vitae ordinatur; nec iterum prophetia aliquis abutitur ita quod abusus ipse sit prophetiae actus, sicut aliquis abutitur potentia naturali: qui enim prophetia utitur ad quaerendum lucrum vel favorem hominum habet quidem actum prophetiae bonum qui est cognoscere occulta et denuntiare, sed abusus huius boni est actus cupiditatis vel alterius vitii; abutitur tamen aliquis prophetia etsi non ut principio actus, tamen ut obiecto, sicut etiam et virtutibus abutuntur qui de eis superbiunt, quamvis virtutes inter maxima bona computentur.

16. Ad sextum decimum dicendum quod non dicimus aliquid esse naturale a natura quolibet modo accepta sed secundum tertiam acceptionem quam Boetius ibidem ponit, prout scilicet « natura est principium motus » et quietis in eo in quo est « per se et non secundum accidens », alias oporteret dicere omnes actiones et passiones et proprietates esse naturales.

17. Ad septimum decimum dicendum quod

A 469 vitae *scrips.*] vitem (*cf.* finem) *casu* A 471 XXVII A] *legend.* XXIX 472 dissipabitur] dissi *mac. praem.* pA 475 erit supernaturalis] naturalis *praem.* pA 484 autem *sup. lin.* A] enim pA 511 per] *trans. ad lin. rep.* pA 517 ad rectitudinem] dr *praem.* pA 522 quaerendum lucrum] honorem *praem.* pA 534 Boetius] boe *et litt. imp. et conf. praem.* pA

Φ 463 possint] possunt Φ (-δ^1) 466 etiam] et Σ 478 principia] principalia Σ (-δ^1) iuris] *om.* Σ *post* naturalis β 478 naturalis] naturalia Σ 485 ut] quod Φ 501 similes] similitudines Φ (-δ) 515 ea *om.* Φ P 516 vivatur] uniatur Φ 516 principio] recte *add.* Σ 528 et *om.* Φ 531-538 Ad sextum decimum...naturales] *om.* α *post* ductum[575] δ

456 *De Trin.* III c. 8 (PL 42, 875) ut refert Thomas *I Pars* q. 65 a. 4 sed c. 471 Rectius XXIX[18]. 534 *Contra Eut. et Nest.* cap. 1 (PL 64, 1342 A).

communicare bonitatem suam est Deo naturale, id est naturae eius conveniens, non quod ex necessitate naturae communicet cum talis communicatio voluntate divina fiat secundum ordinem sapientiae quae sua dona omnibus distribuit ordinate; creaturae etiam naturale est quod a Deo recipiat bonitatem, non quamlibet sed eam quae suae naturae debetur, sicut homini debetur esse rationale, non lapidi aut asino; unde si aliqua perfectio divinitus recipiatur in homine, non oportet quod sit homini naturalis quando debitum naturae humanae excedit.

18. Ad duodevicesimum dicendum quod in anima humana est potentia passiva ad recipiendum lumen propheticum, non naturalis sed tantum potentia oboedientiae, sicut est in natura corporali ad ea quae mirabiliter fiunt; unde non oportet quod tali passivae respondeat potentia activa naturalis.

19. Ad undevicesimum dicendum quod animalia bruta non possunt esse praescia futurorum quae ad ea pertinent nisi illorum quae ex motu caeli dependent, ex cuius impressione movetur eorum imaginatio ad aliquid agendum quod competit significationi futurorum, et magis talis impressio in brutis habet locum quam in hominibus quia bruta, ut Damascenus dicit, « magis aguntur quam agant »; unde impressiones caelestium corporum sequuntur totaliter, non autem homo qui est liberae voluntatis; nec ex hoc debet dici brutum praescium futuri, quamvis ex eius actu alicuius futuri significatio accipi possit, quia non agit ad significationem futuri quasi rationem sui operis cognoscens sed magis a naturae instinctu ductum.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum ad prophetiam habendam requiratur dispositio naturalis. Et videtur quod sic: omnis enim perfectio quae non recipitur in aliquo nisi secundum dispositionem recipientis, requirit aliquam determinatam dispositionem in recipiente; sed prophetia est talis perfectio, ut patet Amos 1[2] super illud « Dominus de Sion rugiet », ubi dicit glosa Ieronymi « Naturale est », inquit, « ut omnes qui volunt rem rei comparare, ex eis rebus sumant comparationes quas sunt experti et in quibus sunt nutriti, verbi gratia, nautae suos inimicos ventis, damnum naufragio, sic pastores timorem suum rugitui leonis assimilant, inimicos dicunt leones, ursos vel lupos; et sic iste qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugitui leonis assimilat »; ergo prophetia aliquam determinatam dispositionem praeexigit in natura humana.

2. Praeterea, ad prophetiam requiritur bonitas imaginationis cum etiam per visionem imaginariam frequenter prophetia fiat; | sed ad bonitatem imaginativae virtutis requiritur bona dispositio et complexio organi; ergo ad prophetiam praeexigitur dispositio naturalis. *102va*

3. Praeterea, impedimentum naturale est fortius quam id quod accidentaliter supervenit; sed aliquae passiones accidentaliter supervenientes impediunt prophetiam, unde dicit Ieronymus Super Matthaeum « Tempore illo quo coniugales actus geruntur, praesentia Spiritus Sancti non dabitur etiamsi propheta esse videatur qui officio generationis obsequitur », nec hoc est propter culpam quia actus matri-

A 541 non] inde (*ut videtur*) *praem.* pA 554 non...sicut est in natura corporali] sicut est in materia *praem.* pA 574 magis] sicut *add.* pA
7 patet] *sup. lin. quoddam verbum breve et ras. del.* A *anceps* pA 18 aliquam...praeexigit] requirit *praem.* pA 29 dicit Ieronymus] quod in actu coniugali spiritus sanctus *add.* pA

Φ 540 suam] bonam Φ 553 anima humana] *inv.* β δ (*et testes maiores* α) humana natura anima *alii testes* α humana natura γ 574 a naturae...ductum] ductum (est *add.* β) ab instinctu nature Φ
7 patet] per *add.* Φ 8 Dominus] deus Φ 14 sic] sicut Φ 16 vel *om.* Σ 20-38 Praeterea...propheta (*scil. arg.* 2 *et* 3) *post* impedit[52] δ 22 frequenter *om.* Φ

566 *De fide* II c. 27 (PG 94, 960 D; Bt 153) ut refert Thomas infra q. 24 a. 2 sed c. 2.
1 Parall.: *II-II* q. 172 a. 3. 9 *Glossa ordin.* ibid. ex Hieron. *Comment. in Amos* ibid. (PL 25, 993 A-B). 20 Praeterea...: argumentum sumptum esse videtur ex Moysis Maim. *Dux neutr.* II c. 37. 30 Ieronymus: ita apud *Decretum* II causa 32 q. 2 c. 4 (ed. Friedberg I, 1120) et apud Petrum Lomb. *Lib. Sent.* IV d. 32 c. 3, rectius Origenes *Super Num.* hom. 6 n. 3 Rufino interprete (PG 12, 610 C).

monialis culpa caret, sed propter concupiscentiae passionem annexam; ergo multo fortius indispositio naturalis complexionis impedit aliquem ne possit fieri propheta.

4. Praeterea, natura ordinatur ad gratiam sicut gratia ad gloriam; sed gloria praeexigit gratiae perfectionem in eo qui debet ad gloriam pervenire; ergo et prophetia et alia dona gratuita praeexigunt naturalem dispositionem.

5. Praeterea, speculatio prophetiae est altior quam scientiae acquisitae; sed speculatio scientiae acquisitae impeditur per indispositionem naturalis complexionis, cum quidam sint ita indispositi ex naturali complexione quod vix aut numquam ad scientias acquirendas pertingere possint; ergo multo fortius indispositio naturalis complexionis speculationem prophetiae impedit.

6. Praeterea, « quae a Deo sunt, ordinata sunt », ut dicitur Rom. XIII[1]; sed donum prophetiae est a Deo; ergo ordinate ab eo distribuitur; sed non esset ordinata distributio si daretur ei qui non est ad eam habendam dispositus; ergo prophetia praeexigit naturalem dispositionem.

SED CONTRA, illud quod dependet ex solo arbitrio dantis non praeexigit aliquam dispositionem in recipiente; sed prophetia est huiusmodi, ut patet per hoc quod I Cor. XII[11], enumerata prophetia et aliis Spiritus Sancti donis subiungitur « Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult », et Ioh. III[8] dicitur « Spiritus ubi vult spirat »; ergo ad prophetiam habendam non praeexigitur dispositio naturalis.

2. Praeterea, I Cor. I[27] dicit Apostolus « Quae infirma sunt mundi elegit Deus ut confundat fortia et contemptibilia et ea quae non sunt ut ea quae sunt destrueret »; ergo dona Spiritus Sancti non praeexigunt de necessitate aliquam dispositionem in subiecto.

3. Praeterea, Gregorius dicit in Omelia Pentecostes « Implet Spiritus Sanctus citharoedum puerum et psalmistam facit, implet pastorem armentarium sycomoros vellicantem et prophetam facit »; ergo donum prophetiae non praeexigit aliquam dispositionem vel statum in eo cui datur, sed ex sola divina voluntate pendet eius collatio.

RESPONSIO. Dicendum quod in prophetia duo est considerare, scilicet ipsum prophetiae donum et huius doni iam percepti usum. Ipsum igitur prophetiae donum supra facultatem hominis existens a Deo datur, non virtute alicuius causae creatae quamvis prophetia naturalis ex virtute alicuius creaturae perficiatur in nobis, ut dictum est. Hoc autem differt inter operationem divinam et operationem creaturae quod, quia Deus sua operatione non solum formam sed et materiam producit, non praeexigat eius operatio sicut nec materiam ita nec dispositionem materialem ad effectum perficiendum. Nec tamen formam sine materia aut sine dispositione facit, sed simul potest materiam et formam condere unica operatione, vel etiam materiam quantumcumque indispositam ad debitam dispositionem reducere quae competat perfectioni quam inducit, sicut patet in suscitatione mortui: corpus enim mortuum est omnino indispositum ad animam recipiendam et tamen unico divino opere corpus et animam et dispositionem ad animam recipit; sed ad operationem creaturae praeexigitur et materia et debita materiae dispositio: non enim potest virtus creata ex quolibet quidlibet facere. Patet ergo quod prophetia naturalis praeexigit dis-

A 49 aut *em.* A] *conf.* pA 63 ut patet] ergo *praem.* pA per hoc] per *add.* pA 78 psalmistam] spal *praem.* pA facit *em.* A] *conf.* pA 79 sicchomoros A 86 doni *em.* A] *conf.* pA 94 sed] et *praem.* pA 102 inducit *em.* A] *conf.* pA

Φ 39-52 Praeterea...impedit (*scil. arg.* 4 *et* 5)] *om.* α *post* humana (*supra, lin.* 19) δ 50 possint] possunt β γ δ^2 (*def.* α) 63 XII enumerata] xiii (*seu* 13) enarrata Φ 65 autem *om.* Φ 66 atque...vult] etc. Φ 68-69 ergo...naturalis *om.* Φ 70-83 Praeterea...collatio (*scil. arg. sed c.* 2-3) *om.* α δ 72 contemptibilia] –tiva β γ (*def.* α δ) 79 sycomoros vellicantem] sicco mors velle creantem (cum autem Ot^3) γ (*def.* α δ) 82 in eo *om.* β γ (*def.* α δ) 90 creaturae] cause create Φ perficiatur] efficiatur Φ 91 autem *om.* Φ (-δ) 94 et] etiam Φ P praeexigat] –igit Φ 98 potest] et *add.* Φ (-δ^1) 99 condere] dare Σ 101 competat] –petit Φ 105 corpus et] *inv.* Φ (-δ) et *praem.* δ^2 corpus ad δ^1 108 debita] debite P disposita α γ

54 Rom. XIII[1] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), cf. etiam August. *Contra Gaudentium* I c. 19 (PL 43, 716). 77 *In Evang.* II hom. 30 (PL 76, 1225 D). 91 dictum est: supra a. 3.

positionem debitam naturalis complexionis; sed prophetia quae est Spiritus Sancti donum non praeexigit eam, exigit tamen quia simul cum dono prophetiae datur etiam prophetae dispositio naturalis quae sit ad prophetiam conveniens.

Usus autem prophetiae cuiuslibet est in potestate prophetae, et secundum hoc dicitur I Cor. XIV[32] quod « spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt »; et ideo ab usu prophetiae aliquis se ipsum impedire potest, et ad debitum prophetiae usum de necessitate dispositio debita requiritur cum prophetiae usus ex virtute creata prophetae procedat unde et determinatam dispositionem praeexigat.

1. Ad primum igitur dicendum quod quaedam dispositiones sunt indifferentes ad prophetiam, et hae divina operatione non mutantur in propheta sed secundum earum convenientiam prophetia procedit: indifferens enim est ad prophetiam quibuscumque similitudinibus res prophetata figuretur; dispositiones vero contrariae divina virtute auferuntur a propheta et dispositiones necessariae conferuntur.

2. Ad secundum dicendum quod ad prophetiam requiritur bonitas imaginationis; non autem de necessitate praeexigitur quia ipse Deus, qui donum prophetiae infundit, potens est complexionem organi imaginativae virtutis in melius reformare, sicut et oculos lippos ut clare videre possint.

3. Ad tertium dicendum quod huiusmodi passiones vehementes ad se trahunt totaliter rationis attentionem et per consequens eam avertunt a spiritualium inspectione; et ideo vehementibus passionibus vel irae vel tristitiae aut delectationis usus prophetiae impeditur etiam in eo qui prophetiae donum percepit, et sic etiam naturalis indispositio complexionis impediret nisi divina virtute quodam modo curaretur.

4. Ad quartum dicendum quod similitudo proposita quantum ad hoc verificatur quod, sicut gratia superadditur naturae, ita gloria gratiae; non tamen est similitudo quantum ad omnia quia gratia meretur gloriam non autem natura meretur gratiam; et ideo praeexigitur meritum gratiae ad gloriam habendam, non autem dispositio naturae ad gratiam obtinendam.

5. Ad quintum dicendum quod scientia | acquisita causatur ex nobis quodam modo; non est autem in nostra potestate complexionem organorum animae meliorare sicut est in potestate divina qui donum prophetiae infundit, et ideo non est simile. *102vb*

6. Ad sextum dicendum quod donum prophetiae a Deo ordinatissime dividitur; et hoc etiam ad huius distributionis ordinationem pertinet ut aliquando conferatur illis qui videntur ad hoc maxime indispositi ut sic divinae virtuti tribuatur et « non glorietur omnis caro coram illo », ut dicitur I Cor. I[29].

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum ad prophetiam requiratur bonitas morum. Et videtur quod sic quia Sap. VII[27] dicitur « per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei et prophetas constituit »; sed amici Dei non sunt nisi illi in quibus bonitas morum viget, Ioh. XIV[23] « Si quis diligit me sermones meos servabit »; ergo et ille qui non est bonorum morum propheta non constituitur.

2. Praeterea, prophetia donum Spiritus Sancti est; sed Spiritus Sanctus non inhabitat

A 117 cuiuslibet est] est *praem.* pA 121 potest] *hic et ante* se ipsum A, *et primum delevimus* 151 impediret *em.* A] *conf.* pA 7 sermones meos servabit] servabit *praem.* pA 11 Spiritus *hic conf.* pA] *post* sanctus, *et ordinem dictatorum restituit signis consuetis* A

Φ 113 praexigit] exigit Σ 114 etiam] *om.* δ^1 et β P prophetae *om.* Σ 119 quod *om.* Σ 121 potest] *ante* se ipsum (*cf.* A) Φ P 125 praeexigat] –igit Φ 153-167 Ad quartum...simile (*scil. solut. ad* 4m *et* 5m) *om.* α δ 154 proposita] proportionata β γ P (*def.* α δ) 162 scientia *om.* β γ (*def.* α δ) 173 tribuatur] attribuatur Φ 3 nationes] vaticinationes Φ 6 in] *om.* Φ (-δ^2) qui δ^2 7 sermones...servabit] etc. Φ 11 est *ante* donum[10] Φ P

173 « non glorietur omnis caro coram illo »: sic August. e. g. *Sermo 47* cap. 9 n. 13 (PL 38, 303).

1 Parall.: *II-II* q. 172 a. 4; *Lect. super Ioh.* cap. 11 lect. 7. 7 ' sermonem meum ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recens. Veteris Latinae.

aliquem peccatorem, ut patet per id Sap. I[5] « Spiritus Sanctus disciplinae effugiet fictum »; ergo prophetiae donum non potest esse in aliquo peccatore.

3. Praeterea, illud quo quis male uti non potest esse non potest in aliquo peccatore; sed prophetia nullus male uti potest: cum enim actus prophetiae sit a Spiritu Sancto, si aliquis prophetia male uteretur esset idem actus a peccato et a Spiritu Sancto, quod esse non potest; ergo prophetia non potest esse in aliquo peccatore.

4. Praeterea, Philosophus dicit in libro De somno et vigilia quod « si divinatio somniorum est a Deo, inconveniens est eam immittere quibuslibet et non optimis viris »; sed constat prophetiae donum esse tantum a Deo; ergo inconveniens est dicere quod detur nisi optimis viris.

5. Praeterea, sicut dicit Plato, optimi est optima adducere; sed prophetia convenientius est in homine bono quam in malo; ergo cum Deus sit optimus numquam malis donum prophetiae dabit.

6. Praeterea, in operatione naturae similitudo divinae operationis invenitur, unde et Dionysius in IV cap. De divinis nominibus divinam bonitatem radio solari comparat propter similitudinem effectus; sed operatione naturali magis dispositis aliquae perfectiones magis dantur, sicut a sole corpora magis pervia magis illustrantur; cum igitur ad recipiendum donum prophetiae magis sit dispositus bonus quam malus, videtur quod multo amplius bonis quam malis dari debeat; sed non omnibus bonis datur; ergo nulli malo debet dari.

7. Praeterea, gratia ad hoc datur quod natura elevetur; sed natura magis debet elevari in bonis quam in malis; ergo gratia prophetiae magis debet dari bonis quam malis, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod Balaam propheta fuisse dicitur qui tamen malus fuit.

2. Praeterea, Matth. VII[22] ex persona damnatorum dicitur « Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et virtutes » etc.; ergo prophetia potest esse in hominibus malis.

3. Praeterea, quicumque non habet caritatem est malus; sed prophetia potest esse in aliquo non habente caritatem, ut patet I Cor. XIII[2] « Si habuero omnem scientiam et noverim mysteria omnia, caritatem autem non habuero » etc.; ergo prophetia potest esse in aliquo peccatore.

RESPONSIO. Dicendum quod bonitas hominis in caritate consistit per quam homo Deo unitur; quaecumque ergo sine caritate esse possunt communiter inveniri possunt in bonis et malis: in hoc enim praecipue divina bonitas commendatur quod tam bonis quam malis utitur ad suum propositum implendum, et ideo utrisque tam bonis quam malis illa dona largitur quae ad caritatem necessariam dependentiam non habent. Prophetia autem non habet aliquam necessariam colligantiam cum caritate propter duo: primo quia prophetia est in intellectu, caritas autem in affectu; intellectus autem est prior affectu, et sic prophetia et aliae intellectus perfectiones non dependent a caritate, et hac ratione fides et prophetia et scientia et omnia huiusmodi in bonis et malis esse possunt; secundo quia prophetia datur alicui ad utilitatem Ecclesiae et non propter

A 17 non potest] p *imp. praem.* pA 20 idem actus] usus *praem.* pA 22 peccatore] p *et litt. imp. praem.* pA 26 eam *scrips. cum ipso Thoma II-II* q. 172 a. 4 arg. 4] eum A 39 effectus] *idem conf. praem.* pA 58 caritatem] p *add.* pA 77 affectu *scrips.*] affectus (*mendum scribae e lapsu calami*) A 79 dependent] preexigunt *praem.* pA 82 datur *scrips.*] detur *potius* A 83 utilitatem *scrips.*] utilitate *casu om. compl. abbrev.* A

Φ 12 ut patet per id *om.* Σ id] illud β P (*def.* Σ) 30-34 Praeterea...dabit (*scil. arg.* 5) *om.* α δ 37 in *om.* Φ cap. *om.* Φ (-δ) 42 igitur] ergo Φ 47-51 Praeterea...prius (*scil. arg.* 7) *om.* Σ 52 est quod *om.* Σ fuisse] *ante* propheta Φ *post* dicitur P 55 dicitur *ante* ex Φ P 56 prophetavimus] prophetamus Φ (-δ) et virtutes] *om.* P et virtus β (Σ *cf. nota insequens*) 56-57 et virtutes...malis *om.* Σ 57 hominibus] omnibus β (*def.* Σ) 61-62 omnem...habuero] prophetiam α δ omnem scientiam γ 63 prophetia...peccatore] etc. Φ 67 quaecumque] quicumque Φ (-δ) 69 et] in *add.* Φ 77 autem *om.* Φ 81 omnia] alia *add.* Φ

25 Cap. 1 (462 b 20). 30 Rectius Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 19 (PG 3, 716 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 234) cuius sententiae rationem addit Plato [*Timaeus* Chalcidio interprete p. 1 (ed. J. H. Waszink, p. 22,18)] ut refert Bonaventura *Super Sent. I* d. 44 a. 1 q. 2 contra 2, cf. etiam Thomas *Super Sent. I* d. 44 q. 1 a. 1 arg. 1. 37 § 1 et 4 (PG 3, 693 B et 697 B; Dion. 146 et 162). 53 dicitur: *Glossa ordin.* super Num. XXII[20] ut refert Thomas *II-II* q. 172 a. 6 sed c. 83 ad utilitatem Ecclesiae: I Cor. XII[7] ut supra a. 2 79.

se ipsum; contingit autem aliquem utiliter quantum ad aliquid Ecclesiae deservire qui in se ipso bonus non est quasi Deo per caritatem coniunctus, unde prophetia et operatio miraculorum et ecclesiastica ministeria et omnia huiusmodi quae ad utilitatem Ecclesiae conferuntur, inveniuntur quandoque sine caritate quae sola homines bonos facit.

Sciendum tamen est quod inter peccata quibus caritas amittitur quaedam sunt quae usum prophetiae impediunt, quaedam quae non: quia enim carnalia peccata mentem a spiritualitate omnino retrahunt, ex hoc ipso quod aliquis carnalibus peccatis est subditus, ineptus ad prophetiam redditur ad cuius revelationem summa spiritualitas mentis requiritur; peccata vero spiritualia spiritualitatem mentis non ita impediunt, et ideo contingit esse aliquem prophetam spiritualibus vitiis subditum non autem carnalibus vel etiam immensis saeculi sollicitudinibus quibus mens a sua spiritualitate retrahatur. Et ideo dicit Rabbi Moyses quod hoc est signum quod aliquis sit falsus propheta quando voluptatibus et sollicitudinibus saeculi detinetur; et hoc consonat ei quod habetur Matth. VII[15] « Attendite a falsis prophetis », et infra « A fructibus eorum cognoscetis eos », « quod de manifestis » oportet intelligi, ut ibidem dicit glosa, quae maxime sunt peccata carnalia: spiritualia enim vitia interius latent.

1. Ad primum igitur dicendum quod sapientia se transfert in animam dupliciter: uno modo ut ipsamet Dei sapientia animam | inhabitet, et sic hominem sanctum facit et Dei amicum; alio modo solum quantum ad effectum, et sic non oportet quod sanctum faciat vel Dei amicum, et sic transfert se in mentem malorum quos prophetas constituit. *103ra*

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis prophetia sit Spiritus Sancti donum, non tamen cum dono prophetiae Spiritus Sanctus datur sed solummodo cum dono caritatis, unde ratio non sequitur.

3. Ad tertium dicendum quod prophetia non contingit male uti ita quod ipse prophetiae actus, in quantum a prophetia egreditur, sit malus: cum enim aliquis prophetiae actum ad aliquod malum ordinat, tunc quidem ipse prophetiae actus bonus est et a Spiritu Sancto, sed ordinatio illius actus in finem indebitum non est a Spiritu Sancto sed a perversa hominis voluntate.

4. Ad quartum dicendum quod intentio Philosophi est dicere quod ea quae divinitus dantur dependent ex voluntate datoris, quae non potest esse irrationabilis; unde si praescientia futurorum quae est in somniis a Deo immitteretur, appareret in ista immissione aliqua discretio: nunc autem non apparet cum in quibuslibet talis divinatio fiat, quod ostendit divinationem somniorum esse a natura. In dono autem prophetiae invenimus discretionem quia non omnibus datur, etiam qui sic vel sic dispositi sunt, sed illis solis quos divina voluntas elegerit; qui tamen simpliciter non sint boni vel optimi quantum ad se ipsos sunt tamen boni quantum ad hoc quod per eos prophetae officium exerceatur secundum quod competere iudicat sapientia divina.

5. Ad quintum dicendum quod in hoc Deus optimus ostenditur quod non solum bonis sed etiam malis novit bene uti; unde nihil summae bonitati derogatur si per malos prophetas bonum prophetiae officium administrari facit.

6. Ad sextum dicendum quod non quicumque est bonus est magis aptus ad prophetiam habendam quam quilibet peccator cum aliqui caritate carentes habeant mentes aptas ad spiritualia percipienda, utpote a terrenis et carnalibus vacantes et naturali intellectus praediti

A 86 quasi Deo *inv.* pA 88 ecclesiastica] ec *conf. praem.* pA 93 amittitur *scrips.*] ammittitur (*mendum scribae e lapsu auditus*) A 93 usum] u *conf. praem.* pA 96 ipso quod] q *praem.* pA 119 solum] ita solum quod pA 123 quod (*e* quid, *conf. inc.* quamvis, pA) *em.* A 149 boni vel] u *in fine lin. inc.* uel *add.* pA

Φ 88 ministeria] misteria Φ omnia] alia Φ 102 vitiis] peccatis Σ vitis peccatis β 110 cognoscetis eos] etc. Φ (-δ) etc. *add.* δ 112 ibidem] ibi Φ (-δ[2]) *om.* δ[2] 113 vitia] peccata Φ 115 igitur] ergo Φ 134 in] ad Φ 138 Philosophi] propheti α prophete β prophetie γ 154-158 Ad quintum...facit] *om.* α *post* bonis[171] δ 160 est[1]] *om.* Φ (-γ) *post* aptus γ 162 carentes] magis *add.* Σ aptas] *om.* Σ *ante* mentes β

105 *Dux neutr.* II c. 41. 112 *Glossa ordin.*

claritate, quibusdam e contrario caritatem habentibus terrenis negotiis implicitis et carnali dantibus operam generationi, nec intellectum habentibus naturaliter perspicacem; et ideo quandoque propter has et similes condiciones datur prophetiae donum aliquibus malis, quod denegatur aliquibus bonis.

7. Ad septimum dicendum quod per gratiam prophetiae elevatur natura hominis non ad gloriam habendam directe, sed ad utilitatem aliorum; in bonis autem est natura magis elevata per gratiam gratum facientem ad gloriam obtinendam, unde ratio non sequitur.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum prophetae videant in speculo aeternitatis. Et videtur quod sic quia Is. XXXVIII[1] super illud « Dispone domui tuae » etc. dicit glosa « Prophetae in libro ipso praescientiae Dei ubi omnia scripta sunt legunt »; sed liber praescientiae Dei nihil aliud esse videtur quam aeternitatis speculum in quo ab aeterno omnes formae rerum resplendent; ergo prophetae vident in speculo aeternitatis.

2. Sed dicebat quod prophetae dicuntur in libro praescientiae legere aut in speculo aeternitatis videre, non materialiter quasi ipsum speculum aut librum videant, sed causaliter quia ex libro illo vel speculo prophetiae cognitio derivatur. — Sed contra, per hoc quod propheta dicitur videre in speculo aeternitatis aut legere in libro divinae praescientiae attribuitur quaedam privilegiata cognitio ipsis prophetis; sed in hoc quod dicitur aliqua cognitio derivari a speculo aeterno vel a libro divinae praescientiae non designatur aliquod cognitionis privilegium cum omnis humana cognitio inde derivetur, ut patet per Dionysium VII capitulo De divinis nominibus; ergo non dicuntur prophetae videre in speculo aeternitatis quasi ex ipso videntes sed quasi in ipso viso alia intuentes.

3. Praeterea, nihil potest videri nisi ubi est; sed futura contingentia non sunt secundum immobilem veritatem prout a prophetis videntur nisi in ipsa praescientia divina; ergo prophetae in ipsa solum praescientia Dei vident, et sic idem quod prius.

4. Sed dicebat quod futura contingentia sunt quidem primordialiter in divina praescientia, sed exinde derivantur per quasdam species ad mentem humanam ubi a propheta videntur. — Sed contra, quicquid recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis et non per modum suum; sed mens prophetae mutabilis est; ergo in ea non possunt futura contingentia immobiliter recipi.

5. Praeterea, illud quod est proprium divinae cognitioni non potest nisi in eo cognosci; sed futura cognoscere est proprium Dei, ut patet Is. XLI[23] « Annuntiate quae ventura sunt et dicemus quia dii estis vos »; ergo non possunt a prophetis futura contingentia videri nisi in ipso Deo.

6. Praeterea, Avicenna dicit quod quandoque tantum elevatur mens hominis quod « coniungitur saeculo praescientiarum »; sed maxima elevatio mentis humanae est in cognitione prophetiae; ergo videtur quod coniungatur saeculo praescientiae ita quod futura in ipsa praescientia Dei videantur.

7. Praeterea, finis humanae vitae est, ut philosophi tradunt, ut homo secundum mentem coniungatur saeculo altiori quod est saeculum intelligibilium substantiarum; sed inconveniens esset nisi homo ad finem suum perveniret; ergo homo quandoque pervenit ad hoc quod coniungatur mente substantiis intelligi-

A 168 et] preterea *add.* pA 171 bonis] *signum imp. novae paragraphi in fine lin. add.* pA 174 directe *em.* A] *conf.* pA 17 attribuitur] designantur *praem.* pA 31 praescientia] proph *praem.* pA 42 divinae] *idem conf. et imp. praem.* pA 43 eo A (*cf.* Φ) 47 nisi in] in *praem.* pA

Φ 172-177 Ad septimum...sequitur *om.* α 1 videant] vident Φ 4 etc. *om.* Φ 15 propheta dicitur] prophete dicuntur Φ 43 eo] deo Φ 51 saeculo] speculo β sγ δ[1] seculo speculo pγ solutio δ[2] 53 saeculo] speculo β γ δ[1] solutio δ[2] 56-68 Praeterea...prius (*scil. arg.* 7) *om.* α δ

1 Parall.: *II-II* q. 173 a. 1; *Super Is.* cap. 1 et 6. utrum...aeternitatis: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 6 c. 1 (f. 48[ra]). 4 *Glossa ordin.* ibid. 24 § 2 (PG 3, 868 B; Dion. 390). 38 per modum recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 45 Is. XLI[23]: cf. supra q. 8 a. 12 58 in nota. 49 Rectius Algazel *Metaph.* p. II tr. 5 9 (ed. Muckle, p. 196), cf. etiam Avicenna *Metaph.* IX c. 7 (f. 107[ra] B). 57 philosophi: Avicenna et Algazel hic supra.

bilibus quarum suprema est divina essentia in qua omnia relucent; ergo propheta, qui inter homines maxime habet mentem elevatam, ad hoc pervenit ut mente coniungatur essentiae divinae quae videtur esse speculum aeternitatis, et sic idem quod prius.

8. Praeterea, si sint duo specula quorum unum sit superius et alterum inferius et a speculo superiori resultent similitudines in inferiori, ille qui in inferiori speculo species videt non dicitur in superiori videre quamvis eius visio quodam modo a superiori speculo | derivetur; sed a mente divina resultant rerum futurarum species in mente prophetae sicut a speculo superiori in speculum inferius; ergo ex hoc quod propheta intuetur in sua mente species receptas a mente divina non debet dici videre in mente divina sed ⟨in⟩ propria mente; sed mens propria non est speculum aeternitatis sed temporale; ergo si prophetae non videant nisi in mente propria, ut prius dicebatur, non dicerentur videre in speculo aeternitatis sed in temporali, quamvis a speculo aeterno derivetur.

9. Sed dicebat quod aliquis dicitur videre non solum in re illuminata per solem, sed etiam in sole ipso in quantum per illuminationem solis videt. — Sed contra est quod in sole non resultant rerum similitudines visibilium, quod videtur ad rationem speculi pertinere; ergo videtur quod videre in sole non sic dicatur sicut videre in speculo.

10. Praeterea, visio qua videtur Deus ut est obiectum beatitudinis est dignior quam illa qua videtur ut species rerum quia illa facit beatum, ista vero non; sed ad videndum Deum ut est beatitudinis obiectum homo in statu viae existens potest elevari maiori elevatione, qua scilicet mens abstrahitur omnino a sensibus, ut est in raptu; ergo minori elevatione etiam sine raptu potest elevari mens prophetae ad videndum essentiam divinam ut est species rerum, et sic propheta potest videre in speculo aeternitatis.

11. Praeterea, plus distat essentia divina prout in se consideratur et prout est similitudo alterius rei quam prout est similitudo unius rei et similitudo alterius quia plus distat Deus a creatura quam una ab alia; sed aliquis potest videre Deum ut est species unius creaturae sine hoc quod videat eum ut est species creaturae alterius, alias oporteret quod omnes videntes Deum omnia cognoscerent; ergo aliquis potest videre eum ut est species quarundam rerum sine hoc quod videat essentiam eius in se ipsa; ergo etiam qui non vident Deum per essentiam possunt videre in speculo aeternitatis, quod maxime videtur prophetis competere.

12. Praeterea, Augustinus dicit VI De Trinitate quod quorundam mentes ita elevantur ut in ipsa suprema rerum arce incommutabiles rationes inspiciant; sed prophetarum mentes videntur esse maxime elevatae; ergo videtur quod ea quae prophetice vident in ipsa rerum arce inspiciant, scilicet divina essentia, et sic idem quod prius.

13. Praeterea, iudicium non potest esse de aliquo nisi per id quod est eo superius, ut patet per Augustinum in libro De vera religione; sed ea de quibus prophetae iudicant sunt rerum immobiles veritates; ergo non potest esse quod de eis iudicent per aliquid temporale et mobile sed per immobilem veritatem quae est ipse Deus, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod Luc. x[24] super illud « Dico vobis quod multi prophetae et reges » etc. dicit glosa « prophetae et iusti a longe

A 75 futurarum] *idem praem.* pA 79 species] que de *add.* pA mente (*e* mentes pA) *em.* A 80 ⟨in⟩ *suppl.*] *om.* A 90 similitudines] si *add.* pA 96 quia illa] set per *praem.* pA 118 videre] d *add.* pA 135 sed] *idem conf. praem.* pA 135 quae] quod *praem.* pA

Φ 71 inferiori] inferiora Φ (-δ[1]) 80 ⟨in⟩] *suppl.* Φ *om.* P 82 videant] vident Φ 83 dicebatur] dictum est Φ 85 a speculo] ab Σ 90 similitudines] rationes *post* visibilium Φ 97 ista vero non] ista non Φ (-γ) altera vero non ista non γ 99 existens] *ante* in statu Σ *hic et ante* in statu β 110 una] creatura *add.* Φ 112 creaturae] *om.* Σ *post* alterius β 123 in *om.* Φ (-γ) 125 esse *om.* Φ 127 divina essentia] divinam essentiam Φ (-δ) 129-136 Praeterea...prius (*scil. arg.* 13) *om.* α δ 133 immobiles] immortales β γ (*def.* α δ) 134 aliquid] aliquod β γ (*def.* α δ) mobile] mortale β γ (*def.* α δ) 135 immobilem veritatem] immortalem β γ (*def.* α δ) 135 quae] ad *praem.* β γ (*def.* α δ) 138 Dico...reges » etc.] multi reges et prophete Φ

122 Rectius IV c. 17 (PL 42, 903). 131 Cap. 31 (PL 34, 147). 139 *Glossa ordin.* ibid.

gloriam Dei viderunt per speculum in aenigmate »; sed qui videt in ipsa aeterna praescientia Dei non videt in aenigmate; ergo prophetae non viderunt in ipsa praescientia divina quam speculum aeternitatis appellant.

2. Praeterea, Gregorius dicit Super Ezechielem in II Omelia secundae partis « Quamdiu in hac mortali carne vivitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit ut in ipso iam incircumscripto luminis radio mentis oculos infigat; neque enim omnipotens Deus iam in sua claritate conspicitur sed quiddam sub illa speculatur anima unde refecta proficiat et post ad visionis eius gloriam pertingat. Sic namque Isaias propheta, cum se Dominum vidisse fateretur, dicens 'Vidi Dominum sedentem' etc., protinus adiunxit 'Et ea quae sub ipso erant replebant templum', quia sicut dictum est, cum mens in contemplatione profecerit, non iam quod ipse est sed quod sub ipso est contemplatur »; ex quo patet quod Isaias et alii prophetae non viderunt in ipso speculo aeterno.

3. Praeterea, nullus malus potest in speculo aeterno videre, unde dicitur Is. XXVI[10] secundum aliam litteram « Tollatur impius ne videat gloriam Dei »; sed aliqui mali sunt prophetae; ergo prophetica visio non est in speculo aeterno.

4. Praeterea, prophetae de rebus quas prophetice vident habent distinctam cognitionem; sed speculum aeternum, cum sit penitus uniforme, non videtur esse tale ut in eo possit plurium rerum distincta cognitio accipi; ergo visio prophetica non est in speculo aeterno.

5. Praeterea, non videtur aliquid in speculo quod est coniunctum visui sed in speculo distante; sed speculum aeternitatis est menti prophetae coniunctum cum ipse Deus sit in omnibus per essentiam; ergo mens prophetae non potest in speculo aeterno videre.

RESPONSIO. Dicendum quod speculum proprie loquendo non invenitur nisi in rebus materialibus; sed in rebus spiritualibus per quandam transumptionem dicitur per similitudinem acceptam a speculo materiali, ut scilicet in rebus spiritualibus dicatur esse speculum id in quo alia repraesentantur, sicut in speculo materiali rerum visibilium formae apparent. Sic ergo dicunt quidam ipsam mentem divinam in qua omnium rerum rationes relucent esse speculum quoddam, et dici aeternitatis speculum ex hoc quod est aeternum quasi aeternitatem habens. Dicunt igitur quod istud speculum videri potest dupliciter: vel per essentiam suam, secundum quod est beatitudinis obiectum, et sic non videtur nisi a beatis, vel simpliciter, vel secundum quid sicut in raptu, vel prout in eo resultant rerum similitudines, et sic prorie videtur ut speculum, et hoc modo dicunt speculum aeternitatis visum ab angelis ante suam beatitudinem et a prophetis.

Sed haec opinio non videtur rationabilis propter duo: primo quia ipsae species rerum in mente divina resultantes non sunt aliud secundum rem ab ipsa essentia divina, sed huiusmodi species vel rationes distinguuntur in ipsa secundum diversos respectus eius ad creaturas diversas; cognoscere igitur divinam essentiam et species in ipsa resultantes nihil est aliud quam cognoscere ipsam in se et relatam ad aliud. | Prius est autem cognoscere aliquid in se quam prout est ad aliud comparatum; unde visio qua videtur Deus ut est rerum species prae- *103va*

A 140 per speculum] sp *imp. praem.* pA 141 ipsa] speculo *praem.* pA 157 cum mens] cum *add.* pA 159 sed quod] q *praem.* pA 166 prophetica (*e* propheta pA) *em.* A 183 transumptionem] trans *conf. praem.* pA 196 vel secundum] s *praem.* pA 198 dicunt] videri *add.* pA 199 visum *em.* A] *conf.* pA angelis] al *praem.* pA

Φ 151 illa] illo Φ 157 replebant templum] etc. Φ 163 unde] quia Φ XXVI] XXVII Φ 168-179 Praeterea...videre (*scil. sed c.* 4-5) *om.* α δ 189 omnium] omnes Φ (-δ[1]) 207 diversas *om.* Σ 212 Deus *om.* Φ

146 II hom. 2 (PL 76, 956 A). 164 aliam litteram: sic Gregor. *Moral.* IV c. 11 (PL 75, 648 C) et passim, vide etiam recens. Veteris Latinae 'Tollatur impius ne videat maiestatem Domini'. 165 aliqui mali sunt prophetae: cf. supra a. 5 53. 188 quidam: Philippus Cancellarius *Summa de bono* 'Ad quod dicendum quod ipse Deus sive aeterna sapientia, licet sit speculum aeternitatis, tamen ibi est differentia secundum rationem et ideo videre ipsum non est videre speculum aeternitatis vel e converso. Speculum enim secundum rationem speculi ducit ad aliud videndum. Qui autem videt ipsum Deum, secundum quod ipse est non secundum quod est speculum, sistit in ipso visionem' (ms. Vat. lat. 7669, f. 71[ra-b]). 192 Dicunt...prophetis: similem opinionem allegat Albertus in q. *De prophetia* 'Si forte dicas quod est videre Deum duobus modis ut est summum bonum et sic est obiectum fruitionis et hoc modo non viderunt prophetae, ut est causa rerum et sic viderunt eum prophetae et angeli ut est in primo statu. Contra...' (ms. Vat. lat. 781, f. 11[ra]).

supponit illam qua videtur Deus ut est in se essentia quaedam secundum quod est obiectum beatitudinis; unde impossibile est quod aliquis videat Deum secundum quod est species rerum et non videat eum secundum quod est beatitudinis obiectum. Secundo quia species alicuius rei invenitur in alio dupliciter: uno modo sicut praeexistens ad rem cuius est species, alio modo sicut a re ipsa resultans. Illud igitur in quo apparent species rerum ut praeexistentes ad rem non potest proprie speculum dici sed magis exemplar; illud autem speculum potest dici in quo rerum similitudines a rebus ipsis resultant. Quia igitur in Deo sunt species vel rationes rerum, nusquam invenitur dictum a sanctis quod Deus sit rerum speculum sed magis quod ipsae res creatae sunt speculum Dei, prout dicitur I Cor. XIII[12] « Videmus nunc per speculum in aenigmate »; et sic etiam dicitur Filius esse speculum Patris prout a Patre in ipso species divinitatis recipitur, secundum quod habetur Sap. VII[26] « Candor enim est lucis aeternae et speculum sine macula Dei maiestatis ».

Quod igitur a magistris dicitur prophetas in speculo aeternitatis videre, non sic intelligendum est quasi ipsum Deum aeternum videant prout est speculum rerum sed quia aliquid creatum intuentur in quo ipsa aeternitas Dei repraesentatur, ut sic speculum aeternitatis intelligatur non quod est aeternum sed quod est aeternitatem repraesentans: ex hoc enim Deo competit futura certitudinaliter ut praesentia cognoscere, ut Boetius dicit, quia eius intuitus aeternitate mensuratur quae est tota simul, unde uni eius aspectui subiacent omnia tempora et quae in eis geruntur. In quantum igitur ab isto divino aspectu resultat in mente prophetae futurorum scientia per lumen propheticum et per species in quibus prophetae videt, ipsae species simul cum lumine prophetico speculum aeternitatis dicuntur quia divinum intuitum repraesentant prout in aeternitate futuros eventus praesentialiter inspicit. Concedendum est ergo quod prophetae in speculo aeternitatis vident non ita quod speculum aeternum videant, ut obiectiones pro prima parte inductae ostendere videbantur; unde ad eas per ordinem respondendum est.

1. Ad primum igitur dicendum quod prophetae in libro praescientiae dicuntur legere hac similitudine quia ex ipso libro divinae praescientiae efficitur rerum futurarum notitia in mente prophetae, sicut ex lectione libri efficitur notitia rerum quae scribuntur in libro in mente legentis; non autem quantum ad hanc similitudinem quod propheta ipsam Dei praescientiam videat, sicut legens in libro materiali videt librum materialem. — Vel potest dici quod, sicut notitia quae fit in mente prophetae dicitur speculum aeternitatis, id est aeternitatem repraesentans, ita potest dici liber praescientiae quasi materialiter quia in ea notitia Dei praescientia quantum ad aliquid describitur.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis omnis cognitio a divina praescientia derivetur, non tamen omnis cognitio repraesentat eam ut ratione aeternitatis etiam futura praesentialiter intuetur; unde non potest dici quaelibet scientia speculum aeternitatis, sed in hoc privilegiata ostenditur cognitio prophetarum.

3. Ad tertium dicendum quod rationes futurorum contingentium secundum immobilem veritatem originaliter sunt in mente divina, sed exinde effluunt in mentem prophetae; et sic in revelatione accepta propheta futura immobiliter cognoscere potest.

4. Ad quartum dicendum quod forma recepta sequitur modum recipientis quantum ad aliquid, prout habet esse in subiecto: est enim in eo materialiter vel immaterialiter, uniformiter vel multipliciter, secundum exigentiam subiecti recipientis; sed quantum ad aliquid forma recepta trahit subiectum recipiens ad

A 227 nusquam] non potest p *praem.* pA 270 Vel] . § Ad *praem.* pA 291 aliquid] precipue quantum ad co *add.* pA

Φ 234 Candor...et *om.* Σ 235 Dei maiestatis] etc. Φ 245 ut Boetius dicit] *om.* α γ ut dicit boetius δ 247 uni] *om.* Σ *post* eius β 249 resultat] resultant Φ (-δ) 255 futuros] futurorum Φ 280 intuetur] intueatur Φ 287 futura] *om.* α δ *post* immobiliter γ

227 nusquam...rerum speculum: Albertus q. *De prophetia* ' dicendum sine praeiudicio quod speculum aeternitatis non est Deus, nec illud verbum memini me legisse ab aliquo sanctorum, sed est verbum magistrale ' (ms. Vat. lat. 781, f. 11[ra]). 245 *De consol.* V pr. 6 (PL 63, 859 A).

modum suum, prout scilicet nobilitates quae sunt de ratione formae communicantur subiecto recipienti: sic enim subiectum per formam perficitur et nobilitatur, et hoc modo per gloriam immortalitatis corpus corruptibile immortale efficitur; et similiter etiam per irradiationem ab immobili veritate elevatur mens prophetae ad hoc quod mobilia immobiliter videat.

5. Ad quintum dicendum quod, quia futurorum notitia est Deo propria, ideo futurorum cognitio non potest accipi nisi a Deo; non tamen oportet quod ipsum Deum videat quicumque futura a Deo cognoscit.

6. Ad sextum dicendum quod mens prophetae secundum illum philosophum saeculo praescientiarum sive intelligentiarum coniungitur, non quod ipsas intelligentias videat, sed quia ex ipsarum irradiatione earum praescientiae particeps fit.

7. Ad septimum dicendum quod etiam secundum fidem finis humanae vitae est ut homo saeculo altiori coniungatur; sed ad hunc finem pertingitur solum in patria, non in via.

8. Ad octavum dicendum quod speculum in quo videt propheta, quamvis sit temporale, tamen est Dei aeternam praescientiam repraesentans; et secundum hoc in speculo aeternitatis videt.

9. Ad nonum dicendum quod, quamvis sol non possit dici speculum rerum visibilium, tamen res visibiles quodam modo possunt dici speculum solis in quantum in eis claritas solis refulget; et sic etiam notitia in mente prophetae effecta dicitur aeternitatis speculum.

10. Ad decimum dicendum quod perfectior est visio qua videtur Deus ut est species rerum quam illa qua videtur ut est beatitudinis obiectum quia haec illam praesupponit et eam perfectiorem esse ostendit: perfectius enim videt causam qui in ea eius effectus inspicere potest quam qui solam essentiam causae videt.

11. Ad undecimum dicendum quod relatio qua Deus refertur ad unam creaturam non praesupponit relationem qua refertur ad alteram sicut relatio qua refertur ad creaturam praesupponit ipsam Dei essentiam absolute, et sic non sequitur.

12. Ad duodecimum dicendum quod verbum Augustini non est referendum ad visionem prophetarum, sed ad visionem sanctorum in patria vel eorum qui etiam in statu viae vident secundum modum patriae, ut Paulus in raptu. *103ᵛᵇ*

13. Ad tertium decimum ⟨dicendum⟩ quod de immobili veritate futurorum prophetae iudicant per veritatem increatam, non quia eam videant sed quia ab ea illustrantur.

Rationes autem quae sunt in contrarium concedimus quantum ad hoc quod non vident ipsum Deum aeternum, quamvis in speculo aeternitatis videant, ut dictum est.

4-5. Duae tamen ultimae rationes non recte concludunt quia, quamvis Deus sit omnino uniformis, tamen in eo rerum cognitio distincte accipi potest prout ipse est propria ratio uniuscuiusque; similiter, quamvis speculum a materialibus ad spiritualia transferatur, non tamen haec translatio attenditur secundum omnes condiciones speculi materialis ut quamlibet earum in speculo spirituali observare oporteat, sed solum secundum repraesentationem.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum in revelatione prophetica imprimantur divinitus in mentem prophetae novae rerum species vel solum intellectuale lumen. Et videtur quod solum lumen sine speciebus quia, ut habetur in glosa II Ad Cor. XII[2], a sola visione intellectuali dicitur aliquis propheta; sed visio intellectualis non est de rebus per rerum similitudines sed per ipsas rerum essentias, ut ibidem dicitur; ergo in vi-

A 296 suum] *idem praem.* pA 305 futurorum notitia] veritas *praem.* pA 336 qui *scrips.*] quia (*fort. mendum scribae e lapsu calami*) A 342 Dei...sequitur *in appendice col.* 103ᵛᵃ 349 ⟨dicendum⟩ *suppl.*] *om.* A

Φ 299 perficitur] recipitur Φ 301 efficitur] efficietur Φ etiam *om.* Φ 306 futurorum cognitio *om.* Φ 311 saeculo] speculo Φ 318 saeculo] speculo Φ 329 prophetae *om.* Φ (-δ) 336 qui] quia (*induc.* A) P 349 ⟨dicendum⟩ *suppl.* Φ P 360 propria *om.* Φ
5 Ad *om.* Φ P

1 Parall.: *II-II* q. 173 a. 2; *Super Is.* cap. 1; *Super I Cor.* cap. 14 lect. 1. 5 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 81 B) ex August. *Super Gen. ad litt.* XII c. 9 (PL 34, 461). 9 ibidem: l. c. (81 A) ex August. *Super Gen. ad litt.* XII c. 6 (PL 34, 458).

sione prophetica nullae species in mente prophetae fiunt.

2. Praeterea, intellectus abstrahit a materia et materialibus condicionibus; si igitur in visione intellectuali quae facit prophetam fiant aliquae similitudines, illae similitudines non erunt admixtae materiae vel condicionibus materialibus; ergo per eas propheta non poterit cognoscere particularia sed universalia solum.

3. Praeterea, earum rerum de quibus fit prophetae revelatio habent prophetae aliquas species in mente sua, sicut Ieremias, qui prophetabat combustionem Ierusalem, habebat in anima sua speciem civitatis illius a sensu acceptam et similiter ignis comburentis quem frequenter viderat; si igitur aliae species earundem rerum menti prophetae divinitus imprimantur, sequetur quod sint duae formae eiusdem rationis in eodem subiecto, quod est inconveniens.

4. Praeterea, visio qua videtur divina essentia est potior quam illa qua videntur quaecumque rerum species; sed visio qua videtur essentia divina non sufficit ad accipiendam cognitionem de rebus quibuscumque, alias videntes essentiam divinam omnia viderent; ergo nec species quaecumque menti prophetae imprimantur poterunt prophetam ducere in rerum cognitionem.

5. Praeterea, illud quod quis potest propria virtute efficere non oportet quod in propheta divina operatione fiat; sed quilibet potest rerum quarumlibet in mente sua species formare per virtutem imaginativam quae componit et dividit imagines a rebus acceptas; ergo non oportet quod aliquae rerum species in animam prophetae divinitus imprimantur.

6. Praeterea, natura operatur breviori via qua potest, et multo magis Deus qui ordinatius operatur; sed brevior via est ut a speciebus quae in anima prophetae sunt, ducatur in rerum aliqualem cognitionem quam ex aliis speciebus de novo impressis; ergo non videtur quod aliquae species de novo imprimantur.

7. Praeterea, ut dicit glosa Ieronymi Amos 1^2, prophetae utuntur similitudinibus rerum in quibus conversati sunt; hoc autem non esset si eorum visiones fierent per species de novo impressas; ergo non imprimuntur aliquae species in animam prophetae de novo sed solum lumen propheticum.

SED CONTRA, visus non determinatur ad aliquod determinatum visibile cognoscendum per lumen sed per speciem visibilis, et similiter intellectus possibilis non determinatur ad intelligibilia cognoscenda per lumen intellectus agentis sed per species intelligibiles; cum ergo cognitio prophetae determinetur ad quaedam quae prius non cognoscebat, videtur quod non sufficiat luminis infusio nisi etiam species imprimantur.

2. Praeterea, Dionysius dicit in I cap. Caelestis hierarchiae quod « impossibile est nobis superlucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum »; velamina autem appellat figuras; ergo prophetae non infunditur lumen intelligibile nisi figurativis speciebus.

3. Praeterea, in omnibus prophetis infusio luminis est uniformis; sed non omnes prophetae uniformem cognitionem accipiunt cum quidam de praesenti, quidam de praeterito, quidam de futuro prophetent, ut glosa Gregorii dicit super principium Ezechielis; ergo non solum lumen prophetis infunditur, sed aliquae species imprimuntur quibus prophetarum cognitiones distinguantur.

4. Praeterea, revelatio prophetica fit secundum locutionem interiorem ad prophetam per Deum vel per angelum factam, sicut patet

A 12 Praeterea] species *add.* pA 13 visione] prophete *add.* pA 22 habebat *hic conf.* pA] *post* anima sua *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus* 54 utuntur similitudinibus] s *praem.* pA 70-71 Caelestis...nobis] de divinis nominibus quod impossibile est nobis *praem.* pA 73 velaminum] velamiminum A

Φ 14 prophetam] prophetiam Φ (-δ^1) 27 sequetur] sequitur Φ 40 fiat] *om.* α β δ^2 imprimatur δ^1 44 animam] anima Φ P 45 divinitus *om.* Φ P 70 in *om.* Φ 85 distinguantur] –guuntur Φ

12 intellectus...condicionibus: Avicenna ut supra q. 2 a. 2 171 in nota. 21 Ier. 1^{13} ut refert Thomas *Super Ier.* ibid. 46 natura... potest: sententia communis auctorum Mediae Aetatis, e. g. Thomas *Super Sent. III* d. 23 q. 3 a. 4 qc. 3 sed c. 1, *Super Sent. IV* d. 2 q. 1 a. 4 qc. 1 arg. 1, Albertus *Super Sent. III* d. 12 a. 4 arg. 3, ibid. d. 23 a. 9 arg. 2. 53 *Glossa ordin.* ibid. ex Hieron. ut supra a. 4 9 in nota. 71 § 2 (PG 3, 121 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 733). 74 appellat: l. c. § 3 (PG 3, 124 A; Dion. 738). 82 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. *Super Ez.* I hom. 1 (PL 76, 786 A).

omnium prophetarum scripta intuenti; sed locutio omnis fit per aliqua signa; ergo revelatio prophetica fit per aliquas similitudines.

5. Praeterea, visio imaginaria et intellectualis sunt excellentiores corporali; sed quando fit visio corporalis supernaturaliter, tunc nova species corporalis videntis oculis exhibetur, sicut patet de manu scribentis in pariete ostensa Baltasar, Dan. v[5]; ergo multo amplius oportet quod in visione imaginaria et intellectuali supernaturaliter factis novae species imprimantur.

RESPONSIO. Dicendum quod prophetia est quaedam supernaturalis cognitio; ad cognitionem autem duo requiruntur, scilicet acceptio cognitorum et iudicium de acceptis, ut supra dictum est; quandoque igitur cognitio est supernaturalis secundum acceptionem tantum, quandoque secundum iudicium tantum, quandoque secundum utrumque. Si autem sit secundum acceptionem tantum | supernaturalis, non dicetur ex hoc aliquis propheta, sicut Pharao non est dictus propheta qui supernaturaliter accepit futurae fertilitatis et sterilitatis indicium sub boum et spicarum figuris. Si vero habeat supernaturale iudicium vel simul iudicium et acceptionem, ex hoc dicetur esse propheta.

104ra

Acceptio autem supernaturalis non potest esse nisi secundum tria genera visionis, scilicet secundum visionem corporalem, quando aliqua corporalibus oculis divinitus demonstrantur, ut manus scribens Baltasar; et secundum imaginariam visionem, quando divinitus aliquae rerum figurae prophetis ostenduntur, ut olla succensa Ieremiae et equi et montes Zachariae; et secundum intellectualem, quando aliqua intellectui ostenduntur supra naturalem facultatem. Cum autem intellectus humanus sit in potentia naturali ad omnes formas intelligibiles sensibilium rerum, non erit supernaturalis acceptio quaecumque species intelligibiles in intellectu fiant, sicut erat supernaturalis acceptio in visione corporali quando inspiciuntur res quae non sunt secundum naturam formatae sed solummodo divinitus ad aliquid ostendendum, et sicut erat supernaturalis acceptio in visione imaginaria quando videntur aliquae similitudines non a sensibus acceptae sed per aliquam vim animae formatae; sed tunc solum intellectus supernaturaliter accipit quando videt ipsas substantias intelligibiles per essentiam suam, utpote Deum et angelos, ad quod pertingere non potest secundum virtutem naturae suae. Inter autem has tres supernaturales acceptiones haec ultima excedit modum prophetiae, unde dicitur Num. XI « Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in somnio aut visione loquar ad eum. At non talis servus meus Moyses qui palam et non per figuras et aenigmata videt Deum »; videre igitur Deum in essentia sua, sicut videtur in raptu vel sicut videtur a beatis, aut etiam videre alias substantias intelligibiles per essentiam suam, modum propheticae visionis excedit. Sed prima supernaturalis acceptio, scilicet quae est secundum corporalem visionem, est infra propheticam acceptionem quia per hanc acceptionem non praefertur propheta aliis quibuscumque cum speciem divinitus formatam ad videndum omnes aequaliter videre possint. Supernaturalis ergo acceptio quae est propria prophetiae est acceptio imaginariae visionis. Sic ergo omnis propheta vel habet iudicium tantum supernaturale de his quae ab alio videntur, sicut Ioseph de visis a Pharaone, vel habet acceptionem simul cum iudicio secundum imaginariam visionem.

Iudicium igitur supernaturale prophetae datur secundum lumen ei infusum ex quo intellectus roboratur ad iudicandum, et quantum ad hoc nullae species exiguntur; sed quantum ad acceptionem requiritur nova formatio specierum, sive ut fiant in mente prophetae species

A 94 visio] *litt. imp. praem.* pA 129 sicut] set solummodo *praem.* pA (*cf. lin.* 131) 130 inspiciuntur] accipiuntur *praem.* pA 136 intellectus] visio *praem.* pA 142 haec ultima] prima *praem.* pA 146 palam et non per] per (*primo deletum*) non per *praem.* pA 153 quia] quantum *add.* pA 169 prophetae species] sp *praem.* pA

Φ 110 dictus] dicendus Φ 114 dicetur] dicitur Φ 119 scribens] scribentis Φ 123 et *om.* Φ 144 somnio] sompno Φ P 149 etiam *om.* Σ 152 scilicet *om.* Φ 158 prophetiae] –phete Φ 167 exiguntur] preexiguntur Φ 169 prophetae *om.* Φ (-γ)

103 supra: a. 3 ad 1. 109 Pharao: cf. Gen. XLI[17] sqq. 116 tria genera visionis: cf. *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. XII[2] (PL 192, 80 B-C), vide etiam August. *Super Gen. ad litt.* XII c. 24 (PL 34, 474). 119 Baltasar: cf. Dan. v[5]. 122 Ieremiae: ibid. I[13]; Zachariae: ibid. VI[1]. 143 Rectius XII[6]. 161 Pharaone: cf. Gen. XLI[14] sqq.

quae prius non fuerunt, utpote si alicui caeco nato imprimerentur species colorum, sive ut species praeexistentes ordinentur et componantur divinitus tali modo quod competat significationi rerum quae debent prophetae ostendi; et per hunc modum concedendum est quod prophetae revelatio non solum fit secundum lumen sed secundum species etiam, quandoque vero secundum lumen tantum.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis propheta non dicatur nisi qui habet intellectualem visionem, non tamen sola visio intellectualis ad prophetiam pertinet sed etiam imaginaria in qua species formari possunt convenientes etiam ad singularium repraesentationem.

2. Unde patet responsio ad secundum.

3. Ad tertium dicendum quod illarum rerum quas propheta vidit non oportet ut ei denuo species infundantur, sed ut ex speciebus reservatis in thesauro virtutis imaginariae fiat quaedam ordinata aggregatio conveniens designationi rei prophetandae.

4. Ad quartum dicendum quod divina essentia, quantum in se est, expressius repraesentat res quaslibet quam quaelibet species vel figurae; sed ex hoc quod aspectus intuentis vincitur ab eminentia illius essentiae, contingit quod essentiam videns non omnia videt quae repraesentat; species vero in imaginatione impressae sunt nobis proportionatae, unde ex eis in rerum cognitionem possumus pervenire.

5. Ad quintum dicendum quod, sicut in eo qui ex signis scientiam accipit signorum cognitio est via ducens ad res ipsas, ita e converso in eo qui significat aliquid cognitio rei significandae praesupponitur ad formationem signorum: non enim potest aliquis rei quam ignorat congrua signa adhibere; quamvis igitur homo quilibet possit quaslibet imagines formare naturali virtute, tamen quod formentur convenienter rei futurae significandae non potest fieri nisi ab eo qui rerum illarum cognitionem habet, et secundum hoc formatio imaginariae visionis in propheta supernaturalis existit.

6. Ad sextum dicendum quod species illae quae praeexistunt in vi imaginaria prophetae, prout ibi existunt non sufficiunt ad significationem rerum futurarum, et ideo oportet quod divinitus aliter transformentur.

7. Ad septimum dicendum quod species praeexistentes in imaginatione prophetae sunt quasi elementa illius visionis imaginariae quae divinitus ostenditur cum ex eis quodam modo componatur; et exinde contingit quod propheta utitur similitudinibus rerum in quibus conversatus est.

Sed quia non semper per aliquas species fit revelatio prophetica, ut dictum est, ideo ad rationes in contrarium adductas respondere oportet.

1. Ad primum igitur dicendum quod, etsi in propheta non determinetur cognitio ad aliquid per intellectuale lumen quando ei datur solummodo supernaturale iudicium, determinatur tamen per species ab alio visas, sicut cognitio Ioseph per species visas a Pharaone, vel | per species a se ipso visas non supernaturaliter. *104rb*

2. Ad secundum dicendum quod divini luminis radius superlucet prophetae semper quidem velatus figuris, non ita quod semper species infundantur, sed quia radius praedictus speciebus praeexistentibus admiscetur.

3. Ad tertium dicendum quod prophetarum revelatio distinguitur etiam ex parte luminis intellectualis, quod quidam plenius aliis percipiunt, et ex parte specierum quae vel praeexistunt vel de novo accipiuntur ab ipso propheta aut ab alio.

4. Ad quartum dicendum quod, sicut dicit Gregorius in II Moralium, « Deus ad angelos

A 170 fuerunt] *litt. imp. add.* pA 171 imprimerentur] imprim *conf. praem.* pA 176 prophetae] in nu (*seu* inmi) *add.* pA 187 illarum] species *add.* A, *et delevimus* (*cf. lin.* 188) 188 denuo] *idem conf. praem.* pA 189 ex speciebus] s *imp. praem.* pA 191 aggregatio] *idem conf. praem.* pA 203 accipit] *idem conf. et imp. praem.* pA 241 velatus] *litt. imp. add.* pA

Φ 173 quod] qui Σ 186 responsio] solutio Φ 187 illarum] species (*induc.* A) *add.* Φ (-δ^1) P species *post* rerum *add.* δ^1 190 imaginariae] ymaginaria Φ (-δ^1) 205 in eo *om.* Σ 224 ostenditur] –duntur Φ 226 conversatus est] conversatur Φ 231 igitur] ergo Φ (-δ^2) 237 vel *om.* β γ (*def.* α) 242 infundantur] –datur Φ (-δ^2)

251 Cap. 7 (PL 75, 559 B).

loquitur eo ipso quo cordibus eorum occulta sua invisibilia ostendit », et similiter subiungit quod animabus sanctis loquitur in quantum eis certitudinem infundit; sic ergo locutio qua Deus prophetis locutus esse dicitur in Scripturis, non solum attenditur quantum ad species rerum impressas, sed etiam quantum ad lumen inditum quo mens prophetae de aliquo certificatur.

5. Ad quintum dicendum quod ex hoc ipso quod visio intellectualis et imaginaria dignior est corporali, secundum eas cognoscimus non solum praesentia sed etiam absentia, cum visione corporali solummodo praesentia cernantur; et ideo in imaginatione et intellectu reservantur species rerum, non autem in sensu. Ad hoc ergo quod visio corporalis sit supernaturalis, semper oportet quod novae formentur species corporales; non autem hoc requiritur ad hoc quod visio imaginaria vel intellectualis sit supernaturalis.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum omnis revelatio prophetica fiat angelo mediante. Et videtur quod non quia, ut dicit Augustinus VI De Trinitate, « quorundam mentes ita elevantur ut non per angelum sed in ipsa summa rerum arce incommutabiles videant rationes »; hoc autem maxime videtur competere prophetis; ergo revelatio eorum non fit angelo mediante.

2. Praeterea, dona Spiritus Sancti immediate sunt a Deo et habitus infusi; sed prophetia est donum Spiritus Sancti, ut patet I Cor. XII[10], et est etiam quoddam lumen infusum; ergo est a Deo sine angelo mediante.

3. Praeterea, prophetia quae ex virtute creata procedit est prophetia naturalis, ut supra dictum est; sed angelus est creatura quaedam; ergo prophetia quae non est naturalis sed Spiritus Sancti donum, non perficitur angelo mediante.

4. Praeterea, prophetia perficitur secundum infusionem luminis et impressionem specierum; sed neutrum horum videtur posse fieri per angelum quia vel esset creator luminis vel speciei cum haec non possint fieri nisi ex nihilo; ergo visio prophetica non fit angelo mediante.

5. Praeterea, in diffinitione prophetiae dicitur quod prophetia est divina revelatio vel inspiratio; si autem fieret angelo mediante, diceretur esse angelica non divina; ergo non fit mediantibus angelis.

6. Praeterea, Sap. VII[27] dicitur quod divina sapientia « per nationes in animas sanctas se transferens amicos Dei et prophetas constituit »; ergo ab ipso Deo immediate aliquis prophetа constituitur, non per angelum.

SED CONTRA est quod Moyses aliis prophetis excellentior fuisse videtur, ut patet Num. XI et Deut. ultimo; sed Moysi facta est divinitus revelatio mediantibus angelis, unde dicitur Gal. III[19] quod lex « ordinata est per angelos in manu mediatoris », et Act. VII[38] dicit Stephanus de Moyse « Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Syna et cum patribus nostris »; ergo multo fortius omnes alii prophetae mediante angelo revelationem acceperunt.

2. Praeterea, Dionysius dicit IV cap. Caelestis hierarchiae quod « divinas visiones gloriosi patres nostri adepti sunt per medias caelestes virtutes ».

A 252 eo] quod *add.* pA 255 certitudinem] *scilicet* retributionis *add. Gregorius* 258 impressas] ostensas *praem.* pA 263 secundum] per *praem.* pA 263 eas (*ex* eam pA) *em.* A 266 in] si *add.* pA 267 non] *litt. imp. add.* pA 269 formentur species] ymagines *praem.* pA
5 in *sup. lin.* A] per pA 15 prophetia...procedit] illud quod causatur a deo mediante alica virtute creata *praem.* pA 45 Syna A

Φ 252 quo] quod Φ 253 invisibilia] in visibilia γ iudicia α δ iudicia vel *praem.* β 270 hoc *om.* Σ
6 arce] *om.* Φ (-δ) arte *potius* δ 13 et *om.* Φ 35 transferens] transfert et Φ 43 dicit Stephanus *om.* Φ 45 Syna] synay (*seu* synai) Φ

253 subiungit: l. c. (PL 75, 561 A).
1 Parall.: *II-II* q. 172 a. 2; *Super Is.* cap. 6. 4 Rectius IV c. 17 (PL 42, 903). 16 supra: a. 3. 28 diffinitione prophetiae: cf. *Glossa* Petri Lomb. super Ps. Praef. (PL 191, 58 B-C). 39 Rectius XII[6-7] ut infra a. 14 27. 40 ultimo: XXXIV[10]. 50 § 3 (PG 3, 180 C) sec. transl. Eriugenae (Dion. 811).

3. Praeterea, Augustinus dicit libro De Trinitate quod omnes apparitiones patribus factae in Veteri testamento fuerunt per angelos administratae.

RESPONSIO. Dicendum quod in revelatione prophetica duo concurrunt, scilicet mentis illustratio et formatio specierum in imaginativa virtute. Ipsum ergo propheticum lumen quo mens prophetae illustratur a Deo originaliter procedit, sed tamen ad eius congruam susceptionem mens humana angelico lumine confortatur et quodam modo praeparatur: cum enim lumen divinum sit simplicissimum et universalissimum in virtute, non est proportionatum ad hoc quod ab anima humana in statu viae percipiatur nisi quodam modo contrahatur et specificetur per coniunctionem ad lumen angelicum quod est magis contractum et humanae menti magis proportionatum. Sed ipsa formatio specierum in imaginativa virtute proprie angelis est attribuenda eo quod tota corporalis creatura administratur per creaturam spiritualem, ut Augustinus probat in III De Trinitate; vis autem imaginaria utitur organo corporali, unde specierum formatio in ipsa ad ministerium proprie pertinet angelorum.

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut supra dictum est, verbum illud Augustini referendum est ad visionem patriae vel ad visionem raptus, non ad visionem propheticam.

2. Ad secundum dicendum quod prophetia inter dona Spiritus Sancti computatur ratione luminis prophetici, quod quidem a Deo infunditur immediate, quamvis ad eius congruam receptionem cooperetur ministerium angelorum.

104va 3. Ad tertium dicendum quod illud quod fit a creatura propria virtute est quodam modo naturale, sed quod fit a creatura non propria virtute sed in quantum est mota a Deo velut quoddam divinae operationis instrumentum est supernaturale; unde prophetia quae habet ortum ab angelo secundum naturalem angeli cognitionem est prophetia naturalis, sed illa quae habet ortum ab angelo secundum quod angelus revelationem a Deo accepit est prophetia supernaturalis.

4. Ad quartum dicendum quod angelus neque lumen in intellectu humano creat neque species in vi imaginativa, sed operatione angeli lumen naturale humano intellectui divinitus confortatur et secundum hoc hominem angelus illuminare dicitur; ex hoc etiam quod habet potestatem angelus commovere organum phantasiae, potest visionem imaginativam formare secundum quod competit prophetiae.

5. Ad quintum dicendum quod actio non attribuitur instrumento sed principali agenti, sicut scamnum non dicitur effectus serrae sed carpentarii; et similiter cum angelus non sit causa revelationis propheticae nisi sicut instrumentum divinum per revelationem a Deo perceptam, prophetia non debet dici revelatio angelica sed divina.

6. Ad sextum dicendum quod sapientia divina in animam se transferens aliquos effectus facit non mediante ministerio angelorum, sicut gratiae infusionem per quam quis amicus Dei constituitur; nihil autem prohibet quin quosdam alios effectus faciat praedicto ministerio mediante, et sic in animas sanctas se transferens prophetas constituit angelo mediante.

Articulus nonus

Nono quaeritur utrum propheta semper, quando a spiritu prophetiae tangitur, a sensibus alienetur. Et videtur quod sic quia dicitur Num. XII[6] « Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in somnio et visione loquar ad eum »; sed, ut dicit glosa in principio Psalterii, tunc fit prophetia « per somnia et visiones » quando fit « per ea quae videntur dici vel fieri »;

A 54 apparitiones] visi *praem.* pA 85 infunditur] in *mac. praem.* pA 102 naturale humano *hic* A] *post* divinitus pA

Φ 97 accepit] accipit Φ 103 confortatur] conformatur *potius* Φ 107 prophetiae] prophete Φ 109 sed principali: *hic redit cod.* Ot[4] (*ex* δ[2]: *cf.* q. 8. a. 12 *lin.* 207) 122-123 et sic...mediante *hom. om.* Σ
1 propheta] prophetia Φ (-δ[1]) 4 XII] xi Σ 5 somnio] sompno Φ P

54 III c. 11 (PL 42, 882). 75 Cap. 4 (PL 42, 873). 80 supra: a. 6 345.
1 Parall.: *II-II* q. 173 a. 3. 6 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 C).

cum autem apparent ea quae videntur dici vel fieri et non dicuntur vel fiunt, homo est a sensibus abstractus; ergo visio prophetiae semper est propheta a sensu abstracto.

2. Praeterea, quando una virtus multum intenditur in sua operatione, oportet aliam a sua operatione abstrahi; sed in visione prophetiae interiores vires maxime in suis operationibus intenduntur, scilicet intellectus et imaginatio, cum hoc sit perfectissimum ad quod pervenire possunt secundum statum viae; ergo in visione prophetica semper propheta ab operatione exteriorum virium abstrahitur.

3. Praeterea, intellectualis visio est nobilior quam imaginaria, et haec quam corporalis; sed permixtio ignobilioris detrahit aliquid de perfectione nobilioris; ergo visio intellectualis et imaginaria, quando visioni corporali non permiscentur, sunt perfectiores; cum igitur in prophetica visione ad summam perfectionem perveniant secundum statum viae, videtur quod tunc nullo modo corporali visioni permisceantur, ut scilicet propheta cum eis simul corporali visione utatur.

4. Praeterea, plus distat sensus ab intellectu et imaginatione quam ratio inferior a superiori; sed consideratio superioris rationis qua intenditur aeternis contemplandis abstrahit hominem a consideratione inferioris rationis qua homo temporalibus inhaeret; ergo multo fortius visio intellectualis et imaginaria prophetiae abstrahunt a visione corporali.

5. Praeterea, una et eadem vis non potest simul pluribus intendere; sed quando aliquis sensibus corporalibus utitur, eius intellectus et imaginatio illis rebus intendit quae corporaliter videntur; ergo simul cum hoc non posset intendere illis quae apparent absque sensibus corporis in prophetica visione.

SED CONTRA est quod dicitur I Cor. XIV[32] « spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt »; hoc autem non esset si propheta esset a sensibus alienatus quia sic non esset sui ipsius compos; ergo prophetia non fit in homine alienato a sensibus.

2. Praeterea, secundum visionem prophetiae accipitur certa cognitio de rebus sine errore; sed in his qui sunt abstracti a sensibus vel in somnio vel quocumque alio modo, est cognitio permixta errori et incerta quia similitudinibus rerum inhaerent quasi rebus ipsis, ut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram; ergo prophetia non fit cum alienatione a sensu.

3. Praeterea, si hoc ponatur, videtur sequi error Montani qui dixit prophetas quasi abreptitios esse locutos, quid dicerent nescientes.

4. Praeterea, prophetia, ut dicitur in glosa in principio Psalterii, quandoque « fit per facta et dicta: per facta, sicut per arcam Noe significatur Ecclesia; per dicta, sicut ea quae angeli dixerunt Abrahae »; sed constat quod Noe arcam constituens et Abraham angelis colloquens et eis serviens non erant a sensibus abstracti; ergo prophetia non fit per abstractionem a sensibus semper.

RESPONSIO. Dicendum quod prophetia habet duos actus: unum principalem, scilicet visionem, alium secundarium, scilicet denuntiationem.

Denuntiatio autem fit a propheta vel verbis vel etiam factis, sicut patet Ier. XIII[4] quod lumbare suum iuxta fluvium posuit ad putre-

A 12 propheta *hic* A] in aliquo pA abstracto] propheta *add.* pA, *quod ante* a sensu *transpos.* A (*cf. nota superior*) 19 ergo] quando p *add.* pA 33 intellectu] in *in fine lin. praem.* pA 35 superioris] inferior *praem.* pA 38 ergo] etc. *add.* pA fortius *em.* A] *conf.* pA 39 imaginaria] in *add.* pA 42 pluribus] *idem conf. et imp. praem.* pA 57 vel: *sequitur spatium abrasum sex litter.* A 58 similitudinibus...inhaerent] inherent *praem.* pA 70 abraahm A 75 scilicet] et *praem.* pA

Φ 10 et *om.* Φ homo] autem *add.* Φ 12 est] in *add.* Φ P 16 maxime *om.* Σ 19 possunt] possint Φ (-δ^1) possit δ^1 42 simul *om.* Σ aliquis] a *add.* Φ (-δ^1) 51 sui ipsius] *om.* α γ sui *post* compos δ 54 secundum] super Σ supra β 57 somnio] sompno Φ P 58 incerta] interea Φ 63 Montani] moritani Φ 66 per facta...per facta] prophetia per facta (*seu* perfecta) Σ prophetia per facta (*seu* perfecta) et dicitur per facta (*seu* perfecta) β

13 quando... abstrahi: cf. Avicenna *De anima* IV c. 2(f. 18[r]). 18 perfectissimum: cf. Moyses Maim. *Dux neutr.* II c. 37. 22 intellectualis...corporalis: cf. *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. XII[2] (PL 192, 80 B-C), vide etiam August. *Super Gen. ad litt.* XII c. 24 (PL 34, 474). 35 superioris rationis...inferioris rationis: August. ut supra q. 10 a. 6 272. 60 Cap. 25 (PL 34, 475). 63 error Montani: cf. Hieron. *Comment. in Is.* Prol. et cap. I[1] (PL 24, 19 B et 23 B). 65 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 C). 69 Noe: cf. Gen. VI[14] sqq. 70 Abraham: cf. Gen. XVIII[2] sqq.

scendum; utrolibet autem modo denuntiatio prophetica fiat, semper fit ab homine non abstracto a sensibus quia huiusmodi denuntiatio per signa quaedam sensibilia fit; unde prophetam denuntiantem oportet sensibus uti ad hoc quod eius denuntiatio sit perfecta, alias denuntiaret quasi abreptus.

Sed quantum ad visionem prophetiae duo concurrunt, ut ex dictis patet, scilicet iudicium et acceptio propria prophetiae. Quando igitur propheta inspiratur divinitus ut sit tantum iudicium eius supernaturale et non acceptio, tunc talis inspiratio abstractionem a sensibus non requirit quia iudicium intellectus naturaliter est perfectius in utente sensibus quam in non utente. Acceptio autem supernaturalis propria prophetiae est secundum imaginariam visionem, ad quam visionem inspiciendam rapitur mens humana ab aliquo spiritu et a sensibus abstrahitur, ut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram; cuius ratio est quia vis imaginativa, dum quis utitur sensibus, | principaliter est intenta his quae per sensus accipiuntur, unde non potest esse quod intentio eius principaliter transferatur ad ea quae aliunde accipiuntur nisi quando homo est a sensu abstractus. Unde quandocumque fit prophetia secundum imaginariam visionem, oportet a sensibus abstractum esse prophetam.

104vb

Sed haec abstractio dupliciter contingit: uno modo ex causa animali, alio modo ex causa naturali; a causa quidem naturali quando exteriores sensus stupescunt vel propter aegritudinem vel propter vapores somni ad cerebrum ascendentes ex quibus contingit organum tactus immobilitari; ex causa vero animali, sicut quando homo ex nimia attentione ad intellectualia vel imaginabilia omnino a sensibus exterioribus abstrahitur. Numquam autem fit in propheta abstractio a sensibus corporalibus per aegritudinem, sicut fit in epilepticis vel furiosis, sed solummodo per causam naturalem ordinatam, scilicet per somnum; et ideo prophetia quae fit cum visione imaginaria semper fit vel in somnio, quando scilicet est abstractio a sensibus per causam naturalem ordinatam, vel in visione, quando fit abstractio a causa animali. In hoc tamen differt propheta in sua abstractione a sensibus, sive abstrahatur per somnium sive per visionem, ab omnibus aliis qui abstrahuntur a sensibus quod mens prophetae illustratur de his quae in visione imaginaria videntur, unde cognoscit ea non esse res sed aliquarum rerum similitudines de quibus certum iudicium habet per lumen mentis. Sic igitur patet quod prophetiae inspiratio quandoque fit cum abstractione a sensibus, quandoque non; unde ad utrasque rationes est respondendum.

1. Ad primum igitur dicendum quod in verbis illis Dominus intendit ostendere praeeminentiam Moysi ad alios prophetas quantum ad acceptionem supernaturalem, quia scilicet Moyses supernaturaliter ad hoc promotus est ut ipsam Dei essentiam in se ipsa videret; sed omnia quae prophetae acceperunt, non acceperunt nisi in similitudinibus somnii et visionis. Sed tamen iudicium prophetae non est per similitudines aliquas somnii vel visionis; unde iudicium prophetiae fit etiam sine abstractione a sensu.

2. Ad secundum dicendum quod, quando vis interior intenditur in visione sui obiecti, abstrahitur, si sit perfecta attentio, ab exteriori visione; sed quantumcumque sit perfectum iudicium interioris virtutis, non abstrahit ab operatione exteriori quia ad interiorem virtutem pertinet de exteriori iudicare; unde iudicium superioris in idem ordinatur cum operatione exteriori, et ideo non mutuo se impediunt.

A 86 sit] fi *praem.* pA 89 iudicium] super *add.* pA 98 visionem] de *add.* pA 108 a sensibus] hominem *praem.* pA 121 epilepticis] epilenticis A 136 prophetiae inspiratio] inquisitio *praem.* pA 148 prophetae non] non *praem.* pA 153 vis] visio *praem.* pA

Φ 97 prophetiae] proprie Φ (-δ^2) *om.* δ^2 99 mens] vis Φ (-δ) 101 imaginativa] –ginaria Φ 125 somnio] sompno Φ P 130 somnium] sompnum Φ (-α) P 133 unde] quando Φ (-δ^2) ea] eam Φ (-δ^2) 134 aliquarum] aliqualiter Φ 149 vel] et Φ 150 etiam *om.* Φ 151 sensu] sensibus Φ 154 abstrahitur] attenditur Σ

89 dictis: supra a. 7. 101 Cap. 13 (PL 34, 464). 114 vapores somni: Arist. ut supra q. 11 a. 3 281 in nota. 117 ex nimia attentione: cf. Avicenna *De anima* IV c. 2 (f. 18^r).

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de visione intellectuali et imaginaria secundum acceptionem et non secundum iudicium, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod ex hoc ipso potentiae animae mutuo se in suis operationibus impediunt quod in una essentia animae sunt fundatae; unde quanto aliquae vires animae sunt sibi magis propinquae, tanto magis natae sunt se impedire si ad diversa ferantur, unde ratio non sequitur.

5. Ad quintum dicendum quod ratio illa procedit etiam quantum ad acceptionem supernaturalem virtutis imaginariae vel intellectualis et non quantum ad iudicium.

1. Ad primum autem in contrarium dicendum quod Apostolus loquitur quantum ad prophetiae denuntiationem, quia suo arbitrio subiacet denuntiare de quibus inspiratur vel non; quantum autem ad revelationem ipse propheta spiritui subicitur: non enim fit revelatio secundum arbitrium prophetae sed secundum arbitrium spiritus revelantis.

2. Ad secundum dicendum quod hoc est ex lumine prophetiae quod mens prophetae illustratur ut etiam in ipsa abstractione a sensibus verum iudicium habeat de his quae videt in somnio vel visione.

3. Ad tertium dicendum quod error Montani fuit in duobus: primo quia subtrahebat prophetis lumen mentis quo de visis verum iudicium haberent; secundo quod in ipsa denuntiatione eos a sensibus abstractos dicebat sicut in furiosis contingit vel in his qui loquuntur in dormiendo; hoc autem non sequitur ex positione praedicta.

4. Ad quartum dicendum quod hoc quod prophetia dicitur fieri per dicta vel facta, referendum est ad denuntiationem prophetiae magis quam ad propheticam visionem.

Articulus decimus

Decimo quaeritur utrum prophetia convenienter dividatur in prophetiam praedestinationis, praescientiae et comminationis. Et videtur quod non quia glosa in principio Psalterii dividit prophetiam dicens quod « alia est secundum praescientiam, quam necesse est omnibus modis impleri etiam secundum tenorem verborum, ut: ' Ecce virgo concipiet '; alia secundum comminationem, ut: ' Quadraginta dies sunt et Ninive subvertetur ', quae non secundum verborum superficiem sed tacitae intelligentiae significatione completur »; ergo videtur superfluere tertium membrum quod Ieronymus apponit, scilicet de prophetia secundum praedestinationem.

2. Praeterea, illud quod consequitur omnem prophetiam non debet poni ut membrum dividens prophetiam; sed omnem prophetiam consequitur esse secundum praescientiam divinam quia, ut glosa dicit Is. XXXVIII[1], « prophetae in libro praescientiae legunt »; ergo prophetia secundum praescientiam non debet poni membrum dividens prophetiam.

3. Praeterea, cum praescientia sit superius ad praedestinationem quasi in eius diffinitione posita, non potest praescientia contra praedestinationem dividi nisi quantum ad ea in quibus praescientia praedestinationem excedit; sed praescientia excedit praedestinationem in malis quia de eis est praescientia et non praedestinatio, de bonis vero praedestinatio et praescientia; ergo cum dicitur quod prophetia alia est secundum praescientiam, alia secundum praedestinationem, hoc est dictu alia est de

A 175 ymaginarie A 193 iudicium] i *conf. praem.* pA 199 facta] *idem conf. praem.* pA
2 in] prop (*et brevem rasur.*) *add.* pA 4 glosa in] in *praem.* A, *et delevimus* 5 dividit prophetiam] in prop *add.* pA 6 praescientiam] ali *add.* pA (*cf.* alia *lin.* 9) 10 Ninive] *idem conf. praem.* pA 19 consequitur] cons (*et brevem ras.*) *praem.* pA

Φ 171 natae] note Φ (-γ) 189 somnio] sompno Φ 198 quod[2] *om.* Φ
1 convenienter] communiter Φ (-δ^2) 8 ut] . v. Σ 9 secundum] scilicet Φ ut] adhuc *add.* Φ (-δ^1) adhuc δ^1 10 sunt *om.* Φ 20 XXXVIII] xxxiiii (*seu* 34) Φ (-δ^1) 39 δ^1 27 ad ea] *om.* Σ ab ea β 29 excedit] excludit Σ precedit P

1 Parall.: *II-II* q. 174 a. 1; *Lect. super Matth.* cap. 1 lect. 5. 4 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 59 B). 14 Ex *Glossa ordin.* super Matth. 1^{22-23}, vide etiam infra lin. 166. 20 *Glossa ordin.* ibid. 25 quasi...posita: cf. supra q. 6 a. 1 107. 30 de eis est praescientia: Petrus Lomb. ut supra q. 6 a. 1 73 in nota. 31 de bonis...praescientia: August. ut hic infra lin. 43.

bonis, alia est de malis; sed bona et mala indifferenter ex libero arbitrio dependent; ergo nulla est differentia quam assignat Ieronymus inter has duas prophetias dicens « prophetiam praedestinationis esse quae sine nostro impletur arbitrio, prophetiam vero secundum praescientiam | cui nostrum admiscetur arbitrium ».

105ra

4. Praeterea, praedestinatio, ut dicit Augustinus, est de bonis salutaribus; sed inter bona salutaria etiam nostra merita computantur quae ex libero dependent arbitrio; ergo prophetiae secundum praedestinationem nostrum admiscetur arbitrium, et sic Ieronymus male distinguit.

5. Praeterea, in prophetia non possunt considerari nisi tria, scilicet a quo est, in quo est et de quo est; sed penes illud a quo est prophetia non distinguitur quia omnis prophetia est ab uno principio, scilicet Spiritu Sancto; nec iterum penes id in quo est quia prophetiae subiectum est humanus spiritus; ea autem de quibus est prophetia non sunt nisi bona vel mala; ergo prophetia non debet dividi nisi divisione bimembri.

6. Praeterea, Ieronymus dicit quod illa prophetia « Ecce virgo concipiet », est secundum praedestinationem; sed ad impletionem illius prophetiae liberum arbitrium se immiscuit in Virginis consensu; ergo prophetia secundum praedestinationem habet liberum arbitrium immixtum, et sic non differt a prophetia quae est secundum praescientiam.

7. Praeterea, omnis enuntiatio de futuro quod nescitur esse futurum vel est falsa vel saltim dubia annuntianti; sed per prophetiam comminationis praedicitur aliquid esse futurum, utpote destructionem alicuius civitatis; cum igitur haec denuntiatio non sit falsa nec dubia, quia in Spiritum Sanctum qui est prophetiae auctor nec falsitas nec dubitatio cadit, oportet hoc futurum esse ad minus a Spiritu Sancto praescitum; ergo prophetia secundum comminationem non distinguitur a prophetia secundum praescientiam.

8. Praeterea, cum aliquid praedicitur secundum prophetiam comminationis, aut illa praedictio est intelligenda sine condicione aut sub condicione; si sub condicione, hoc non videtur competere prophetiae quae in quadam supernaturali cognitione consistit: futura enim praecognoscere quibusdam condicionibus stantibus etiam naturalis ratio potest; ergo oportet ut sine condicione intelligatur; aut igitur prophetia est falsa aut eveniet quod praedicitur, et sic oportet a Deo esse praescitum; ergo prophetia comminationis non debet distingui contra prophetiam praescientiae.

9. Praeterea, Ier. XVIII[8] similis regula proponitur de divinis comminationibus et promissionibus adimplendis, quia scilicet comminationes revocantur quando gens contra quam est facta comminatio poenitentiam agit a malis, similiter promissio deficit quando gens cui facta est iustitiam relinquit; ergo sicut ponit prophetiam comminationis quoddam membrum prophetiae, ita debet ponere quartum membrum prophetiam promissionis.

10. Praeterea, Is. XXXVIII[1] hoc prophetice Isaias dixit ad Ezechiam « Dispone domui tuae quia morieris » etc.; haec autem prophetia non est secundum praedestinationem, quia talem prophetiam necesse est omnibus modis impleri etiam sine nostro arbitrio; nec iterum secundum praescientiam quia hoc futurum Deus non praesciebat, alias praescientiae subesset falsum; nec iterum secundum comminationem quia sine condicione praedicebatur futurum; ergo oportet ⟨ponere⟩ aliquod quartum genus prophetiae.

11. Sed dicebat quod hoc praedicebatur

A 55 ea] *idem, ante trans. ad lin., praem.* pA 85 praecognoscere *em.* A] preco (*transitus ad lin.*) cognoscere pA 88 eveniet] est *praem.* pA 109 non] *idem conf. praem.* pA 112 ⟨ponere⟩ *suppl. cum* P (*cf. lin.* 100)] *om.* A 114 Sed dicebat] § Preterea prophetia comminationis *praem.* pA (*cf. infra lin.* 131)

Φ 35 est *om.* Σ (-δ²) 40 vero *om.* Σ 51 prophetia *om.* Σ 63 consensu] assensu (*induc.* A) Φ ascensu P 64 immixtum] admixtum Φ 65-67 non differt...de futuro (*scil. lineam totam ex* A) *om.* P 74 auctor] actor Φ 82 videtur] ostenditur Σ 91 praescientiae] prescientia Φ 98 iustitiam] –titia Φ (-δ¹) iniustitiam δ¹ relinquit] derelinquit Φ 102 XXXVIII] xxxiiii (*seu* 34) Φ 102 hoc *om.* Σ 104 etc. *om.* Φ 105 talem] illa Σ illam β 106 prophetiam *om.* Σ 112 ⟨ponere⟩ *suppl.* P] esse *suppl.* Φ

37 Ut supra lin. 14. 43 *De praedest. sanct.* cap. 10 (PL 44, 974), cf. etiam Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 40 Prol. 47 Ut supra lin. 14. 59 Ut supra lin. 14. 60 « Ecce...: Is. VII[14].

esse futurum secundum causas inferiores, et sic erat prophetia comminationis. — Sed contra, causae inferiores mortis hominis aegrotantis possunt homini esse notae secundum artem medicinae; si igitur Isaias hoc non praedixit nisi secundum causas inferiores futurum, vel non prophetice praedixit vel prophetica praedictio non differt a medici praedictione.

12. Praeterea, omnis prophetia est de rebus vel intuendo causas superiores vel intuendo causas inferiores; si igitur praedicta prophetia intelligatur condicionalis quia est secundum aliquas causas, scilicet inferiores, pari ratione omnis prophetia condicionalis erit, et sic omnis prophetia erit eiusdem rationis cum comminatoria.

13. Praeterea, prophetia comminationis, quamvis non impleatur « secundum superficiem verborum, impletur tamen tacitae intelligentiae significatione », ut Cassiodorus dicit, sicut quod dictum est per Ionam « Ninive subvertetur » impletum est, secundum Augustinum in libro De civitate Dei, quia quamvis ' Ninive steterit in moenibus, corruit tamen in pravis moribus '; sed hoc etiam invenitur in prophetia praedestinationis et praescientiae quod non implentur secundum exteriorem verborum superficiem sed secundum spiritualem sensum, sicut quod dictum est Is. LIV[11] « Fundabo Ierusalem in saphiris », et Dan. II[34] quod « lapis abscissus de monte sine manibus » confregit statuam, et multa alia huiusmodi; ergo prophetia comminationis non debet distingui contra prophetiam praescientiae et praedestinationis.

14. Praeterea, si alicui demonstrantur aliquae futurorum similitudines, non dicitur propheta nisi intelligat ea quae per illas significantur, sicut Pharao non est dictus propheta qui spicas et boves vidit: « intelligentia enim opus est in visione », ut dicitur Dan. X[1]; sed illi per quos comminationes divinae fiunt, intelligunt tantum hoc quod proponunt secundum verborum superficiem, non autem illuminantur de his quae per illa significantur, sicut patet de Iona qui intellexit Ninive materialiter subvertendam, unde ea non subversa sed correcta doluit quasi sua prophetia non esset impleta; ergo propheta ex hoc dici non debuit, et sic nec comminatio debet poni species prophetiae, unde videtur praedicta distinctio nulla esse.

SED CONTRARIUM apparet ex glosa quae habetur super illud Matth. I[23] « Ecce Virgo concipiet », ubi praedicta divisio ponitur et explanatur.

RESPONSIO. Dicendum quod prophetia a divina praescientia derivatur, ut supra dictum est. Sciendum est autem quod Deus alio modo praescit futura ab omnibus aliis qui futura praecognoscunt. Circa futurorum enim cognitionem duo est considerare, scilicet ipsum ordinem causarum ad futuros effectus et exitum sive executionem huius ordinis in hoc quod effectus actu procedunt ex suis causis. Quaecumque igitur virtus creata aliquam cognitionem habet de futuris, sua cognitio non fertur nisi ad ordinem causarum, sicut medicus secundum hoc dicitur futuram mortem praescire in quantum scit naturalia principia esse ordinata ad defectum mortis, et eodem modo astrologus dicitur praecognoscere | futuras pluvias aut ventos; unde, si sint tales causae quarum effectus impediri possint, non semper evenit quod sic praescitur esse futurum. Sed Deus non solum cognoscit futura ratione ordinis causarum, sed etiam quantum ad ipsum *105rb*

A 117 causae *scrips.*] causa (*casu non emendatum*) pA (*cf. nota insequens*) inferiores (*ex* inferior est pA) *em.* A 135 Jonam A 144 saphiris A] saphe *praem.* pA 150 si] *litt. imp. praem.* pA 159 significantur *scrips.*] significatur *casu om. compl. abbrev.* A 160 Jona A 161 correcta (*e* correpta pA) *em.* A 165 unde] dio (*inc.* divisio *?*) *add.* pA 168 ponitur *em.* A] *conf.* pA

Φ 120 futurum] futuras β *ante* nisi Σ (*def.* δ[2]) 125 causas *om.* Φ 126 intelligatur] –gitur Φ 128 erit] est Σ 144 in *om.* Φ 145 quod *om.* Φ 150 demonstrantur] –trentur Φ P 161 ea *om.* Σ 168 concipiet *om.* Φ divisio] previsio Φ (-δ) diffinitio δ[1] 175 scilicet] secundum Σ 186 quarum] quorum Φ (-δ[1])

115 secundum causas inferiores: *Glossa ordin.* super Is. XXXVIII[1] ut refertur supra a. 3 96. 134 Cassiodorus: ex *Glossa* Petri Lomb. ut supra lin. 4. 135 Ion. III[4]. 137 XXI c. 24 (PL 41, 739). 144 Dan. II[34]: ' ...et percussit statuam ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' ...et percussit imaginem ' sec. recens. Veteris Latinae. 153 Pharao: cf. Gen. XLI[17] sqq. 160 Iona: cf. Ion. III[4]. 166 *Glossa ordin.* super Matth. I[22-23]; « Ecce Virgo concipiet »: rectius Is. VII[14]. 171 supra: a. 3.

exitum vel executionem ordinis. Cuius ratio est quia eius intuitus aeternitate mensuratur quae omnia tempora in uno nunc indivisibili comprehendit; unde uno simplici intuitu videt et ad quid causae sunt ordinatae et qualiter ordo ille impleatur vel impediatur. Hoc autem creaturae est impossibile cuius intuitus limitatur ad aliquod tempus determinatum, unde cognoscit ea quae sunt in illo tempore; futura vero in tempore quando adhuc sunt futura non sunt nisi in ordine suarum causarum, unde sic solummodo a nobis praecognosci possunt – ut recte considerantibus appareat, in hoc quod futura praescire dicimur, magis nos praesentium quam futurorum scientiam habere –: et sic remaneat solius Dei proprium esse vere scire futura.

Quandoque igitur a divina praescientia derivatur prophetia ratione ordinis causarum, quandoque vero etiam ratione executionis vel impletionis illius ordinis. Cum ergo fit prophetae revelatio solummodo de ordine causarum, dicitur prophetia comminationis: tunc enim nihil aliud prophetae revelatur nisi quod secundum ea quae nunc sunt talis ad hoc vel illud est ordinatus. Impletio vero ordinis causarum fit dupliciter: quandoque quidem ex sola operatione divinae virtutis, ut suscitatio Lazari, conceptio Christi et huiusmodi, et secundum hoc est prophetia praedestinationis quia, ut dicit Damascenus, « ea Deus praedestinat quae non sunt in nobis »; unde et praedestinatio quasi quaedam Dei praeparatio dicitur, hoc autem aliquis praeparat quod facturus est ipse, non quod alius. Quaedam vero explentur etiam operatione causarum aliarum sive naturalium sive voluntariarum; et haec in quantum per alias causas complentur non sunt praedestinata, sunt tamen praescita; unde horum dicitur esse prophetia secundum praescientiam. Quia tamen prophetia propter homines fit, circa ea quae per homines fiunt libero arbitrio praecipue prophetia praescientiae consistit; unde, praetermissis aliis causis creatis, Ieronymus prophetiam praescientiae notificans de solo libero arbitrio mentionem facit.

1. Ad primum igitur dicendum quod ista trimembris divisio quam Ieronymus ponit reducitur ad bimembrem, ut dictum est, quia quaedam respicit ordinem causarum, quaedam autem exitum ordinis; et in hac divisione Cassiodorus stetit. Ieronymus vero alterum membrum subdivisit; et ideo duo Cassiodorus membra divisionis posuit, Ieronymus autem tria. Praescientiam etiam Cassiodorus accepit secundum sui communitatem: est enim de omnibus eventibus, sive virtute creata sive increata fiant; sed Ieronymus accepit praescientiam secundum quandam restrictionem, prout est de illis tantum de quibus non est praedestinatio per se loquendo, scilicet de his quae virtute creata proveniunt.

2. Ad secundum dicendum quod omnis prophetia divinam praescientiam habet quasi radicem; sed cum in divina praescientia sit cognitio ordinis et eventus, quaedam prophetia derivatur ex una parte, quaedam ex alia. Praescientia vero Dei secundum hoc proprie praescientiae nomen habet quod ad eventum respicit qui futurus est, ordo enim ad eventum est in praesenti unde de eo magis est scientia quam praescientia: et sic illa prophetia quae ordinem respicit non dicitur secundum praescientiam, sed solum illa quae est secundum eventum.

3. Ad tertium dicendum quod praescientia hic accipitur contra praedestinationem divisa quantum ad ea in quibus praescientia praedestinationem excedit; non autem excedit praescientia praedestinationem solum in malis si praedestinatio stricte accipiatur, sed etiam in

A 191 exequutionem A 196 impediatur] imple *praem.* pA 197 limitatur ad...determinatum] d *praem.* pA 204 quod *sup. lin.* A] *idem conf.* pA 210 executionis] exequutionis A 214 nisi quod] quam *praem.* pA 222 non] *postea brev. ras.* A 223 praeparatio *em.* A] *conf.* pA 225 quod alius *inv.* pA 241 exitum] *idem conf. praem.* pA 264 illa (*ex* illam pA) *em.* A 269 excedit[1]] *idem conf. praem.* pA

Φ 196 vel impediatur *om.* Φ 199 ea] illa Φ 204 magis] etiam *praem.* Φ nos *om.* Σ 207 esse *om.* Σ 211 prophetae] prophetie Φ 221 ea] que *add.* Φ (-δ[1])

192 aeternitate mensuratur: Boetius ut supra a. 6 245. 218 suscitatio Lazari: cf. Ioh. XI[43]. 219 conceptio Christi: cf. Luc. I[35]. 221 *De fide* II c. 30 (PG 94, 971 A; Bt 161). 223 dicitur: cf. supra q. 6 a. 1 107.

omnibus bonis quae non fiunt sola virtute divina, unde ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod meritum nostrum et est ex gratia et est ex libero arbitrio; non autem subiacet praedestinationi nisi secundum quod est ex gratia, quae a solo Deo est; unde id quod ex nostro arbitrio est praedestinationi subesse est per accidens.

5. Ad quintum dicendum quod prophetia hic distinguitur secundum ea de quibus est, non quidem secundum bona et mala quia huiusmodi differentiae per accidens se habent ad futurum quod per prophetiam cognoscitur, sed secundum quod est de ordine vel de exitu ordinis, ut dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod ad Christi conceptionem intervenit consensus Virginis, non quasi operans sed sicut impedimentum removens: non enim invitae tantum beneficium praestari decebat.

7. Ad septimum dicendum quod aliquid potest dici esse futurum non solum ex hoc quia ita erit, sed quia ita est ordinatum in causis suis ut sic sit futurum; sic enim medicus dicit iste sanabitur vel morietur: et si aliter contingat non falsum dixit, sic enim tunc futurum erat ex ordine causarum quem tamen possibile est impediri, et tunc quod prius futurum fuerat consequenter non erit futurum: unde Philosophus dicit in II De generatione quod « futurus quis incedere non incedet »; et secundum hoc denuntiatio prophetae comminantis nec falsa est nec dubia, quamvis non eveniat quod praedixit.

8. Ad octavum dicendum quod si prophetia comminationis referatur ad ordinem causarum quem directe respicit, sic est absque omni condicione: absolute enim verum est ita ordinatum esse in causis ut hoc contingat; si autem referatur ad eventum quem respicit indirecte, sic intelligenda est sub condicione causae; et tamen supernaturalis est quia naturali cognitione non potest sciri etiam causa extante, utpote iniquitate remanente, quod talis poena vel talis determinate secundum divinam iustitiam debeatur.

9. Ad nonum dicendum | quod sub prophetia comminationis intelligitur etiam prophetia promissionis quia de eis est eadem ratio; ideo tamen magis exprimitur de prophetia comminationis quia frequentius invenitur revocata comminatio quam promissio: Deus enim pronior est ad miserendum quam ad puniendum. *105va*

10. Ad decimum dicendum quod prophetia illa fuit secundum comminationem; et quamvis non esset condicio explicite proposita, est tamen illa denuntiatio sub implicita condicione intelligenda, scilicet tali ordine rerum manente.

11. Ad undecimum dicendum quod causae inferiores non solum sunt causae naturales quas medici praecognoscere possunt, sed etiam causae meritoriae quae ex sola divina revelatione cognoscuntur; causae etiam naturales salutis vel mortis multo perfectius divina revelatione quam humano ingenio cognosci possunt.

12. Ad duodecimum dicendum quod causae superiores, scilicet rationes rerum in divina praescientia, numquam deficiunt ab impletione suorum effectuum sicut deficiunt causae inferiores; et ideo in causis superioribus cognoscuntur eventus rerum absolute, sed in inferioribus nonnisi sub condicione.

13. Ad tertium decimum dicendum quod in prophetia praedestinationis et praescientiae,

A 275 ex[1]] *postea brev. ras.* A 277 quae...unde] unde *praem.* pA 287 sextum] vi *em.* A vij pA dicendum *scrips.*] dictum *fort. e lapsu scribae* A 293 quia *sup. lin.* A] *idem conf.* pA 298 quem] quas *praem.* pA 303 denuntiatio...comminantis] comminatio *praem.* pA 308 est] *idem conf. praem.* pA 318 quod] § Ad xi dicendum *in marg. praem.* A, *et sequitur solutio ut infra lin.* 330-336 « causae...possunt », *postea solutio* ad 12[m], *deinde* ad 9[m], ad 10[m] *et* ad 13[m]: *litteris* c d a b e *in marg. positis ordo restituitur.* Ad ix dicendum *suo loco rep.* A 323 pronior est] est *praem.* pA 330 Ad undecimum (xi A) dicendum *in marg.* A] Ad ix dicendum (*casu non del. in fine col.* 105[rb]) *praem.* A, *et delevimus* (*cf. nota ad lin.* 318) 337 duodecimum] xij A x pA 338 rationes...divina praescientia, numquam] divina prescientia numquam *praem.* pA 343 condicione] *postea sequuntur solutiones* ad 9[m] *et* 10[m] pA

Φ 279 est] dicitur Φ 291 decebat] debebat Φ (-δ) debeat δ 296 vel] et iste Φ morietur] moritur Φ (-δ[1]) 298 quem] quod Φ 309 verum] non Φ 314 extante] existente Φ 316 divinam iustitiam] dictam materiam Σ 338 superiores, scilicet] superiores sunt α γ sunt δ[2] sunt superficies que δ[1]

301 Cap. 11 (337 b 7) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 208[r]). 323 pronior est ad miserendum: *Glossa ordin.* super Ier. Prol. [ex Origenis *In Ier.* hom. 1 n. 1 Hieron. interprete (PG 13, 255 A)] ut dicitur infra q. 15 a. 4 lin. 127, vide etiam Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 30 c. 1 (f. 102[vb]).

quamvis proponatur veritas adimplenda sub aliquibus similitudinibus, tamen ratione illarum similitudinum non attenditur aliquis sensus litteralis; sed litteralis sensus attenditur secundum ea quae per similitudines significantur, sicut in omnibus metaphoricis significationibus accidit; unde in talibus prophetiis nulla veritas invenitur quantum ad similitudines, sed solum quantum ad ea quae per similitudines significantur. Sed in prophetia comminationis sensus litteralis verborum prophetae attenditur secundum illas similitudines rerum quae evenient, quia similitudines illae non tantum proponuntur ut similitudines sed ut res quaedam; unde et illud quod eveniet significatum per huiusmodi similitudines, non pertinet ad sensum litteralem sed ad sensum mysticum, sicut cum dicitur « Ninive subvertetur », subversio materialis pertinet ad sensum litteralem, sed subversio a pravis moribus pertinet ad sensum moralem; et in ipso sensu litterali attenditur aliqua veritas ratione ordinis causarum, ut dictum est.

14. Ad quartum decimum dicendum quod in somnio Pharaonis spicae illae et boves non demonstrabantur ut res quaedam, sed solum ut similitudines; et ideo Pharao, qui solum illas similitudines vidit, non habuit alicuius rei intellectum, et propter hoc propheta non fuit. Sed Ionae cui dictum est « Ninive subvertetur », aderat intelligentia alicuius rei, scilicet ordinis meritorum ad subversionem, etsi forte alterius rei, scilicet conversionis, praescius non fuerit; unde quantum ad hoc quod non intelligebat propheta non fuit. Sciebat tamen Ionas et prophetae comminantes prophetiam quam praedicebant non esse secundum praescientiam sed secundum comminationem; unde dicitur Ionae ultimo «Propter hoc praeoccupavi ut fugerem in Tharsis; scio enim quod tu clemens et misericors es ».

Articulus undecimus

Undecimo quaeritur utrum in prophetia inveniatur immobilis veritas. Et videtur quod non: cum enim immobilis veritas in diffinitione prophetiae ponatur, si prophetiae conveniat, oportet ut per se ei conveniat; sed futura contingentia de quibus est prophetia per se non sunt immobilia sed solum secundum quod ad praescientiam divinam referuntur, ut dicit Boetius; ergo immobilis veritas non debet assignari prophetiae quasi in eius diffinitione posita.

2. Praeterea, illud quod non impletur nisi aliqua variabili condicione existente, non habet immobilem veritatem; sed aliqua prophetia est, scilicet comminationis, quae non impletur nisi variabili condicione existente, scilicet perseverantia iustitiae vel iniquitatis, ut habetur Ier. XVIII[8]; ergo non omnis prophetia habet immobilem veritatem.

3. Praeterea, Is. XXXVIII[1] dicit glosa quod « Deus prophetis revelat suam sententiam sed non consilium »; sententia autem eius est variabilis, ut ibidem dicitur; ergo prophetia non habet immobilem veritatem.

4. Praeterea, si prophetia habet immobilem veritatem, aut hoc est ex parte prophetae videntis, aut ex parte rei quae videtur, aut a parte speculi aeterni a quo videtur: non a parte videntis quia humana cognitio variabilis est, nec ex parte rei quae contingens est, nec ex parte divinae praescientiae sive speculi quia per hoc necessitas rebus non imponitur; ergo prophetia nullo modo habet immobilem veritatem.

5. Sed dicebat quod divina praescientia non imponit necessitatem quin aliter evenire possit, sed tamen aliter non eveniet quod praescitur; et hoc modo prophetia habet immobilem veritatem: immobile enim dicitur, secundum Phi-

A 346 adimplenda sub] sub *praem.* pA 357 attenditur] est *praem.* pA 370 Pharaonis] farano *praem.* pA 375 Jone A, *et sic cum litt.* J *lin.* 380,383 381 prophetiam quam] hoc quod *praem.* pA 385 es] est *imp. praem.* pA

Φ 351-355 sicut in...significantur *hom. om.* Σ 359 res] rationes Σ 362-366 sensum[1]...ad sensum *om.* δ[2] 362-365 ad sensum[2]...sed *hom. om.* Σ (*def.* δ[2]) 366 sensum *om.* Φ (*def.* δ[2]) 370 somnio] sompno Φ (-δ[2]) 374 propheta] prophetia Φ 378 conversionis] subversionis Φ

13-16 non habet...existente *hom. om.* δ[2] 14 est *om.* Σ (*def.* δ[2]) 16 perseverantia] -tie Φ 17 iustitiae] malitie Φ 27 a] ex Φ 28 non] autem *add.* Φ 30 quae] etiam Σ (-δ[1]) quia δ[1] 32 rebus] rei Σ

351 sicut...accidit: Arist. ut supra q. 10 a. 7 99 in nota. 383 ultimo: IV[2].

1 Parall.: *II-II* q. 171 a. 6. 3 diffinitione prophetiae: cf. infra lin. 69. 9 *De consol.* V pr. 6 (PL 63, 861 A). 20 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. *Moral.* XVI c. 10 (PL 75, 1127 B). 23 ibidem: l. c. hic supra.

losophum, quod non potest moveri vel quod difficile movetur vel quod non movetur. — Sed contra, posito possibili nihil sequitur impossibile; si igitur possibile est id quod est praescitum et prophetatum aliter se habere, si ponatur aliter se habere, nullum sequetur impossibile, sequitur autem prophetiam habere mobilem veritatem; ergo non est necesse prophetiam habere immobilem veritatem.

6. Praeterea, veritas propositionis sequitur condicionem rei quia « ex eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est », ut dicit Philosophus; sed res de quibus est prophetia sunt contingentes et mutabiles; ergo et prophetica denuntiatio habet mobilem veritatem.

7. Praeterea, effectus denominatur necessarius vel contingens a causa proxima, non a causa prima; sed causae proximae rerum de quibus est prophetia sunt causae mobiles quamvis causa prima sit immobilis; ergo prophetia non habet immobilem veritatem sed mobilem.

8. Praeterea, si prophetia habet immobilem veritatem, impossibile est aliquid esse prophetatum | et illud non fieri; sed quod est prophetatum, impossibile est non esse prophetatum; ergo si prophetia habet immobilem veritatem, necesse est evenire illud quod prophetatum est, et sic prophetia ⟨non⟩ erit de futuris contingentibus. *105vb*

SED CONTRA est quod dicitur in glosa in principio Psalterii « Prophetia est divina inspiratio vel revelatio, rerum eventus immobili veritate denuntians ».

2. Praeterea, prophetia est « divinae praescientiae signum », ut dicit Ieronymus; sed praescita in quantum subsunt praescientiae sunt necessaria, ergo et prophetata in quantum de illis est prophetia; ergo prophetia habet immobilem veritatem.

3. Praeterea, scientia Dei potest esse immobilis de rebus mobilibus quia a rebus ortum non habet; sed similiter cognitio prophetica non sumitur a rebus ipsis; ergo prophetia habet immobilem veritatem de rebus mobilibus.

RESPONSIO. Dicendum quod in prophetia duo est considerare, scilicet ipsas res prophetatas et cognitionem quae de eis habetur; et horum duorum invenitur diversus ordo originis. Ipsae enim res prophetatae sunt immediate a causis mobilibus sicut a causis proximis, sed a causa immobili sicut a causa remota; cognitio vero prophetica e converso est a divina praescientia sicut a causa proxima, a rebus vero prophetatis non dependet sicut a causa sed est solum sicut earum signum. Omnis autem effectus in necessitate et contingentia sequitur causam proximam et non causam primam; unde ipsae res prophetatae mobiles sunt, sed prophetica cognitio est immobilis sicut et divina praescientia a qua derivatur ut exemplatum ab exemplari: sicut enim ex hoc quod veritas intellectus est necessaria sequitur quod enuntiatio quae est signum intellectus habeat necessariam veritatem, ita ex hoc ipso quod divina praescientia est immobilis sequitur quod prophetia quae est signum eius immobilem habeat veritatem.

Quomodo autem praescientia Dei possit esse immobiliter vera de rebus mobilibus, dictum est in alia quaestione De scientia Dei; unde non oportet hic repetere cum immobilitas prophetiae tota dependeat ex immobilitate divinae praescientiae.

1. Ad primum igitur dicendum quod nihil prohibet aliquid inesse per accidens alicui secundum se sumpto quod eidem per se inest alio addito; sicut homini per accidens inest

A 54 denominatur] demo *praem.* pA 56 proximae] proph *praem.* pA 61 impossibile...prophetatum] si aliquid prophetatum est hoc eui (*inc.* evenire) *praem.* pA 65 evenire] esse *praem.* pA 66 ⟨non⟩ *suppl.*] *om.* A 72 Praeterea] § preterea prophetia a prescientia oritur. set prescita in quantum sunt prescita sunt necessaria. ergo et proph *praem.* pA 80 non habet] h *praem.* pA 91 a causa] c *praem.* pA 100 enuntiatio *em.* A] *conf.* pA 109 unde] et per omnem eundem modum *praem.* pA

Φ 40 vel...movetur *hom. om.* Σ 43 si ponatur...habere *hom. om.* α δ^2 P 52 et^2 *om.* Φ 54 denominatur] denotatur Φ (-δ^2) 56 causa] *om.* Σ *post* prima β 58 immobilis] immutabilis Φ (-δ^2) immutabiliter δ^2 66 ⟨non⟩ *suppl.* Φ] *om.* P 77 veritatem] de rebus mobilibus *add.* β (*cf. lin.* 82 *et nota insequens*) 78-82 Praeterea...veritatem *hom. om.* Σ (*cf. nota superior*) 85 eis] illis Φ 92 est *om.* Σ

39 *Phys.* V 4 (226 b 10). 41 posito possibili...: Arist. ut supra q. 2 a. 12 21 in nota. 51 *Praedic.* ut supra q. 1 a. 2 143 in nota. 69 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 B-C) ex Cassiodori *Super Ps.* Praef. cap. 1 (PL 70, 12 B). 73 Ieronymus: ex *Glossa ordin.* super Matth. 1^{22}. 108 Supra q. 2 a. 13.

moveri, per se vero homini in quantum est currens, sic etiam et huic rei quae prophetatur non per se competit esse immobilem, sed solum in quantum est prophetata; unde convenienter in diffinitione prophetiae ponitur.

2. Ad secundum dicendum quod prophetia comminationis omnino habet immobilem veritatem: non enim est de eventibus rerum sed de ordine causarum ad eventus, ut dictum est; et hunc ordinem esse quem propheta praedicit necessarium est quamvis eventus quandoque non sequatur.

3. Ad tertium dicendum quod consilium Dei dicitur ipsa aeterna Dei dispositio quae numquam variatur; propter quod dicit Gregorius quod « Deus numquam mutat consilium ». Sententia vero dicitur hoc ad quod aliquae causae sunt ordinatae: sententiae enim in iudiciis ex causarum meritis proferuntur. Quandoque autem hoc ad quod causae sunt ordinatae est etiam a Deo ab aeterno dispositum, et tunc idem est Dei consilium et sententia; quandoque vero ad aliquid ordinatae sunt causae quod non est a Deo ab aeterno dispositum, et tunc Dei consilium et sententia feruntur ad diversa. Ergo ex parte sententiae, quae respicit causas inferiores, invenitur mutabilitas, sed ex parte consilii invenitur semper immutabilitas. Prophetae vero revelatur quandoque sententia consilio conformis, et tunc prophetia habet immobilem veritatem etiam quantum ad eventum; quandoque vero revelatur sententia consilio non conformis, et tunc habet immobilem veritatem quantum ad ordinem et non quantum ad eventum, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod immobilitas prophetiae est ex parte speculi aeterni, non quod rebus prophetatis necessitatem imponat, sed quia prophetiam facit necessariam esse de rebus contingentibus sicut et ipsa est.

5. Ad quintum dicendum quod posito quod aliquid sit secundum praescientiam prophetatum, quamvis illud non esse in se sit possibile, tamen incompossibile posito huic, scilicet quod dicitur esse praescitum, quia ex hoc ipso quod praescitum ponitur ponitur ita futurum esse, cum praescientia ipsum eventum respiciat.

6. Ad sextum dicendum quod veritas propositionis sequitur condicionem rei quando scientia veritatem proponentis ex rebus oritur; sic autem non est in proposito.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis rei prophetatae causa proxima sit mobilis, tamen ipsius prophetiae causa proxima est immobilis, ut dictum est, et ideo ratio non sequitur.

8. Ad octavum dicendum quod prophetatum non evenire habet simile iudicium sicut et praescitum non evenire; quod qualiter debeat concedi et qualiter negari, dictum est in quaestione De scientia Dei.

Articulus duodecimus

Duodecimo quaeritur utrum prophetia quae est secundum visionem intellectualem tantum sit eminentior ea quae habet visionem intellectualem simul cum imaginaria visione. Et videtur quod non quia illa prophetia quae habet intellectualem visionem cum imaginaria includit eam quae habet intellectualem visionem tantum; ergo visio prophetica quae habet utramque visionem est potior ea quae habet unam tantum: quod enim includit aliquid excedit illud quod ab eo includitur.

2. Praeterea, quanto in aliqua prophetia est abundantius lumen intellectuale, tanto perfectior est; sed ex plenitudine intellectualis luminis contingit quod fit redundantia in propheta ab intellectu in imaginationem ut ibi formetur imaginaria visio; ergo perfectior est

A 126 quamvis *em.* A] *conf.* pA 132 ad quod] quod ex *praem.* pA 138 ad *sup. lin.* A] *om.* pA aliquid] est *add.* pA 147 revelatur] tantum *add.* pA 155 ipsa (*scil.* divina praescientia) A 157 secundum *coni. cum* Φ] quod A 172 evenire *sup. lin.* A] esse esse prophetatum pA
3 visionem intellectualem] prescientiam s *praem.* pA

Φ 116 homini] homo α β *om.* δ 129 quae] sive α δ^2 sive vel *praem.* γ 133 sunt *om.* Φ (-δ^1) enim] tantum Φ 139 non *om.* Σ 157 secundum Φ] per P 161 praescitum ponitur] *om.* β *inv.* Σ 163-167 veritas...quod *hom. om.* δ^2
4 visione *om.* Σ 5 habet *om.* Σ (-δ^1) 6 visionem *om.* Σ 9 visionem *om.* Φ ea] illa Φ 15 propheta] –phetia Φ 16 imaginationem] ymaginatione Φ (-δ^1) ymaginem δ^1

124 dictum est: supra a. 10 ad 8. 131 Ut supra lin. 20. 175 Supra q. 2 a. 13.
1 Parall.: *II-II* q. 174 a. 2.

prophetia quae habet imaginariam visionem adiunctam quam illa quae habet intellectualem tantum.

3. Praeterea, de Iohanne Baptista dicitur Matth. XI[9] quod ipse est « propheta et | plus quam propheta »; hoc autem dicitur in quantum Christum non solum intellectualiter vel imaginarie vidit, ut alii prophetae, sed etiam corporaliter digito demonstravit; ergo prophetia cui admiscetur corporalis visio est nobilissima, et eadem ratione illa cui adiungitur visio imaginaria est nobilior quam illa quae habet intellectualem visionem tantum. *106ra*

4. Praeterea, tanto aliquid est magis perfectum quanto plenius in eo inveniuntur differentiae rationem speciei constituentes; sed differentiae constituentes prophetiam sunt visio et denuntiatio; ergo illa prophetia quae denuntiationem habet videtur esse perfectior ea quae non habet; sed denuntiatio fieri non potest sine imaginaria visione quia oportet eum qui denuntiat habere imaginatos sermones; ergo prophetia illa est perfectior quae fit cum visione imaginaria et intellectuali.

5. Praeterea, I Cor. XIV[2] super illud « spiritus autem loquitur mysteria », dicit glosa « Minus est propheta qui rerum significatarum solo spiritu videt imagines, et magis est propheta qui solo earum intellectu praeditus est, sed maxime propheta est qui utroque praecellit », ergo idem quod prius.

6. Praeterea, prophetia, ut dicit Rabbi Moyses, inchoatur in intellectu et perficitur in imaginatione; ergo prophetia quae habet visionem imaginariam est perfectior quam quae habet intellectualem tantum.

7. Praeterea, debilitas intellectualis luminis imperfectionem indicat prophetiae; sed ex debilitate intellectualis luminis videtur contingere quod visio prophetica non derivetur usque ad imaginationem; ergo videtur quod illa prophetia quae habet imaginariam visionem sit perfectior.

8. Praeterea, maioris perfectionis est cognoscere rem aliquam in se et prout est alterius signum quam cognoscere eam in se tantum; ergo eadem ratione perfectius est cognoscere aliquam rem ut est significata quam cognoscere eam in se tantum; sed in prophetia quae habet imaginariam visionem cum intellectuali, cognoscitur res prophetata non solum in se sed etiam prout est imaginibus designata; ergo prophetia quae habet imaginariam visionem est nobilior prophetia quae habet intellectualem tantum in qua cognoscuntur res prophetatae in se solummodo et non prout sunt signatae.

9. Praeterea, sicut dicit Dionysius I cap. Caelestis hierarchiae, « impossibile est nobis aliter superlucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum »; velamina autem appellat figuras imaginarias quibus puritas intellectualis luminis quasi velatur; ergo in omni prophetia oportet esse imaginarias figuras vel ab homine formatas vel divinitus immissas; nobiliores autem videntur esse illae quae sunt immissae divinitus quam quae sunt formatae ab homine; illa ergo videtur esse nobilissima prophetia in qua simul divinitus infunditur lumen intellectuale et figurae imaginariae.

10. Praeterea, ut dicit Ieronymus in prologo super librum Regum, prophetae contra agiographas distinguuntur; sed illi quos ibi prophetas nominat omnes aut fere omnes revelationem acceperunt sub figuris imaginariis, plures autem eorum quos inter agiographas nominat sine figuris revelationem acceperunt; ergo magis proprie dicuntur prophetae illi qui-

A 21 Johanne A 28 illa cui] cu *praem.* pA 37 non[1]] *litt. imp. praem.* pA 42 spiritus A] spiritu *Vulg.* 51 ergo] . Set tunc est res maxime perfecta *praem.* pA 66 sed] ille qui cognoscit *add.* pA 93 agiographas *scrips.*] agiographa *casu* A

Φ 30 visionem] *om.* Σ *ante* intellectualem β 46 est] *om.* Φ (-δ^1) *ante* praeditus δ^1 47 qui] in *add.* Φ 48 ergo] et sic Φ 71 prophetia] ea Φ 72 in se solummodo] tantum *praem.* β tantum in se Σ 74 cap. *om.* Φ (-δ^1) 77 circumvelatum] circa velatum β velatum Σ 83 illae quae sunt *om.* Σ 84 quae sunt *om.* Σ 88 in prologo *om.* Σ 89 Regum] rerum α γ rerum *add.* β 90 ibi] *om.* Σ *post* fere[91] β 92-94 sub...acceperunt *hom. om.* Σ

26 digito demonstravit: cf. Ioh. I[29] et I[36]. 34 visio et denuntiatio: cf. supra a. 9 75. 42 I Cor. XIV[2] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recens. Veteris Latinae. 43 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1664 B). 50 *Dux neutr.* II c. 37. 75 § 2 (PG 3, 121 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 733). 78 figuras imaginarias: l. c. § 3 (PG 3, 124 A; Dion. 738). 89 Sive *Praefatio in libros Samuel et Malachim* (PL 28, 599).

bus fit revelatio secundum visionem intellectualem et imaginariam quam illi quibus fit secundum intellectualem tantum.

11. Praeterea, secundum Philosophum in II Metaphysicae intellectus noster se habet ad primas rerum causas quae sunt maxime notae in natura « sicut se habet oculus noctuae ad lucem solis »; sed oculus noctuae non potest inspicere solem nisi sub quadam obscuritate; ergo et intellectus noster divina sub quadam obscuritate intelligit, ergo videtur quod sub aliquibus similitudinibus, et sic intellectualis visio non erit certior quam imaginaria cum utraque sub similitudinibus fiat: unde videtur quod illa visio imaginaria intellectuali adiuncta nihil diminuat de eius nobilitate, et sic illa prophetia quae fit sub utraque visione vel est dignior vel ad minus aeque digna.

12. Praeterea, sicut se habet imaginabile ad imaginationem, ita intelligibile ad intellectum; sed imaginabile non apprehenditur ab imaginatione nisi mediante similitudine; ergo nec intelligibile ab intellectu, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod dicitur in glosa in principio Psalterii « alius prophetiae modus est ceteris dignior, quando scilicet ex sola Spiritus Sancti inspiratione, remoto omni exteriori adminiculo facti vel dicti vel visionis vel somnii, prophetatur »; illa vero prophetia quae habet imaginariam visionem adnexam est cum adminiculo somnii vel visionis; ergo prophetia quae est cum visione intellectuali tantum est nobilior.

2. Praeterea, omne quod in aliquo recipitur, recipitur in eo per modum recipientis; sed intellectus in quo aliquid recipitur in visione intellectuali est nobilior quam imaginatio in qua recipitur aliquid in visione imaginaria; ergo prophetia quae fit secundum intellectualem visionem est nobilior.

3. Praeterea, ubi est intellectualis visio non potest esse deceptio quia qui fallitur non intelligit, ut dicit Augustinus in libro De vera religione; visio autem imaginaria habet plurimum falsitatis admixtum, unde in IV Metaphysicae ponitur esse quasi principium falsitatis; ergo prophetia quae habet visionem intellectualem est nobilior.

4. Praeterea, quando una vis animae a sua actione retrahitur, alia in sua actione roboratur; si ergo in prophetia aliqua vis imaginaria omnino vacet, intellectualis visio erit fortior; ergo et prophetia erit nobilior.

5. Praeterea, sicut se habent potentiae ad invicem, ita et actus potentiarum; sed intellectus non coniunctus imaginationi, utpote | angelicus, est nobilior intellectu imaginationi coniuncto, utpote humano; ergo et prophetia quae habet visionem intellectualem sine imaginaria nobilior est quam illa quae habet utramque. *106ʳᵇ*

6. Praeterea, adminiculum actionis designat imperfectionem agentis; sed visio imaginaria ponitur in glosa in principio Psalterii ut adminiculum prophetiae; ergo prophetia quae habet imaginariam visionem est imperfectior.

7. Praeterea, quanto aliquod lumen est magis remotum ab obscuritatibus sive nebulis, tanto est magis clarum; sed imaginariae figurae sunt quasi quaedam nebulae quibus obumbratur intellectuale lumen, ratione cuius ratio humana quae a phantasmatibus abstrahit dicitur ab Ysaac oriri in umbra intelligentiae; ergo prophetia quae habet lumen intellectuale sine imaginibus est perfectior.

8. Praeterea, tota nobilitas propheticae cognitionis consistit in hoc quod Dei praescientiam imitatur; sed prophetia quae est sine imaginaria visione magis imitatur divinam praescientiam in qua non est aliqua imaginatio, quam

A 96 revelatio *scrips.*] revelationem A 97 imaginariam] ymaginariam A y *in fine lin. praem.* pA 109 sub similitudinibus] cum ymag *praem.* pA 136 fallitur *scrips. cum* P Φ] *imperfecte* A 138 visio... plurimum] plu *praem.* pA 151 imaginationi *em.* A] *conf.* pA 153 sine] *litt. imp. praem.* pA 156 designat] *rep.* A, *et alterum delevimus* 163 sed] lu (u *imp.*) *add.* pA

Φ 99 in *om.* Σ 120 alius] illius Φ 131 imaginatio] imago Σ 139 in *om.* Σ (-δ^1) 146 erit] esset Φ 147 erit] *om.* Σ (-δ^1) *ante* prophetia δ^1 152 utpote] scilicet Φ 158 in principio *om.* Φ 169 imaginibus] imaginationibus Φ (-α)

100 Cap. 1 (993 b 9) sec. transl. vetustissimam (ed. Steel, p. 282), cf. tamen Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. 3 q. 1 (f. 4^{vb}). 120 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 D). 129 per modum recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 138 Rectius *De div. quaest. 83* q. 32 (PL 40, 22) ut supra q. 1 a. 12 12, cf. tamen *De vera relig.* cap. 34 (PL 34, 150). 139 *Metaph.* IV 14 (1010 b 2). 158 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 D). 167 *Liber de Definicionibus* (ed. Muckle, p. 313).

quae habet imaginariam visionem; ergo illa prophetia quae caret imaginaria visione est nobilior.

RESPONSIO. Dicendum quod, cum natura speciei consistat ex natura generis et natura differentiae, ex utroque dignitas speciei potest pensari; et secundum has duas considerationes inveniuntur aliqua se invicem in dignitate excedere quandoque. Et quantum pertinet ad rationem speciei, semper illud participat perfectius speciei rationem in quo differentia formaliter speciem constituens nobilius invenitur; sed simpliciter loquendo, quandoque est nobilius simpliciter id in quo natura generis est perfectior, quandoque vero id in quo est perfectior natura differentiae. Cum enim differentia addit aliquam perfectionem supra generis naturam, tunc praeeminentia quae est ex parte differentiae facit aliquid esse simpliciter nobilius; sicut in specie hominis, qui est animal rationale, simpliciter est dignior ille qui est potior in rationalitate quam qui est potior in his quae ad rationem animalis spectant, utpote sunt sensus et motus et alia huiusmodi. Quando vero differentia aliquam imperfectionem importat, tunc id in quo est completius natura generis est simpliciter nobilius, ut patet in fide quae est cognitio aenigmatica, eorum scilicet quae non videntur: qui enim abundat in natura generis et deficit in fidei differentia, utpote fidelis qui iam percipit aliquem intellectum credibilium et quodam modo ea iam videt, habet simpliciter nobiliorem fidem eo qui minus cognoscit, et tamen quantum ad rationem fidei pertinet magis proprie habet fidem ille qui omnino non videt illa quae credit. Et sic etiam est in prophetia: prophetia enim videtur esse quaedam cognitio obumbrata et obscuritati admixta, secundum id quod habetur II Petri I[19] « Habetis firmiorem propheticum sermonem cui bene facitis attendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco »; et hoc etiam ipsum nomen prophetiae demonstrat quia prophetia dicitur quasi visio de longinquo: quae enim clare videntur, quasi de prope videntur.

Si ergo comparemus prophetias quantum ad differentiam quae rationem prophetiae complet, illa invenitur perfectius rationem prophetiae habere et magis proprie cui imaginaria visio admiscetur; sic enim veritatis propheticae cognitio obumbratur. Si autem comparemus prophetias secundum id quod pertinet ad generis naturam, scilicet cognitionem vel visionem, sic videtur distinguendum: cum enim omnis cognitio perfecta duo habeat, acceptionem et iudicium de acceptis, iudicium quidem de acceptis in prophetia est solum secundum intellectum, acceptio vero est et secundum intellectum et secundum imaginationem. Quandoque igitur in prophetia non est aliqua supernaturalis acceptio sed iudicium tantum supernaturale, et sic solus intellectus illustratur sine aliqua imaginaria visione; et talis forte fuit inspiratio Salomonis in quantum de moribus hominum et naturis rerum, quae naturaliter accipimus, divino instinctu ceteris certius iudicavit. Quandoque vero est etiam acceptio supernaturalis, et hoc dupliciter: quia vel est acceptio ab imaginatione, utpote quando divinitus in spiritu prophetae imagines rerum formantur, vel est acceptio ab intellectu, utpote quando ita clare veritatis cognitio intellectui infunditur ut non ex similitudine aliquarum imaginum veritatem accipiat, immo ex veritate iam perspecta ipse sibi imagines formare possit quibus utatur propter naturam nostri intellectus. Non autem potest esse aliqua prophetia quae habeat acceptionem sine iudicio, unde nec imaginariam visionem sine intellectuali.

A 189 in quo] quod *praem.* pA 203 videntur] u (*vel* n) *praem.* pA qui enim] Si autem *praem.* pA 208 qui] quod *praem.* pA 230 acceptionem et iudicium] iudicium *praem.* pA 243 hoc] quia intellectus est nobilior quam ymaginatio *praem.* pA 251 nostri] *idem conf. praem.* pA

Φ 176 prophetia *om.* Φ 188 id] *om.* α γ illud δ^1 190 perfectior] perfectius Σ differentia] differentie β natura Σ (-δ^1) natura differentie δ^1 191 addit] addat δ P addunt β 194 sicut] etiam *add.* Φ 198 sunt *om.* Φ 199 aliquam] aliqua Φ 216 et] inde α β unde γ δ 227 pertinet] –nent α β δ^2 230 acceptionem] scilicet *praem.* Φ scilicet *add.* P 244 imaginatione] intellectu Φ (-δ)

202 cognitio aenigmatica: cf. *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. XIII[12] (PL 191, 1662 A) et Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 26 c. 4. 203 eorum...videntur: August. ut infra q. 14 a. 2. 239 inspiratio Salomonis: cf. III Reg. IV[29-34] ut refert Thomas *II-II* q. 174 a. 3.

Sic igitur patet quod visio intellectualis pura, quae habet iudicium tantum sine aliqua acceptione supernaturali, est inferior ea quae habet iudicium et acceptionem imaginariam; illa vero intellectualis visio pura quae habet iudicium et acceptionem supernaturalem est ea nobilior quae cum iudicio habet acceptionem imaginariam. Et quantum ad hoc concedendum est quod prophetia quae habet visionem intellectualem tantum est dignior ea quae habet imaginariam adiunctam.

106va 1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis illa prophetia quae in utraque visione consistit habeat etiam intellectualem visionem, non tamen includit illam prophetiam quae in sola intellectuali visione consistit, eo quod illa habeat intellectualem visionem excellentiorem quam ista cum in illa intellectualis luminis perceptio sufficiat ad acceptionem et iudicium, in hac vero ad iudicium tantum.

2. Ad secundum dicendum quod in utraque prophetia fit derivatio luminis prophetici ab intellectu ad imaginationem sed diversimode, quia in illa prophetia quae dicitur visionem tantum intellectualem habere, tota plenitudo propheticae revelationis in intellectu percipitur, et exinde secundum intelligentis arbitrium in imaginativa congrue formantur imagines propter nostri intellectus naturam qui sine phantasmatibus intelligere non potest; sed in alia prophetia non tota plenitudo propheticae revelationis recipitur in intellectu, sed partim in intellectu quantum ad iudicium et partim in imaginativa quantum ad acceptionem. Unde in illa prophetia quae visionem intellectualem tantum continet, est visio intellectualis plenior: ex defectu enim luminis recepti in intellectu contingit quod exinde quodam modo decidit quantum ad aliquid a puritate intelligibili in imaginarias figuras, sicut et in somniis accidit.

3. Ad tertium dicendum quod hoc quod Iohannes Christum digito demonstravit non pertinet ad visionem propheticam prout nunc de prophetiae comparatione loquimur, sed magis ad denuntiationem; hoc etiam quod Christum corporaliter vidit non ei dedit prophetiam perfectioris rationis, sed fuit quoddam munus divinitus concessum amplius quam prophetia, unde dicitur Luc. x[24] « Multi reges et prophetae voluerunt videre quae videtis » etc.

4. Ad quartum dicendum quod denuntiatio per verba vel facta communis est utrique prophetiae quia et prophetia quae tantum visionem intellectualem habet potest denuntiare secundum imagines quas ad libitum format.

5. Ad quintum dicendum quod glosa illa loquitur de eo qui secundum intellectum non habet nisi iudicium de his quae ab alio accipiuntur, sicut Ioseph habuit solummodo iudicium de his quae a Pharaone sunt visa, non quod ipse acceperit quid esset futurum; et sic ratio concludit non de illa prophetia intellectualem tantum visionem habente de qua nunc loquimur.

6. Ad sextum dicendum quod in hoc Rabbi Moysi opinio non sustinetur: ipse enim ponit quod prophetia David fuit inferior prophetia Isaiae vel Ieremiae cuius contrarium dicitur a sanctis; habet tamen veritatem quantum ad aliquid eius dictum, quia scilicet iudicium non perficitur nisi propositis his de quibus est iudicandum. Unde in illa prophetia in qua percipitur intellectuale lumen solummodo ad iudicandum, est ipsum lumen non determinatam cognitionem alicuius faciens quousque proponantur aliqua de quibus est iudicandum vel a se vel ab alio accepta; et sic intellectualis visio perficitur per imaginariam sicut commune determinatur per speciale.

7. Ad septimum dicendum quod non semper contingit ex debilitate intellectualis luminis quod sit prophetia secundum visionem intel-

A 259 illa vero] et per hunc modum *praem.* pA intellectualis visio] prophetia que *praem.* pA 263-265 prophetia... adiunctam *in appendice col.* 106[rb] A 297 Johannes A 301 ei *em.* A] *conf.* pA 314 Joseph A 335 semper *sup. lin.* A] *om.* pA

Φ 256 pura] puta α β δ[2] *om.* δ[1] 269 in] *om.* β δ[2] *post* sola α δ[1] 294 et *om.* Φ 305 quae videtis *om.* Φ (*def.* δ[2]) que vos videtis P 321 Moysi] *om.* Σ moyses β sustinetur] tenetur Σ 326 propositis] prophetatis Σ 327-331 Unde...iudicandum *hom. om.* P 330 proponantur] apponantur Φ 334 speciale] speciem Σ

284 sine phantasmatibus: Arist. ut supra q. 10 a. 8 4. 304 Luc. x[24]: ' ...quae vos videtis ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recens. Veteris Latinae. 321 *Dux neutr.* II c. 45. 324 sanctis: cf. *Glossa* ut infra a. 14 7.

lectualem tantum, sed quandoque propter plenissimam acceptionem intellectus, ut dictum est, et ideo ratio non sequitur.

8. Ad octavum dicendum quod signum in quantum huiusmodi est causa cognitionis, signatum vero est id quod est notum per aliud. Sicut autem nobilius cognoscitur id quod in se notum est et alia cognoscere facit eo quod tantum in se notum est, ita etiam e contrario id quod notum est per se non per aliud, nobilius cognoscitur quam quod per aliud notum est, sicut principia conclusionibus; et ideo e contrario se habet de signo et signato, unde ratio non sequitur.

9. Ad nonum dicendum quod, quamvis imagines impressae divinitus sint nobiliores imaginibus per hominem formatis, tamen acceptio cognitionis quae est in intellectu divinitus est nobilior illa acceptione quae fit per imaginarias formas.

10. Ad decimum dicendum quod ideo illi specialius prophetae nuncupantur in distinctione praedicta qui secundum imaginarias visiones prophetiam habuerunt quia in eis invenitur plenior ratio prophetiae, etiam ratione differentiae; agiographae autem dicuntur qui supernaturaliter solum visiones intellectuales habuerunt, sive quantum ad iudicium tantum, sive quantum ad iudicium et acceptionem simul.

11. Ad undecimum dicendum quod quamvis intellectus noster intelligat divina per aliquas similitudines, tamen illae similitudines sunt nobiliores, ex hoc quod sunt immateriales, quam similitudines imaginariae, unde et visio intellectualis nobilior.

12. Ad duodecimum dicendum quod non potest esse quod aliqua res sit imaginabilis per suam essentiam, sicut est per suam essentiam intelligibilis: imaginatio enim non est nisi de rebus materialibus, nec tamen potest imaginatio aliquid recipere nisi sine materia, unde semper necesse est quod imaginatio sit alicuius non per essentiam suam sed per suam similitudinem; intellectus vero immaterialiter recipit, et eo cognoscuntur non solum materialia sed etiam immaterialia, unde et quaedam cognoscuntur ab eo per essentiam, quaedam autem per similitudinem.

Ad rationes vero quae in contrarium obiciuntur de facili patet responsio secundum hoc quod falsum concludunt.

Articulus tertius decimus

Tertio decimo quaeritur utrum gradus prophetiae distinguantur secundum visionem imaginariam. Et videtur quod sic: nobilior enim est prophetia ubi est nobilior prophetatae rei acceptio; sed quandoque acceptio rei prophetatae est per visionem imaginariam; ergo secundum visionem imaginariam possunt gradus prophetiae distingui.

2. Praeterea, perfectius medium cognoscendi facit perfectiorem cognitionem, et exinde est scientia opinione perfectior; | sed similitudines *106vb* imaginariae sunt medium cognoscendi in prophetia; ergo ubi est nobilior imaginaria visio est altior gradus prophetiae.

3. Praeterea, in omni cognitione quae est per similitudinem, ubi est expressior similitudo est perfectior cognitio; sed figurae imaginatae in prophetia sunt similitudines rerum de quibus fit revelatio prophetiae; ergo ubi est perfectior imaginaria visio est altior gradus prophetiae.

4. Praeterea, cum lumen propheticum descendat ab intellectu in imaginationem, quanto est perfectius lumen in intellectu prophetae tanto est perfectior imaginaria visio; ergo di-

A 338 propter *hic* A] secundum pA plenissimam] propter *add.* pA, *quod signis consuetis anteponit* A (*cf. notatio superior*) 341-351 Ad octavum...sequitur *post solutionem* ad nonum pA] *litteris* b a c *in margine, rectum ordinem restituit* A 345 est et] et *praem.* pA 352 nonum] viijj *em.* A viij pA (*cf. nota ad lin.* 341) 365 quantum] quantum acceptio *praem.* pA 369 tamen] tm *conf. praem.* pA 382 non] *idem conf. praem.* pA
11 sed: *nova col. incip. manus altera intervenit*

Φ 348 aliud] aliquid *praem.* β aliquid γ P aliquem δ^2 376 imaginatio] imago Σ 377 (*et* 379) imaginatio] imago Φ 383 etiam *om.* Φ (-γ)
7 secundum] penes γ δ (*def.* α) 25 imaginaria] una Σ (-δ^1) imaginativa δ^1

1 Parall.: *II-II* q. 174 a. 3.

versi gradus imaginariae visionis demonstrant diversos gradus intellectualis; sed ubi est perfectior intellectualis visio, est perfectior prophetia; ergo et secundum imaginariam visionem gradus prophetiae distinguuntur.

5. Sed dicebat quod diversitas visionis imaginariae non distinguit speciem prophetiae, et ideo nec secundum ipsam gradus prophetiae distinguuntur. — Sed contra, omne calidum elementare est eiusdem speciei, et tamen apud medicos distinguitur calidum in primo et in secundo aut tertio et quarto gradu; ergo distinctio graduum non requirit speciei distinctionem.

6. Praeterea, magis et minus non diversificant speciem; sed etiam intellectualis visio non distinguitur in prophetis nisi secundum lumen propheticum perfectius et minus perfecte receptum; ergo differentia visionis intellectualis non diversificat speciem prophetiae, ergo nec gradus secundum responsionem praedictam; et sic non essent in prophetia aliqui gradus si nec secundum visionem intellectivam nec secundum imaginariam distinguuntur; relinquitur ergo gradus prophetiae distingui secundum imaginariam visionem.

SED CONTRA, visio imaginaria non facit prophetam sed solum intellectualis; ergo nec secundum visionem imaginariam gradus prophetiae distinguuntur.

2. Praeterea, illud quod distinguitur per se distinguitur penes id quod est ei formale; sed in prophetia intellectualis visio est formalis, imaginaria vero quasi materialis; ergo gradus prophetiae distinguuntur secundum intellectualem et non secundum imaginariam visionem.

3. Praeterea, imaginariae visiones etiam in eodem propheta pluries variantur quia quandoque hoc modo revelationem accipit, quandoque illo; ergo non videtur quod secundum imaginariam visionem possint prophetiae gradus distingui.

4. Praeterea, sicut se habet scientia ad res scitas, ita prophetia ad res prophetatas; sed scientiae distinguuntur secundum res scitas, ut dicitur in III De anima; ergo et prophetia secundum res prophetatas et non secundum imaginariam visionem.

5. Praeterea, secundum glosam in principio Psalterii, prophetia consistit in dictis et factis, somnio et visione; non ergo debent magis prophetiae gradus distingui secundum imaginariam visionem ad quam pertinent visio et somnium, quam secundum dicta et facta.

6. Praeterea, etiam miracula ad prophetiam requiruntur, unde Moyses cum a Domino mitteretur signum petivit, Exodi III[13], et in Psal. dicitur « Signa nostra non vidimus, iam non est propheta » etc.; ergo non magis debent distingui gradus prophetiae secundum imaginariam visionem quam secundum signa.

RESPONSIO. Dicendum quod, quando ad aliquid constituendum duo concurrunt quorum unum est alio principalius in eo quod ex eis constituitur, potest comparationis gradus attendi et secundum id quod est principale et secundum id quod est secundarium; sed excessus eius quod est principale ostendit eminentiam simpliciter, excessus vero eius quod est secundarium ostendit eminentiam secundum quid et non simpliciter, nisi secundum quod excessus in eo quod est secundarium est signum excessus in eo quod est principalius. Sicut ad meritum humanum concurrit caritas quasi principale et opus exterius quasi secundarium: meritum autem simpliciter loquendo, scilicet respectu praemii essentialis, iudicatur maius quod ex maiori caritate procedit, magni-

A 31 diversitas visionis] visio *praem.* pA 68-86 Praeterea sicut...signa (*scil. arg.* sed c. 4,5 *et* 6) *eadem manu in marg. inf.*] *om.* pA 95 ostendit] non *praem.* pA 97 est signum] demo *praem.* pA

Φ 27 gradus *om.* Σ 35 et] sed Φ 36 et in] et Φ (-δ^2) *om.* δ^2 37 aut] et Φ 48 si] sed Φ 54 visionem imaginariam] eam Σ eam *add.* β 66 possint] possunt β γ δ^1 70 scientiae distinguuntur] scientia distinguitur Φ 82 signum *om.* Φ 83 iam...propheta *om.* Φ 85 imaginariam] unam α β δ^2 suam γ 88 aliquid] aliquod Φ 93 eius] *om.* Φ (-δ^1) secundum id δ^1 94 eius] secundum Σ (-δ^1) secundum id δ^1

34 calidum elementare: cf. Arist. *De gen. animal.* II c. 3 (736 b 29 sqq.) sec. transl. Scoti quam laudat Albertus *Summa de homine* q. 12, vide etiam Thomam *Super Sent. II* d. 18 q. 2 a. 3 et Avicennam *De animal.* XVI c. 1 (f. 61^{rb}). 35 apud medicos: non invenimus. 71 *De anima* III 13 (431 b 24). 75 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 58 C). 83 Ps. LXXIII[9].

tudo vero operis facit maius meritum secundum quid respectu alicuius praemii accidentalis, non autem simpliciter, nisi in quantum demonstrat magnitudinem caritatis, secundum id quod Gregorius dicit « Amor Dei magna operatur si est ». Cum ergo ad prophetiam concurrat intellectualis visio quasi principalis et imaginaria quasi secundaria, gradus prophetiae est simpliciter eminentior iudicandus ex eo quod visio intellectualis est eminentior; ex eminentia vero imaginariae visionis ostenditur eminentior gradus prophetiae secundum quid et non simpliciter nisi in quantum perfectio imaginariae visionis demonstrat perfectionem intellectualis. Ex parte autem intellectualis visionis non possunt accipi aliqui determinati gradus quia plenitudo intellectualis luminis non manifestatur nisi per aliqua signa; unde penes illa signa oportet distinguere prophetiae gradus. Sic ergo ⟨possunt⟩ distingui gradus prophetiae secundum quatuor.

Primo secundum ea quae requiruntur ad prophetiam. Est autem duplex actus prophetiae, scilicet visio et denuntiatio; ad visionem autem requiruntur duo, scilicet iudicium quod est secundum intellectum et acceptio quae est quandoque secundum intellectum, quandoque secundum imaginationem; sed ad denuntiationem requiritur aliquid ex parte denuntiantis, scilicet quaedam audacia ut aliquis non terreatur loqui veritatem propter adversarios veritatis, secundum id quod Dominus dixit ad Ezechielem, Ez. III[8] « Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum et frontem tuam duriorem frontibus eorum », et sequitur « ne timeas eos neque metuas a facie eorum »; aliud autem requiritur ex parte rei denuntiatae, scilicet signum per quod veritas rei denuntiatae demonstratur, unde et Moyses a Domino signum accepit ut ei crederetur. Sed quia denuntiatio non principaliter sed consequenter se habet in prophetia, ideo infimus gradus prophetiae est in eo in quo invenitur quaedam audacia et promptitudo ad aliquid dicendum vel faciendum sine hoc quod ei aliqua revelatio fiat; sicut si dicamus aliquem gradum prophetiae fuisse in Samsone, largo modo accipiendo prophetiam secundum quod omnis supernaturalis influxus ad prophetiam reducitur; secundus vero gradus erit in eo qui habet visionem intellectualem tantum secundum iudicium, ut in Salomone; tertius vero in eo qui habet intellectualem visionem cum imaginaria, ut in Isaia et Ieremia; quartus vero in eo qui habet visionem intellectualem plenissimam quantum ad iudicium et quantum ad acceptionem, sicut in David.

Secundo possunt distingui gradus prophetiae ex dispositione prophetantis; et sic, cum prophetia fiat in somnio et in visione vi|giliae, *107ra* ut dicitur Num. XII[6], perfectior est gradus prophetiae quae est in vigilia quam quae est in somnio, tum quia intellectus est melius dispositus ad iudicandum, tum quia etiam evocatio a sensibilibus non est facta naturaliter sed ex intensione perfecta interiorum virium ad ea quae divinitus demonstrantur.

Tertio ex modo accipiendi quia quanto expressius significatur res prophetata prophetiae gradus est sublimior. Nulla autem signa aliquid expressius significant quam verba; et ideo altior gradus prophetiae est quando percipiuntur verba expresse designantia rem prophetatam, sicut de Samuele legitur ⟨I⟩ Reg. III[4], quam quando demonstrantur aliquae figurae quae sunt aliarum rerum similitudines, sicut olla succensa ostensa est Ieremiae, Ier. I[13]: ex hoc enim manifeste ostenditur quod lumen

A 123 ⟨possunt⟩ *suppl. cum* Φ (*cf. lin.* 161)] *om.* A 135 Dominus *scrips.*] d[9] (deus *vel* dominus) A 145 in prophetia *hic et ante* non principaliter A, *et alterum delevimus* 160 David] dauit A 162 et sic, cum] cu *praem.* pA 169 intensione] intetione pA intesione *sic em.* A 177 ⟨I⟩ *suppl. cum* P β γ] *om.* A 181 ostenditur *sup. lin.* A] percipitur pA

Φ 105 quid] quod Φ (-δ) 112-115 ex eo...eminentior *om* Σ 123 ⟨possunt⟩ *hic suppl.* Φ] *post* distingui P 136 Ez. *om.* Φ P 142 Domino] deo Φ 144 non] in prophetia (*induc.* A) *praem.* Φ P 155 Salomone] sampsone Φ 163 somnio] sompno Φ (-α) 163 in[2] *om.* Φ 164 XII] xi Φ 177 ⟨I⟩ *suppl.* P β γ] *om.* α δ 180 Ier. *om.* Φ P

108 *In Evang.* II hom. 30 (PL 76, 1221 B) ut refert Thomas infra q. 29 a. 8 sed c. 9. 126 duplex actus prophetiae: cf. supra a. 9 75. 138 sequitur: Ez. III[9]. 150 Samsone: Iud. XV[14] ut refert Thomas *II-II* q. 174 a. 3. 155 Salomone: III Reg. IV[32] sec. Thomam l. c. 157 Isaia: VI[1] ut infra lin. 195; Ieremia: I[13] ut infra lin. 180. 160 David: *Glossa* Petri Lomb. ut infra a. 14 7.

propheticum magis in suo vigore percipitur quando secundum expressiorem similitudinem res propheticae demonstrantur.

Quarto ex parte eius qui revelationem facit: eminentior enim gradus prophetiae est quando videtur ille qui loquitur quam quando verba audiuntur tantum, sive sit in somnio sive sit in visione, quia ex hoc ostenditur quod magis accedit propheta ad cognitionem eius qui revelat. Quando vero videtur ille qui loquitur, altior gradus prophetiae est quando videtur in specie angeli quam quando videtur in specie hominis, et adhuc eminentior si videatur in figura Dei, sicut Is. VI[1] « Vidi Dominum sedentem » etc.: cum enim prophetiae revelatio a Deo descendat in angelum et ab angelo in hominem, tanto ostenditur plenior prophetiae receptio quanto magis acceditur ad primum principium prophetiae.

Rationes ergo illae quae ostendunt quod gradus prophetiae distinguuntur secundum imaginariam visionem concedendae sunt secundum modum praedictum; nec hoc dicendum est quod diversitas gradus distinctionem exigat speciei.

Ad rationes vero quae sunt in oppositum per ordinem respondendum est.

1. Ad quarum etiam primam patet responsio ex praedictis.

2. Ad secundum dicendum quod, quando aliquid distinguitur secundum speciem, oportet quod fiat distinctio secundum illud quod est formale; sed si fiat distinctio graduum in eadem specie, potest esse etiam secundum id quod est materiale, sicut animal distinguitur per masculinum et femininum quae sunt differentiae materiales, ut in X Metaphysicae dicitur.

3. Ad tertium dicendum quod, cum lumen propheticum non sit aliquid immanens prophetae sed sit quasi quaedam passio transiens, non oportet etiam ut propheta semper sit in eodem gradu prophetiae; immo quandoque fit ei revelatio secundum unum gradum, quandoque secundum alium.

4. Ad quartum dicendum quod, cum aliqua nobiliora quandoque minus perfecte cognoscantur, sicut cum de divinis habetur opinio et de creaturis scientia, non potest ex rebus prophetatis gradus accipi prophetiae; et praecipue cum ea quae sunt denuntianda prophetae revelantur secundum quod exigit eorum dispositio propter quos prophetia datur. — Potest etiam dici quod etiam secundum res prophetatas gradus prophetiae distinguuntur; sed tamen propter nimiam rerum revelatarum diversitatem non possunt secundum hoc aliqui gradus determinati prophetiae assignari nisi forte in genere, ut si dicatur quod, cum revelatur aliquid de Deo, est eminentior gradus quam cum revelatur aliquid de creaturis.

5. Ad quintum dicendum quod dicta et facta quae ibi tanguntur non pertinent ad revelationem prophetiae sed ad denuntiationem quae fit secundum dispositionem eorum quibus denuntiatur; unde secundum hoc non possunt gradus prophetiae distingui.

6. Ad sextum dicendum quod gratia signorum est differens a prophetia, potest tamen reduci ad prophetiam secundum hoc quod per signa veritas prophetae demonstratur; unde et gratia signorum quantum ad hoc est potior quam prophetia, sicut et scientia quae demonstrat propter quid est potior quam scientia quae dicit quia: et propter hoc I Cor. XII[9] praemittitur gratia signorum gratiae prophetiae; unde et ille propheta est excellentissimus qui etiam signa facit habens revelationem propheticam. Si autem signa faciat sine revelatione prophetica, etsi forte sit dignior simpliciter, non tamen est dignior quantum pertinet ad rationem prophetiae; sed sic computabitur talis in infimo gradu prophetiae, sicut ille qui habet audaciam tantum ad aliquid faciendum.

A 183 quando] quam *praem.* pA 185 qui *scrips. cum* P] quod A 239 si dicatur] d *praem.* pA 249 a prophetia *hic manus solita revertitur* 255-256 et propter hoc...prophetiae *in marg.* A] *om.* pA

Φ 185 qui] quod (*induc.* A) Φ 189 ex hoc *om.* Φ 195 Vidi Dominum] vidimus deum Φ (-δ^1) 196 etc. *om.* Σ 213 illud] id Φ P 234 etiam] tamen Φ 241 aliquid *om.* Φ 251 prophetae]–phetie γ δ^1

218 *Metaph.* X 11 (1058 b 21).

Articulus quartus decimus

Quarto decimo quaeritur utrum Moyses fuerit excellentior aliis prophetis. Et videtur quod non quia, ut dicit Gregorius, « per successiones temporum crevit divinae cognitionis augmentum »; ergo posteriores prophetae fuerunt excellentiores Moyse.

2. Praeterea, glosa in principio Psalterii dicit quod David dicitur propheta per excellentiam; ergo Moyses non fuit excellentissimus.

3. Praeterea, maiora miracula facta sunt per Iosue qui fecit solem et lunam stare, Ios. x[12], quam per Moysen, et per Isaiam qui fecit solem retrocedere, ut habetur Is. xxxviii[8]; ergo Moyses non fuit prophetarum maximus.

4. Praeterea, Eccli. xlviii[4] dicitur de Elia « Quis poterit tui similiter gloriari qui sustulisti mortuum ab inferis? » etc., et sic idem quod prius.

5. Praeterea, Matth. xi[11] dicitur de Iohanne Baptista « Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista »; ergo nec fuit Moyses eo maior, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod dicitur Deut. ultimo « Non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses ».

2. Praeterea, Num. xii[6] dicitur « Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in somnio aut visione loquar ad eum; at non talis servus meus Moyses qui in omni domo fidelissimus est »; ex quo patet quod ipse aliis prophetis praefertur.

RESPONSIO. Dicendum quod inter prophetas secundum aliquid diversimode diversi possunt maiores reputari, simpliciter autem loquendo omnium maximus Moyses fuit: in eo enim quattuor quae ad prophetiam requiruntur excellentissime sunt inventa.

Primo quidem, visio intellectualis | in eo excellentissima fuit secundum quam tantum meruit elevari ut ipsam Dei essentiam videret, ut dicitur Num. xii[8] « Palam, non per figuras et aenigmata videt Deum »; et haec quidem eius visio non est facta angelo mediante sicut aliae visiones prophetales, unde et ibidem dicitur « Ore ad os loquar ei »; et hoc expresse dicit Augustinus Ad Paulinam de videndo Deum et XII Super Genesim ad litteram. *107rb*

Secundo, imaginaria visio fuit in eo perfectissima quia eam quasi ad nutum habebat, unde dicitur Exodi xxxiii[11] quod « loquebatur ei Dominus facie ad faciem sicut homo solet loqui ad amicum suum »; in quo etiam alia eius eminentia quantum ad imaginariam visionem potest notari, quod ipse scilicet non solum audivit verba revelantis sed vidit, non in figura hominis vel angeli sed quasi ipsum Deum, non in somnio sed in vigilia, quod de nullo aliorum legitur.

Tertio, etiam eius denuntiatio fuit excellentissima quia omnes qui fuerunt ante eum instruxerunt familias suas per modum disciplinae, Moyses autem fuit primus qui locutus est ex parte Domini dicens « Haec dicit Dominus », et non uni familiae sed toti populo; nec denuntiavit ex parte Domini ut attenderetur dictis alterius alicuius prophetae praecedentis,

A 13 quam per Moysen *in marg.* A] *om.* pA 16 helia A 20 Johanne (*et sic cum litt.* J *lin.* 22, 122, 124 129) A 23 maior *em.* A] *conf.* pA 27 dicitur] quod *add.* pA 30 domo] mea *add. Vulg.* 33 inter] in *conf. praem.* pA 45 unde] ce (*ut videtur*) *praem.* pA 46 Ore...loquar] l *praem.* pA loquar *scrips. cum ipso Thoma I Pars* q. 12 a. 11 arg. 2)] loquatur *potius* A loquor *Vulg.* 50 habebat] nec a corporalibus *add.* pA 53 amicum] *idem conf. praem.* pA 63 Moyses autem fuit] fuit autem *praem.* pA

Φ 4 temporum: *hic redit cod.* M (*ex* γ: *cf. supra art.* 3 *lin.* 318) divinae] digne Φ (-δ^1) 5 ergo...Moyse *om.* Σ 7 Praeterea, glosa] *om.* α Item γ 7 dicit] dicendum Φ (-δ^1) 8 per excellentiam] excellentia Φ 13 et] et similiter Φ 14 ut habetur] *om.* Σ ut legitur β 21 Baptista *om.* Σ non...Baptista] etc. Σ 22 fuit] *om.* δ^1 *post* Moyses Φ (-δ^1) 30 domo] mea (*cum Vulg.*) *add.* Φ 34 diversi] *om.* Φ (-δ^1) aliqui *ante* diversimode δ^1 42 ut] secundum quod Φ Palam] et *add.* Φ 42 figuras et] *om.* Σ figuras β 43 aenigmata] enigma Σ videt Deum] etc. Φ 45 et *om.* Φ 51 Exodi] Ezech. α β δ^2 67 alicuius] *om.* Φ *ante* alterius P

1 Parall.: *II-II* q. 174 a. 4. 3 *In Ez.* II hom. 4 (PL 76, 980 B). 7 *Glossa* Petri Lomb. Praef. (PL 191, 59 B). 16 Eccli. xlviii [4]: ' Quis potest similiter gloriari tibi qui sustulisti mortuum ab inferis ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) ' Et quis potest similiter sic gloriari tibi qui sustulisti mortuum ab inferis ' sec. recens. Veteris Latinae. 24 ultimo: xxxiv[10]. 42 Num. xii [8] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 45 ibidem: ' Ore enim ad os loquor ei ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) ' Os ad os loquar ad illum ' sec. recens. Veteris Latinae. 47 *Epist. 147* c. 13 (PL 33, 610). 48 Cap. 27 (PL 34, 477). 64 dicens: Exodi iv[22].

sicut prophetae denuntiando inducebant ut observaretur lex Moysi. Unde denuntiatio praecedentium fuit praeparatio ad legem Moysi quae fuit fundamentum quoddam denuntiationis sequentium prophetarum.

Quarto, etiam fuit eminentior quantum ad ea quae ordinantur ad denuntiationem: quantum ad miracula quidem quia fecit signa ad conversionem et instructionem totius gentis, alii vero prophetae fecerunt particularia signa ad speciales personas et specialia negotia, unde dicitur Deut. ultimo « Non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses quem nosset Dominus facie ad faciem »; quantum ad eminentiam revelationis, « in omnibus signis atque portentis quae per eum misit ut faceret in terra Aegypti, Pharaoni et omnibus servis eius », et infra « magnaque mirabilia quae fecit Moyses coram universo Israel »; quantum etiam ad audaciam apparet eminentissimus qui in sola virga descendit in Aegyptum non solum ad denuntiandum verba Domini sed etiam ad flagellandum Aegyptum et populum liberandum.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum Gregorii est intelligendum de his quae pertinent ad mysterium Incarnationis de quibus aliqui posteriores expressius revelationem acceperunt quam Moyses, non autem quantum ad cognitionem divinitatis de quo plenissime Moyses instructus fuit.

2. Ad secundum dicendum quod David dicitur esse excellentissimus prophetarum quia expressissime de Christo prophetavit et sine aliqua imaginaria visione.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis illa miracula fuerint maiora miraculis Moysi quantum ad substantiam facti, tamen illa Moysi fuerunt maiora quantum ad modum faciendi quia facta sunt toti populo et ad populi institutionem in nova lege et liberationem; illa vero fuerunt ad aliqua particularia negotia.

4. Ad quartum dicendum quod eminentia Eliae praecipue in hoc attenditur quod a morte immunis conservatus fuit; fuit etiam multis aliis prophetis eminentior quoad audaciam qua « non pertimuit in diebus suis principes » et quoad magnitudinem signorum, ut ex verbis Ecclesiastici ibidem habetur.

5. Ad quintum dicendum quod, cum Moyses aliis praefertur, intelligendum est de his qui fuerunt in Veteri testamento, quia tunc praecipue fuit prophetia in suo statu quando Christus ad quem omnis prophetia ordinabatur exspectabatur venturus. Iohannes autem ad Novum pertinet testamentum, unde Matth. XI[13] « Lex et prophetae usque ad Iohannem »; in Novo tamen testamento facta est manifestior revelatio, unde dicitur II Cor. III[18] « Nos autem revelata facie gloriam Domini » etc., ubi expresse Apostolus se et alios apostolos Moysi praefert. Et tamen non sequitur, si Iohanne Baptista nullus fuit maior, quod propter hoc nullus fuerit eo excellentior in gradu prophetiae quia, cum prophetia non sit donum gratiae gratum facientis, potest esse potior in prophetia qui est minor in merito.

A 77 alii vero] Vnde *praem.* pA 78 negotia] signa *praem.* pA 80 Israel *em.* A] *conf.* pA 84 et[2]] *idem conf. praem.* pA 97 quo A 111 helie A 129 Iohanne *scrips.*] Johannes *casu non emendatum* A (*cf. nota insequens*) 130 nullus fuit] fu *imp. praem.* pA 134 minor] mi *in fine lin. praem.* pA merito: *postea sex ultimae lineae col.* 107[rb] *vacant* A

Φ 70 praeparatio] apparitio α γ aperitio β δ[1] apertio δ[2] 76 gentis] generis Φ (-δ[1]) 83 quae] *om.* γ quem α β δ[2] quam δ[1] 83 per eum misit] perennum α δ[2] perennium δ[1] ut] sicut Φ (-γ) 84 et infra] et ita Σ (-δ[2]) et itaque β δ[2] 87 qui] quia Φ P 95 expressius revelationem] expressiores revelationes Φ 97 quo] qua Φ 101 et *om.* Φ 107 institutionem] instructionem Φ P 112 fuit[2] *om.* Φ (-γ) 113 qua] quia Φ P 114 in...principes] principem Φ 118 his] prophetis Φ 119 qui...testamento] veteris testamenti Φ 126 II *om.* Φ 127 gloriam Domini] *om.* Σ gloriam deo β

79 ultimo: XXXIV[10-12]. 87 in sola virga: cf. Exodi X[13]. 116 ibidem: XLVIII[13] et [15].